This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 06825935 1

THESAURUS
HYMNOLOGICUS

SIVE

HYMNORUM CANTICORUM SEQUENTIARUM COLLECTIO
AMPLISSIMA.

CARMINA COLLEGIT, APPARATU CRITICO ORNAVIT,
VETERUM INTERPRETUM NOTAS SELECTAS
SUASQUE ADIECIT

HERM. ADALBERT. DANIEL,
PHILOS. DR. SOCIETATIS HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS SODALIS.

TOMUS QUINTUS,
SUPPLEMENTA AD SEQUENTIARUM VOLUMEN ET INDICES LOCUPLETISSIMOS CONTINENS.

PRAEFIXA EST **IOANNIS M. NEALII** *EPISTOLA DE SEQUENTIIS.*

LIPSIAE
SUMPTIBUS J. T. LOESCHKE.
MDCCCLVI.

OXONII
J. H. PARKER.

PARISIIS
FRID. KLINCKSIECK.

ROMAE
JOS. SPITHOEVER.

IOANNIS M. NEALII

EPISTOLA CRITICA DE SEQUENTIIS.

De Sequentiis ad V. Cl. Hermannum Adalbertum Daniel Epistola Critica. Auctore Ioanne M. Neale, A. M., Ecclesiae Anglicanae Sacerdote, Collegii Sackvillensis Custode.

Petis a me, Vir Doctissime et Amicissime, ut quae de Sequentiis in collectione a me ante quatuor annos edita praefatus fuerim, ea ut possum auctiora novae tui operis editioni praefigenda mittam. Sane in hoc uno iudicium tuum et acumen desiderabunt lectores, qui tanto praestantiora ipse depromere potes. Sed quoniam ambo in his studiis, licet impari successu, laboravimus, nec pergratum mihi non potest esse, in opere, certe post nos victuro, exiguum mihi locum vindicare: experimentum faciam, an aliquid e scriniis meis, quod tuo sit usui, expromere possim. Id unum obsecro, ut quicquid de hac re scribam, ab homine cum maxime aliis occupato distractoque negotiis, quod ipse scis, profectum esse memineris.

De Sequentiis breviter dicturo, primum de earum origine inquirendum est; dein de progressu, additamentis, generibus, auctoribus, antiquatione aliquid statuendum. Iam inde ex antiquissimis temporibus id in usu Ecclesiae Latinae erat, ut inter Epistolam et Evangelium, extra ieiunia, Graduale cum Alleluia diceretur. Rubrica Missalis Sarisburiensis: „Dum Alleluia canitur, duo de superiori gradu ad Alleluia decantandum cappis sericis se induant et ad pulpitum“ (Anglice: Rood-loft, Germanice: Lettner) „per medium chorum incedant. Dicto vero Graduali - - - - sequatur Alleluia. Chorus idem repetat et prosequatur cum pneumate.“ Ita Belethus: „In huius fine neumatizamus, id est, iubilamus, dum finem protrahimus et ei velut caudam accingimus.“ Hunc scilicet in modum:



Quae prolongatio syllabae A ideo fiebat, ut tempus ad se praeparandum et ad ascendendum ambonem Diacono daretur. Sed, secundum pium eius saeculi ingenium, quae de necessitate facta erant, ad mysticam quandam et anagogicam (ut loquebantur) rationem referebantur. „Solemus", inquit S. Bonaventura, „longam notam post Alleluia super literam A decantare, quia gaudium Sanctorum in coelis interminabile et ineffabile est." Quod vero sono tantum, non certis syllabis hae notae alligabantur, ne hoc quidem, si Hugoni Cardinali credimus, significatione caret: „quia ignotus nobis est modus laudandi Deum in Patria."

Et haec proprie est Sequentia: neuma sive prolongatio ultimae syllabae τοῦ Alleluia. Ideoque dicta est Sequentia, secundum probatiores auctores, quia modulationem et rhythmum τοῦ Alleluia sequebatur eique obtemperabat. Alii tamen, inter quos est Michael Praetorius, hanc causam nominis effingebant, quod scilicet immediate post neuma incipiebat Diaconus: „Sequentia Sancti Evangelii secundum N."

S. Notkerus Balbulus, qui anno 912 obiit, sequentiarum quas ita nunc nominamus a plerisque et doctioribus auctor fuisse creditur. Nec obstat (quod e praecedentibus patet) auctores qui ante Notkerum vixerunt de Sequentiis scripsisse, cum neumata solum significarent. Ioannes quidem Adelphus sequentias nostras a Nicolao Papa I. approbatas fuisse scribit. Sed, diligentius re inspecta, patebit Nicolaum I., vel scriptoris incuria vel typothetarum errore, pro II. positum fuisse. Sedit autem Nicolaus II. ab anno 1058 usque ad 1064. Notkerus enim ipse in praefatione sequentiarum suarum ad Luitwardum hunc in modum scribit: „Quum adhuc iuvenulus essem, et melodiae longissimae saepius memoriae commendatae instabile corculum aufugerent, coepi tacitus mecum volvere, quonam modo eas potuerim colligere. Interim vero contigit, ut presbyter quidam de Gimedia nuper a Nordmannis vastata veniret ad nos, antiphonarium suum deferens, in quo aliqui versus ad sequentias erant modulati, sed iam tunc nimium vitiati. Quorum ut visu delectatus, ita sum gustu amaricatus. Ad imitationem tamen eorum coepi scribere: Laudes Deo concinat orbis universus, qui gratis est redemptus. Et infra: Coluber Adae deceptor. Quos cum magistro meo Ysoni obtulissem, ille studio meo congratulatus imperitiaeque compassus, quae placuerunt laudavit, quae autem minus, emendare curavit, dicens: Singulae motus cantilenae singulas syllabas debent habere. Quod ego audiens, ea quidem, quae in ia veniebant, ad liquidum correxi: quae autem in le vel lu quasi impossibilia vel attem-

ptare neglexi, cum et illud, postea usu facillimum deprehenderim. Ut testes sunt: Dominus in Syna: Et Mater. Hocque modo instructus secunda mox vice dictavi: Psallat ecclesia mater illibata; ille gaudio repletus rotulos eos congessit, et pueris cantandos aliis alios insinuavit." Locus sane difficillimus, quem sicco pede, ut aiunt, et Pezius et Gerbertus, et alii transierunt editores. Nusquam omnino exstat sequentia, quae ita incipit: Laudes Deo concinat orbis universus. Attamen in Monii collectione (I. 217.) sequentiam habemus, cuius hoc est initium: Laudes Deo concinat orbis ubique totus, qui gratis est liberatus. Et infra: Coluber Adae male suasor. Et haec secunda sine dubio sequentiae eius editio est, quae Ysoni „minus placuit." Notandum est, verbum redemptus in liberatus mutatum fuisse, et pro deceptor, curis secundis, male suasor positum esse: sine dubio ea de causa, ut syllabae notis musicis praecise responderent. Quod hymnologos adhuc, credo, latuit.*)

---

*) *Notkerum delectum sequentiarum suarum instituisse inter omnes constat. Exemplaria mss. huius Libelli Sequentiarum non ita rara sunt, et in non nullis Epistola Dedicatoria ad Lutwardum Vercellensem episcopum scripta praecedit, quam excusam habemus e. g. apud Mabillonium in Actis Sanctorum Ord. S. Bened. VII. p. 19, e libro ms. Cluniacensi (M), apud Pezium in Thesauro Anecdotorum I. p. 17. (P) apud Gerbertum de M. S. I. p. 412, versam maiori ex parte in germanicam linguam apud Rambach Anth. I. p. 210. Quum tam grave sit huius epistolae in Historia Sequentiarum momentum, in ipso monasterio San-Gallensi ego eius collationem novam in Cod. No. 381. institui, ex quo eam Doctissimi Nealii disputationi adscribo cum scripturae diversitate in M et P obvia, qui nonnullis in locis sunt corrigendi.*

Dignissimo successori
Abbatique coenobii Sanctissimi Columbani Ac Defensori cellulae discipuli eius mitissimi Galli nec non et archicapellano gloriosissimi imperatoris Karoli Notkerus Cucullarius Sti. Galli Novissimus.[1])

Cum adhuc iuvenulus essem et melodiae longissimae saepius memoriae commendatae instabile corculum aufugerent, coepi tacitus mecum volvere, quonam modo eas potuerim colligare.[2]) *Interim*[3]) *contigit, ut presbyter quidam de gimedia*[4]) *nuper a Nordmannis vastata, veniret ad nos, antiphonarium suum deferens secum, in quo aliqui versus ad sequentias erant modulati. Quorum ut usu delectatus, ita sum gustu amaricatus. Ad imitationem tamen eorum*[5]) *coepi scribere: Laudes domino*[6]) *concinat orbis ubique totus*[7]) *qui gratis est redemptus. Et infra: Coluber Adae deceptor.*[8]) *Quos cum magistro meo Isoni obtu-*

---

1) M. Summae Sanctitatis merito, summi sacerdotii decore sublimato Liutwardo incomparabilis viri Eusebii Vercellensis Episcopi dignissimo etc. Sic etiam Tritheim (de Script. Eccles. c. 279) in suo codice legit. Liutwardus Vercellensis Episcopus, Caroli Crassi Imperatoris Cancellarius. Scripta est Epistola ante annum 887. quo Carolus imperio et vita cessit, Salomone necdum S. Galli abbate.

2) M. colligere. 3) M. P. interim vero. 4) P. Gemidia. (Gemeticense monasterium, Iumièges ad Sequanam situm infra Rotomagum, vastatum est 851.) M. P. modulati, sed iam tunc nimirum vitiati. 5) M. P. eorundem. 6) M. P. Deo. 7) M. P. Orbis universus. 8) P. malesuasor. (Verba coluber

Ex illo tempore sequentiarum in Ecclesia crevit usus, non tamen sine mora quadam et oppugnatione. S. Odilo, saeculo XI., vix obtinuit ut apud Cluniacenses suos una sequentia, Spiritus Sanctus nobis adsit gratia, caneretur. „In antiquis libris Romanis," inquit Radulphus Tungrensis, „aliquas vidi sequentias: multi autem multas introduxerunt: quisque gaudet suis novitatibus." Apud Germaniam, Galliam, Angliam, Scandinaviam innumera pene crevit multitudo: Itali vero, ut et Hispaniae utriusque ecclesia, sese semper duriores erga hasce prosas probaverunt. Ipse dum Hispaniam lustrabam, diligentissima Missalia vetustiora perscrutatus sum cura, Bracharense sc., Pallantinum, Caesaraugustanum, Toletanum, Emeritense etc., unamque, nec plures, inveni sequentiam, quae ex Hispania originem traxisse mihi visa est: Gaudete vos fideles, quam excudendam curavi (Ecclesiologist. XI. 282). Verum tamen est, Ecclesiam Lusitanam, inde a Philippae Lancastrensis temporibus (circa ann. 1390.) nostro Sarisburiensi missali usam fuisse. At eo usu antiquato, antiquatae etiam sunt plerumque sequentiae. De his rebus optime, ut solet, Martinus Gerbertus, De cantu et musica sacra, tom. I. p. 410.

Et primo quidem tanquam ad fontem et originem refe-

---

obtulissem, ille studio meo congratulatus[9]) imperitique compassus, quae placuerunt, laudavit, quae autem minus, emendare curavit, dicens: Singuli[10]) motus cantilenae singulas syllabas debent habere.[11]) Quod ego[12]) audiens ea quidem, quae in a[13]) veniebant ad liquidum correxi, quae vero in le vel lu[14]) quasi impossibilia vel attentare[15]) neglexi, cum et illud postea usu[16]) facillimum deprehenderim, ut testes sunt: Dominus in Sina. Et mater.[17]) Hocque modo instructus[18]) secunda mox vice dictavi: Psallat ecclesia mater illibata. Quos versiculos cum magistro meo Marcello praesentarem, ille gaudio[19]) repletus in rotulas[20]) eos congessit et pueris cantandos aliis alios insinuavit. Cumque mihi dixisset ut in libellum compactos alicui primorum illos promunere offerrem, ego pudore retractus nunquam adhuc cogi[21]) poteram. Nuper autem a fratre meo Othmaro[22]) rogatus, ut aliquid in laude vestra conscribere curarem et ego me ad hoc opus imparem non immerito iudicarem, vix tandem aliquando aegreque[23]) ad hoc animatus sum, ut hunc minimum vilissimumque codicellum vestrae celsitudini consecrare praesumerem. Quem[24]) si in eo placitum vestrae pietati comperero, ut ipsi fratri meo apud Dominum Imperatorem sitis adminiculo, tum quod de vita Sti. Galli elaborare pertinaciter insisto, quamvis illud fratri meo Salomoni prius pollicitus fuerim, vobis examinandum habendum ipsique per vos explanandum dirigere festinabo.

Adae malesuasor leguntur in ipsa hac Sequentia Laudes Deo concinat. 9) P. congratulans. 10) M. P. singulae. 11) M. om. sing. syll. deb. habere. 12) P. quod autem. 13) P. in ia. M. in prima. 14) M. om. in le vel lu. 15) P. attemperare. 16) P. visu. 17) M. Christus in S. (cf. infra No. 77. et 40.) 18) M. instructas. 19) P. gaudio meo. 20) M. rotulos. 21) M. cogitare. 22) M. P. Othario. 23) M. coquoque. 24) P. quae.

rebantur Sequentiae ad illud Alleluia, de quo antea dictum est: ut videre est in missalibus antiquioribus, hunc in modum:

Natus ante saecula . . . . A E U A
Dei Filius invi- . . . . A E U A
sibilis interminus . . . . A E U A

Semper autem, cum canebatur Sequentia, omittebatur neuma post Alleluia. Rubrica Sarisburiensis: „Deinde clerici incipiant Alleluia sine pneumate: quod per totum annum observetur, quando dicitur sequentia tantum. Quando non dicitur sequentia, tum dicitur pneuma a toto choro post repetitionem Alleluia."

Notkeriani carminis rationem permulti imitati sunt: nemo tamen melius quam Godeschalcus. Innumeri quoque scriptores usque ad saeculum XVI. sequentias isto modo composuerunt: ieiuniores saepe et obscuriores. Quis, e. g., ferre sequentiam istiusmodi generis potest? „Quid dulcius, fratres carissimi, potest a Christianis audiri, quam quando per suorum laudem Sanctorum laus et gloria redoletur Creatori", tum in ordine 107 eiusdem farraginis versus? Sed nimis acerbe de iis iudicaverunt homines alioquin doctissimi. Ita qui pro antiquis plerumque pugnabat ritibus, Le Brun: „Mais on ne doit pas beaucoup regretter la perte, la plupart n'étant que de pitoyables rhapsodies." Bilem scriptori movebat illa; — Alle — celeste necnon perenne — luia. Erant, fateor, in sequiore aevo inconditi saepe et inficeti; sed et tum temporis erant quoque quae non carebant mira suavitate et venustate. Quam religiose observatus hic ritus semper fuerit, testatur sequentia in illa Missa de Andreae Carolstadtii nuptiis a Germanis novatoribus conscripta. Eius principium: „Deus, in tua virtute Andreas Carolstadtius gaudet et laetatur in thalamo copulatus."

Et primo quidem non nisi assonantiis, vel, ut plurimum, consonantiis simplicibus utebantnr sequentiarum scriptores: S. Notkerus ipse aliquando, ut in Eia recolamus singulos versus, plerasque ex intercisionibus, syllaba A claudit: sequentiam Laus tibi Christe (in festo SS. Innocentum) in E. Aliquando in aliquibus ex dicolis et intercisiones et fines assonantes habet; e. g.: Ergo nos supplicantes | tibi exaudi propitius, Sancte Spiritus, || Sine quo preces omnes | cassae creduntur et indignae Dei auribus. || Sed haec non nisi raro. Hermannus Contractus multo ulterius progreditur: is circa A. D. 1070 floruit. Nam duplicibus consonantiis non solum utitur, ut in illo: Tu Agnum, Regem terrae dominatorem, Moabitici de petra deserti ad montem filiae Sion traduxisti ||

Tuque furentem Leviathan, serpentem tortuosumque et rectum collidens, damnoso crimine mundum exemisti ||: verum etiam aliquando ad formam accentumque hymnorum suos redegit versus. Exemplo sit: Audi nos, nam te Filius nihil negans honorat || Salva nos, Iesu, pro quibus te Virgo Mater orat. || Sequentiae saeculis XI. compositae et ineunte saeculo XII. magis magisque in hanc normam vergebant: ut illa, Victimae Paschali, quam saeculo XII. ascribo, amplissime probat. Dic nobis, Maria, | quid vidisti in via? || Angelicos testes, sudarium et vestes. ||

Hinc fortasse suam sequentiarum formam mutuatus est Adamus de Sancto Victore, qui circa A. D. 1190 vitam cum immortalitate commutavit. De eo scite quidem et eleganter Vir Reverendus, Richardus Chenevix Trench, cuius verba hic iuvat Latina versione donare. „De Adami sequentiis alii aliter iudicaverunt. Qui eum in summo honore habent, vix infitias ibunt, poetam in mystica Veteris Testamenti explicatione nimium laborare, suoque ipsius ingenio, ad id adhibito, nonnunquam abuti. Nec semper doctissimas suas observationes in poeseos fervorem perfecte effusas exhibet. Aliquando etiam plus aequo laborat, ut versus nimia componat arte, intricatissimas consonantias iam prodigaliter accumulet, iam subtiliter inter se liget: ut se magistrum omnis versuum generis absolutissimum exhibeat, nec tam a vinculis suis adhiberi, quam in eis gloriari demonstret. Culpae, quae nimii aliquid meriti in se habent. Circulum universalis theologiae perfectissime callet, Sancta Scriptura non minus abundanter quam mirabiliter utitur, versus exquisita quadam arte ordinat, consonantiasque disponit, melodiam, dum ad finem vergit, ditiorem plenioremque exhibere curat, in singulos versus mirum quantum vis infundat (e. g. „Offert multa, spondet plura, Periturus peritura: — Per quam plebs Alexandrina Faeminae non faeminina Stupuit ingenia;) felicissimum narrandi artificium ideo gratius lectoribus reddit, quia quae aliis profert ipse se credere et sentire tam liquido demonstrat.“ — Nec absurde Iohannes Tolosanus, et ipse Prior Victorinus: „Valde multas prosas fecit, quae succincte et clausulatim progredientes, venusto verborum matrimonio subtiliter decoratae, sententiarum flosculis mirabiliter picturatae, schemate congruentissimo componuntur: in quibus et cum interserat prophetias et figuras, quae in sensu quem protendunt videntur obscuratissimae, tamen sic eas adaptat ad suum propositum manifeste, ut magis videantur historiam texere quam figuram.“

Nec mirum, tanti nominis auctoritatem tantamque ingenii poetici vim novum sequentiarum genus a Scandinavia usque

ad Alpes propagasse. Innumeri exstabant Adami imitatores: qui in CCC annorum decursu Missalia omnimoda prosarum farragine implebant. E quibus multae non spernendum locum sibi vindicant: nec tamen, tribus quatuorve exceptis (e. g. Thoma de Celano, S. Thoma Aquinensi, Iacobo de Benedictis, Henrico Pistore) cum Adamo comparandus iterum exstitit. Ex eo tempore Notkerianas prosas paucissimos invenisse imitatores nemini non notum est.

In tam immanem multitudinem sequentiarum crevit numerus, tamque inscitae et immodulatae pleraeque evaserunt, ut Synodus Coloniensis (A. D. 1536) minuendas reformandasque eas duxerit. Penitus enim intolerabile erat, versus huiuscemodi, quos in Missali Andegavensi inveni, ab Ecclesia cantatos esse: „Clerus Andegavensium Psallat cum turma civium: Quod Mauricii brachium Nobis misit Byzantium. Constantinopolitana Civitas diu profana Manserat. Et duritia vesana Dogmata sacra Romana Spreverat. Franci fortes accinguntur Venetis associati, Villam hanc aggrediuntur: Cadunt Graeci superati. Archipraesul Philippensis Genere Rothomagensis Francis opem praebuit: Et de rebus civitatis Ob mercedem probitatis Opes multas habuit.“ etc. At in Reformatione Missalis Romani iudices tam iniquos se erga prosas monstraverunt, ut omnes, hisce exceptis, Veni Sancte Spiritus, Victimae Paschali, Lauda Sion Salvatorem, Dies irae, deleverint; quod maxima cum strage rei liturgicae factum esse, nemo est qui non viderit. Quis enim non dolet prosas ab Ecclesia damnatas fuisse, quae non sine ferventissimo cordis studio vel legi possunt? Exemplis sunt: illa, quae omnem laudem superat, Sequentia Alleluiatica S. Notkeri: Sancti Spiritus adsit nobis gratia; eiusdem Psallat Ecclesia; Adami Zyma vetus expurgetur; Heri mundus exultavit; Quam dilecta tabernacula, et sexcentae aliae.*)

De duobus Sequentiarum generibus haec Clichtovaeus: „Prosa ecclesiastica secundum specialem rationem modo ex-

---

*) Sequentiis e Romana ecclesia expulsis refugium et portus erat ecclesia Lutherana. Etenim non nullae publicis ritibus adhibitae sunt, permultae capitulorum Cathedralium officiis privatis inservierunt. Ut exemplum afferam, capitulum insignis ecclesiae Halberstadensis praeter horas canonicas quotidie recitatas, diebus dominicis ac festivis missam celebravit Lutheranam, Romanae ad Credo usque (incl.) pedissequam. In his missis et Sequentiae lectae sunt. Liber Ritualis Halberstadensis decem habet Sequentias: Eia recolamus, Exultemus pari voto, Natus ante saecula,

plicatam sumpta duplex invenitur. Quaedam rhythmica, quae certum numerum syllabarum in unaquaque clausula et in fine consimilem exitum duarum postremarum syllabarum cum aliis clausulis servat:" et haec est ea in qua Adamus de S. Victore facile princeps exstitit: qua de causa Victorinas hasce possumus vocare sequentias. „Alia vero non rhythmica," inquit Clichtovaeus (qui minus ad aurem quamlibet rhythmica dicere debuit), „quae nec determinato clauditur syllabarum numero," (hoc plerumque falsum est, ut infra monstrabimus) „neque consonantiam in exitu certam observat." Et haec est Notkeriana.

De Notkerianis primum. Mirum enim quam crassa apud homines rei liturgicae non ignaros de earum metro ignorantia, mirum quantum in ipsis Missalibus vel incuriae vel inscitiae. Nec, quod sciam, Wolfio Monioque exceptis, ulli in mentem venit regulas investigare, versus ordinare, corrigenda vel facillime corrigere. Et ex hoc sequentiarum genere, quia solutioribus videbatur regulis teneri, in usum venit aliud nomen, Prosa: quod postea omnibus sequentiis commune fuit.

Sequentia igitur Notkeriana, seu Prosa, ex incerto numero versuum constat: singuli versus ex incerto syllabarum numero. Versus bini et bini, aliquando plures, respondent tum syllabis, tum saepe accentibus, tum intercisionibus. In plerasque enim intercisiones sive clausulas versus singuli dividuntur: exemplo sit hoc:

Síc te náscitúrum | Fíli Déi | vátes túo dócti | Spíritu díxerant
Síc te óriénte | láudes tíbi | cántant pacem térris | Ángeli núntiant.

Grates nunc omnes, Agni paschalis esu, Laudes salvatori, Summi triumphum, Sancti Spiritus assit, Benedicta semper, Summe rex Christe. Et is Sequentiarum cantus adhuc obtinuit ad tempora Hieronymi Guestphaliae regis qui cum aliis ecclesiae opibus et capituli Halberstadensis divitias dissipavit 1810. Alia senserat Lutherus: Deutsche Messe 1523: — Zum fünften lassen wir keinen Sequenz oder Pros singen, es wäre denn, dass dieser kurze Sequenz den Pfarrherrn gefiel, den man auf Weihnachten singet: Grates nunc omnes. Ihrer sind auch nicht viel mehr, die nach dem Geist schmecken, ohne die man singet zu Pfingsten vom h. Geist: Sancti Spiritus assit. Item: Veni sancte Spiritus, welche doch entweder nach Essens oder unter der Vesper oder, wenn es dem Bischof gefällt, unter der Messe mögen gesungen werden. Dan.

Age vero, quoniam in hanc materiam nobis aditum patefecimus, aliquas ex Notkeri sequentiis metrice examinemus: quarum duas iamdudum docte quidem, sed non omnino, in vestigavit Wolfius.

I. Eia recolamus laudibus piis digna Vs. irresponsorius.

II.	Huius diei carmina | in qua nobis lux oritur | gratissima | Noctis inter nebulosa | pereunt nostri criminis | umbracula |	8+8+4=20.
III.	Hodie saeculo maris stella | est enixa | novae salutis gaudia Quem tremunt barathra, mors cruenta | pavet ipsa | a quo peribit mortua	10+4+8=22.
VI.	Gemit capta | pestis antiqua | coluber lividus perdit spolia Homo lapsus | ovis abducta | revocatur ad aeterna gaudia	4+5+11=20.
V.	Gaudent in hac die agmina | angelorum coelestia Quia erat drachma decima | perdita et est inventa	9+8=17.
VI.	O culpa nimium beata | qua redempta est natura Deus qui creavit omnia | nascitur ex foemina	9+8=17. 9+7=16.

Ideoque non satis apte inter se respondent versus. Libenter cum Missali Sarisburiensi pro culpa legerem plebs, nisi, quod et tu, V. Cl. observasti, poetam Augustiniano oxymoro uti velle crederem. Itaque omittendum est O, hunc in modum

Culpa nimium beata qua Deus qui creavit omnia	redempta est natura nascitur ex foemina	9+7=16

VII.	Mirabilis natura | mirifice induta | assumens quod non erat | manens quod erat Induitur natura | divinitas humana | quis audivit talia | dic, rogo, facta	7+7+7+5=26.
VIII.	Quaerere venerat | pastor pius quod perierat Induit galeam | certat ut miles armatura	6+9=15

IX. { Prostratus in sua propria | ruit hostis spicula | auferuntur tela
In quibus fidebat divisa | sunt illius spolia | capta praeda sua } 9+7+6=22

X. { Christi pugna fortissima | salus nostra est vera
Qui nos suam ad Patriam | duxit post victoriam } 8+7=15

XI. In qua sibi laus est aeterna. V. irresponsorius.

[II.] Natus ante saecula.

I. { Natus ante saecula | Dei Filius invisibilis | interminus } 7+10+4=21
Per quem fit machina | coeli et terrae, maris et in his | degentium } 6+10+4=20

Itaque haud recte cohaerent versus, quod silentio praetermisit Wolfius. Equidem levi mutatione legerem. Per quem fuit machina. II. 7+7+4=18. III. 10+12+9+8+10=49. IV. 9+9+5=23. V. 7+8+6+8=29. VI. 14+8+5=27.

[III.] Hanc concordi famulatu. Exposuit Wolfius p. 296.

[IV.] Iohannes Iesu Christo.

I. Iohannes Iesu Christo || multum dilecte virgo. Vs. irresp.

II. { Tu eius amore | carnalem in navi || parentem liquisti
Tu leve coniugis | pectus respuisti || Messiam secutus
Ut eius pectoris | sacra meruisses || fluenta potare } 6+9+10=25

III. { Tuque in terra positus | gloriam conspexisti filii Dei
Quae solum sanctis in vita | creditur contuenda esse perenni } 8+14=22

Satis recte, quoad syllabarum numerum, se habet dicolum. Sed quum et sensus emphasis in terra et vita posita sit, et assonantia in eisdem verbis locum habeat — adde quod alia existat lectio, in via — nullus dubito quin ita legamus:

„Tuque positus in via | gloriam conspexisti filii Dei
Quae solum sanctis in vita | creditur contuenda esse perenni.“

IV. Te Christus in cruce triumphans | matri suae dedit custodem
Ut virgo virginem servares | atque curam suppeditares } 9+9=18

V. Tute carcere flagrisque | fractus testimonio | pro Christo es gavisus
Idem mortuos suscitas | inque Iesu nomine | venenum forte vincis } 8+7+7 =22

Versus poeta indignus, quippe qui nullam intercisionem facile permittat.

VI. Tibi summus tacitum prae ceteris | verbum suum pater revelat } 11+9
Tu nos omnes sedulis precibus*) | apud Deum semper commenda } 10+9

VII. Ioannes, Christi care. Vs. irresp.

[V.] Laus tibi Christe.

I. Laus tibi Christe patris optimi || nate, Deus omnipotentiae. Vs. irresp.

II. Quem coelitus iubilant supra astra | manentis plebis decus harmoniae
Quem agmina infantium sonoris | hymnis collaudant aetheris in arce
Quos impius ob nominis odium | tui misero straverat vulnere } 11+11=22

III. Quos pie nunc remuneras in coelis | Christe pro poenis nitide
Solita usus gratia qua tuos | ornas coronis splendide } 11+8=19

IV. Quorum precibus sacris | dele precamur nostrae pie | crimina vitae
Et quos laudibus tuis | iunxeras nobis istic dones | clemens favere } 9+9+5=23

V. Illis aeternae | dans lumen gloriae
Nobis terrea | concede vincere } 5+6=11

---

*) Et hic mancus est syllabarum numerus. Audacter legerem consortiis, quod verbum pro intercessionibus saepe positum esse nemo est qui ignoret.

VI. { Ut liceat serenis actibus | pleniter adipisci | dona tuae gratiae
Herodis ut non fiat socius | quisquis in horum laude | se exercet propere. } 10+7+7=24

VII. Sed aeternaliter cum eisdem catervis tecum sit domine. Vs. irresp.

Iam vero quaerendum est, quonam modo facillime et rectissime ordinari possint intercisiones. Alii enim aliter diviserunt, nec certo quidquam de ea re statui potest. Nec mirari non possum, quo pacto Vir Cl. I. T. Monius satis se responsoria edidisse sibi visus sit, quum nil, nisi quod oculis versus intercisos repraesentavit, eiusmodi saepe fecerit. Exemplo sit Tom. 1. Hymn. 153. Ita ille edidit et interpunxit:

1. Agni pascalis
esu potuque dignos

Moribus sinceris
praebeant omnes se
christianae animae,

Pro quibus se deo
hostiam obtulit
ipse summus pontifex

2. Quarum frons in postis est
modum eius illita
sacro sancto cruore
et tuta a clade canopica,

Quarum crudeles hostes
in mari rubro sunt obruti.

At hoc vero non tam parallelizare est, quam ἀπαραλλήλους sub specie parallelismi versus sinere. Nemo melius in hac materia laboravit quam Wolfius, qui utinam quod paucis praestitit sequentiis, multis praestitisset! Exemplum vero capiamus: Moniique intercisionem primam, dein nostram, spectemus. Ex notissimis est sequentia: Sancti Spiritus. Ita Monius:

1. Sancti spiritus assit
nobis gratia.

Sed plane irresponsorius est versus: nec ita in duas partes dividi potest.

2. Quae corda nostra sibi faciat
habitaculum

Expulsis inde cunctis vitiis
spiritalibus.

Spiritus alme,
illustrator hominum,

Horridas nostrae
mentis purga tenebras.

Sed, quaeso, cur sub isto numero (2) duo includuntur binarii? praesertim cum inter se nullo modo cohaereant.

Tu mecum, ne fallor, ita dispones:

II. Quae corda nostra sibi | faciat habitaculum
Expulsis inde cunctis | vitiis spiritalibus.

Ad sibi et cunctis ponenda est intercisio: minime post faciat et vitiis. Ita enim assonantia (sibi, vitiis) iubet: ita emphasis ipsius sententiae suadet. Sibi enim, non alii, sibi, Domino et vivificanti, Spiritus Sanctus corda nostra facit habitacula; itaque nullos, nisi se, dominos agnoscit vel agnoscere potest, et cuncta vitia expellit.

III. Spiritus alme | illustrator hominum
Horridas nostrae | mentis purga tenebras.

ut et quae sequuntur: nisi quod iterum duos binarios sub uno numero includit editor.

Iam vero experimentum aliud faciamus: notissimam illam Sequentiam Benedicta sit semper in materiam adhibentes. Ita illam ordinat Monius:

1. Benedicta semper sit
sancta trinitas,
deitas scilicet unica,
coaequalis gloria.

Pater, filius,
sanctus spiritus,
tria sunt nomina, omnia
eadem substantia.

2. Deus genitor,
deus genitus,
in utroque sacer spiritus
deitate socius.

Non tres tamen dii sunt,
deus unus est,
sic pater dominus, filius
spiritusque dominus.

At, si quid video, neque inter se versus primus et secundus, neque eorum partes mutuo respondent. Duplici ergo modo ordinari potest hoc exordium. Vel sic:

I { Benedicta semper sit Sancta Trinitas | Deitas scilicet unica | coaequalis gloria
{ Pater, Filius, Sanctus Spiritus | tria sunt nomina, omnia | eadem substantia
{ Deus genitor, Deus genitus | in utroque sacer Spiritus | deitate socius
{ Non tres tamen Dii sunt, Deus unus est | sic Pater Dominus, Filius, | Spiritusque Dominus.

quod et Monium, licet obscure, significasse credo. — Sed quum nulla sit Sequentia quae plures acceperit formas, ita ut non solum verba varientur, sed et ipsi versus vix iidem, in variarum Ecclesiarum Missalibus, videantur; quumque in

prima clausula τὸ semper non semel omittatur, ultima vero clausula non semel penitus exciderit, mihi persuadere non possum, quin in honorem SS. Trinitatis tricolo carmen suum incipere voluerit poeta in hunc modum:

Benedicta sit Sancta Trinitas: | deitas scilicet unica | coaequalis gloria
Pater, Filius, Spiritus Sanctus | tria sunt nomina, omnia | eadem substantia
Deus genitor, Deus genitus | in utroque sacer Spiritus | deitate socius.

Tum vero aliquem, theologiae quam poeseos peritiorem, ne Sabellianismi incurreret suspicionem poeta, clausulam quartam, verbis ex confessione Athanasiana paene desumptis, addidisse: quo facto, ne mancus exstaret syllabarum numerus, τὸ semper alia manu in initio additum fuisse. Sed tu vide, Vir Doctissime, an tibi haec coniectura satis placeat.

Mihi autem videtur, non aliam legem de intercisionum numero et locis statui posse, quam hasce, quas brevissime percurram. Vix enim, vel ne vix quidem hac de re aliquid certi e notis musicis adipisci possumus: ducibus sane, quod versus attinet, eximiis: quod intercisiones, inutilibus. Et primo quidem parum interest, utrum pauciores an plures eas faciamus, dummodo recte, ubi dividimus, dividamus; e. g. qui ita legere vult, me certe admodum repugnantem non habebit:

Illuxit dies
quam fecit Dominus,
mortem devastans,
et victor suis
apparens
dilectoribus vivus.

Primo Mariae,
dehinc apostolis
docent scripturas
cor aperiens
ut clausa
de ipso reserarent.

Quamquam, ut mihi videtur, convenientius ita distribui potest:

Illuxit dies quam fecit Dominus,
mortem devastans
et victor suis apparens dilectoribus vivus.

Primo Mariae, dehinc apostolis,
docens scripturas,
ut clausa de ipso reserarent.

Prima itaque sit regula; intercisiones, seu una sive plures sint, sensus emphasin sequi deberent. E. g.:

Qui coeli qui terrae regit sceptra || inferni iure domito
Qui sese pro nobis redimendis || permagnum dedit pretium.

Iterum: versus istos tu noli sic interpungere:

Ecclesiam	vestris doctrinis	illuminatam
Per circulum	terrae precatus	adiuvet vester

qui potius sic excudi debent:

Ecclesiam vestris	doctrinis illuminatam
Per circulum terrae	precatus adiuvet vester.

Cadunt certe vis et emphasis sententiae in vestris et vester. Sanctos apostolos enim exorat poeta, ut quam doctrinis suis olim erudierint ecclesiam, eam et nunc suis precibus non omittant adiuvare. Iterum:

Haec domus aulae coelestis	probatur particeps
In laude regis coelorum	et caeremoniis.

Quo bene observato occurrit saepius levissima mutatio, quae metrum aeque ac sententiam adiuvat. Legimus in Sequentia de SS. Innocentibus:

Recentes atque teneri milites || Herodiano ense trucidati
te hodie praedicaverunt
Licet necdum potuerunt linguula || effusione tamen te,
Christe, sui sanguinis praeconati sunt.

Intercisionem non nisi unam sententiae versus patitur: quis enim hunc in modum legeret?

Recentes atque teneri | milites Herodiano | ense trucidati
te hodie praedicaverunt
Licet necdum potuerunt | linguula effusione | tamen te
Christe sui sanguinis praeconati sunt.

Sed in ultima clausula circumspiciamus, an non in aliquod verbum ambobus versibus commune vis sententiae cadat. Certissime, ex te omne, quidquid id est, dependit. Tu ergo sic corrigas:

Recentes atque teneri milites | Herodiano ense trucidati |
te hodie praedicaverunt
Licet necdum potuerunt linguula | effusione tamen Christe
sui | te sanguinis praeconati sunt.

Vel ita, ut cum Bentleio loquar, scripsit, vel debuit scribere poeta. Eadem de causa nollem intercisionem inter substantivum et suum adiectivum interponere, nisi, quod saepe fit, venustas sententiae ita postulat. Sequentem e. g. Sequentiae Pentecostalis versum hoc modo ordinarem:

Idem vel latronem suspensum || persuasor sacratum convertit in confessorem
Teloneo quondam sedentem || artifex peritus transformat in evangelistam.

Atqui, si scripsisset poeta (quod et melius fortasse scribere potuit) peritum, tum post persuasor et artifex clausulas interpunxissem. Multo minus, mea quidem sententia, post verba imbecilliora, e. g. in, atque, qui, quos, aliaque eiusdem generis. Quod tamen saepissime facit Monius, e. g.:

Atque pretium, tu
vectis es botri
nati in vineis Engaddi. —

Gaudens ecclesia hanc
dieculam venerando.

At saepe accidit, nullam in versu emphasin ita inesse, ut de statuenda intercisione ab ea doceamur. Tum, si quae exstat, quaerenda erit assonantia, utilissima sane et fidissima adiutrix. Exempla exstant innumera.

Hymnite nunc superi || pariter resonate inferi
Et omnis in Domini || spiritus gratuletur aenesi. —

Quarum coronis || ornatur mater ecclesia
Quarum triumphis || exsultat coelorum curia. —

Spiritus almo || illustrator hominum
Horridas nostrae || mentis fuga tenebras. —

Tu purificator omnium || flagitiorum Spiritus
Purifica nostri oculum || interioris hominis.

ubi optime inter omnium et flagitiorum cadit caesura. Cunctis enim ex flagitiis puram praestare mentem ei debet, qui Deum oculo interioris hominis videre desiderat.

Iam se replicat | saeculi series | maxima || venit etiam | vatis Cumaeae veridicae | iam aetas carminis ultima |
Vago remeat | saecula revehens | aurea || adsunt tempora |
quo gens ferrea iam desinat | et mundo pullulat aurea |

quod et exemplum minime spernendum est crebriorum assonantiarum, poetae sane in talibus vinculis gloriantis ludi.

Vigilat pastorum cura || vox auditur angelica
Cantant inclyta carmina || plena pace et gloria
Christo referunt propria || nobis canunt ex gratia. —

Gaude homo: || cum perpendis tata
Gaude caro: || facta Verbi socia.

Atqui saepius, praesertim in sequentiis serioris aevi, in consonantias hae assonantiae sese verterunt; ita ut medium quendam locum inter Notkerianas teneant et Victorinas.

Iam de versibus irresponsoriis aliquid statuendum est. Exstant praecipue duo, unus ad principium, alter ad finem carminis. Aliquando non nisi unum, aliquando ne unum quidem invenimus. Apponamus igitur eos, qui a S. Notkero profecti sunt, ut si quam constructionis normam exhibent, eam in medium proferamus. Sunt igitur qui sequuntur:

Ad principium.

1. Eia recolamus laudibus piis digna.
2. Hanc concordi famulatu colamus solemnitatem.
3. Iohannes Iesu Christo multum dilecte virgo.
4. Laus tibi Christe patris optimi nate, Deus omnipotentiae.
5. Festa Christi omnis christianitas celebret.
6. Concentu pari hic te Maria veneratur populus teque colit cordibus.
7. Laudes salvatori voce modulemur supplici.
8. Pangamus creatori atque redemptori gloriam.
9. Agni paschalis esu potuque dignas.
10. Summi triumphum regis prosequamur laude.
11. Sancti Spiritus adsit nobis gratia.
12. Sancti Baptistae, Christi praeconis.
13. Laurenti David magni martyr milesque fortis.
14. Congaudent angelorum chori gloriosae Virgini.

Ad finem.

1. In qua sibi laus est aeterna.
2. Nunc inter inclytas martyrum purpuras coruscas coronatus.
3. Iohannes, Christi care.
4. Sed aeternaliter cum eisdem catervis tecum sit, Domine.
5. Huic omnes auscultate populi praeceptori.
6. Laus quoque Sancto Spiritui per aevum.
7. Spiritales chori Trinitati.
8. . . . . .
9. Post mortem melius cum eo victuros.
10. In fine saeculi ipse quoque semper sit nobiscum.
11. Hunc diem gloriosum fecisti.
12. Amice Christi Ioannes.
13. Martyr milesque fortis.
14. Ut sibi auxilio circa Christum dominum esse digneris per aevum.

Et primo observandum est, multos ex versibus ad principium positis duas easdemque pares clausulas in se continere,

Hanc concordi famulatu
Colamus solemnitatem —

Ioannes Iesu Christi
Multum dilecte virgo —

Laurenti David magni
Martyr milesque fortis — etc.

Sic quoque (Mon. 197)

Laudantes triumphantem *)
Christum canamus hymnum.

multos ex dicolo, vel tricolo, addito monocolo, componi, hunc in modum:

Agni paschalis
esu potuque
dignus —

Sancti Spiritus
adsit
nobis gratia —

Congaudent
angelorum
chori
gloriosae
Virgini —

Laudes Salvatoris
voce modulemur
supplici —

Pangamus
creatori
atque
redemptori
gloriam —

Et ut experimentum in prosis sequioribus faciamus:

Laude celeberrima
recolamus
festa sacratissima —

Benedictio
trinae
Unitati
simplici
Deitati
semper
omnifaria.

Cantemus cuncti **)
melodum
nunc Alleluia.

Regnantem sempiterna
per saecla susceptura
concio
devota
concrepa.

Speciosus forma
prae natis
hominum Iesus.

---

*) Quod ille mirum in modum interpungit:
Laudantes triumphantem Christum
Canamus hymnum.

**) Male interpungit Monius:
Cantemus cuncti melodum
nunc Alleluia.

Quod et de postremis versibus notari potest, e. g.:

In qua sibi
laus
est aeterna —

Spiritales
chori
Trinitati —

In fine saeculi
ipse quoque
semper sit nobiscum —

Amice
Christi
Ioannes —

Post mortem
melius cum eo
victuros

Hunc diem
gloriosum
fecisti —

Sed aeternaliter
cum eisdem
catervis
tecum sit Domine —

Huic omnes
auscultate
populi
praeceptori —

O Galle
Deo
dilecte —

Nunc inter inclytas
martyrum purpuras
coruscas coronatus —

Te crux associat
te vero gladius
cruentus mittit Christo —

(qui eiusdem sunt normae).

vel elaboratior, ut quem apud Monium legere est, versus:

Ergo persolvamus
gratias Deo patri
qui nos cohaeredes
fecerat Christi sui
et prodigo
sui sanguinis Christo
Spiritui
quoque cordis unctori
iubilemus.

Sed, ut verum fatear, ne ita quidem omnes versus in ordinem redigi possunt, qui et, ut ipse fatetur Monius, maiore indigent luce et peritia. Inter hos exstant fortasse multi, qui indocte scripti, corruptissimi ad nos venerunt. Nec mirum; quum harum leges sequentiarum multos etiam medii aevi scriptores penitus latuerint. Iamdudum vidimus, Clichtovaeum eas nullis teneri vinculis credidisse. S. Hildegardis,

quae sequentiam a Monio editam composuit O ignis Spiritus Paraclite, plane ἀμέτρους eas fuisse putabat. Quid ergo mirandum, si recentiores mira prosarum ars effugerit, ita ut pro suo quisque placito vel interpolaret, vel corrigeret, nullo metri, quod abesse putabatur, respectu habito?

Ita, cum in Missali Sarisburiensi sequentia Paschalis elegantissima hunc in modum incipiat:

Dic nobis quibus e terris nova
cuncto mundo nuncians gaudia
nostram rursus visitas patriam.

corrector Missalis Cameracensis hunc in modum legit:

Eia dic nobis, quibus e terris tantis nova etc.

Iam de accentibus dicendum est. De eis sequentiarum scriptores idem, quod de homoeoteleutis vetustiores hymnographi, iudicabant. Ubi sponte respondebant, bene erat, ubi sine magno labore responsorii fieri potuerunt, haud male; ubi difficiliores sese praebuerunt, laborem non valebant. Exemplum videamus:

1 2 3 4
Nos corde | percepimus | qualis ac quantus | est quia vici-
5 6
nus | dignitate | Christi fit et morte

1 2 3 4
nam morte | turpissima | damnatur sponsus | sponsi et ami-
5 6
cum | damnant morte | recte turpissima

In prima, secunda, quinta clausulis rectissime currunt accentus. In quarta mediocriter tantum. In tertia, cum primus versus accentum ita habeat, ´ — — ´ —, secundus accentum hunc in modum figit — ´ — ´ —. In sexta, primus ita se habet, ´ — ´ — ´ —; secundus ´ — — ´ — —. Ut curreret ictus recte, damnatur, turpissima pronuntianda essent. Aliud apponamus exemplum:

1	2	3	4
Daemoniis	eam septem	mundas septiformis	Spiritus
Ex mortuis	te surgentem	das cunctis videre	priorem.

1 2 3
Hac Christe proselytam | signas ecclesiam | quam ad filiorum
4
mensam | vocas alienigenam
1 2 3
Quam inter convivia | legis et gratiae | spernit Pharisaei fa-
4
stus | lepra vexat haeretica

Vides hic optime procedere omnia, excepta quarta primi binarii intercisione: ubi prior versus quasi cretico, alter quasi amphibrachy constat. Nec hanc accentuum disparitatem incuriam vocare possumus, multo minus ignorantiam, sed, sive libertatem velis, sive licentiam. Et idem est, etsi rarius, observare in sequentiis et in hymnis rhythmicis, e. g.:

Altissima providente
Cuncta recte disponente
Dei sapientia.

Urbs beata Ierusálem,
Dicta pacis visio

Nunc dimisso adultéro
Maritatur sponso vero.

Nec ideo statuere possumus, has syllabas ita enuntiatas fuisse. Id expresse vetat notatio musica. In hymno paschali, cuius hoc est initium: Aurora lucis rutilat Coelum laudibus intonat, hymnale Sarisburiense ita dat accentum:



Au-ro-ra lu-cis ru-ti-lat Coe-lum lau-di-bus in-to- nat

ubi brevis legitur, quam productam vult accentus, penultima τοῦ laudibus. Inconditum sane invenustumque id nobis videatur. Sed et nos, aeque ac vestrates, Vir Doctissime, licentiam eiusmodi usurpamus, haud minus auribus Graecorum vel Romanorum barbaricam: eam dico, qua in prima vel tertia versuum iambicorum syllaba pro iambo vel spondeo trochaeus locum habere potest. — At quoniam notas musicas spectat oratio, haud spernendum fortasse iudicabis, si, quod de iis in hac materia observavimus, dicamus. Fortasse iam ab aliis observatum est: quod tamen me legisse non memini. Inter libros mss. sunt, qui in loco signi ꟸ flava, et pro signo ꟸ rubra utuntur linea. Id mihi sic explicandum videtur. Signum ꟸ, sive C, recte auream sibi vindicat lineam, quia C pro Caritate capi potest: caritas autem pretiosissima

inter virtutes est, velut inter metalla aurum. ꝗ vero, sive F, rubro depingitur colore, quia ab ista litera Fides significari potest: qua Martyres purpuratam sui cruoris chlamydem induti sunt.

Iam de variis istarum sequentiarum nominibus aliquid dicendum est. Et mihi quidem, si ita statui posset, convenientius videtur, ut quae Notkerianam referunt indolem, eae prosarum, quae vero rhythmice scribuntur, sequentiarum titulo intelligerentur. Monius, manuscriptorum fortasse auctoritatem secutus, S. Notkeri foetum troparia vocat.*) Quod tamen aliquid incommodi habet. Optandum enim esset ut, quoad fieri potest, unum idemque verbum unam eandemque rem significaret; multo autem magis, cum de pari materia agitur. At sequentiae Notkerianae quodam modo Ecclesiae Graecae ᾠδαῖς respondent; quae Odae ex incerto numero τροπαρίων constant. Ideo singuli sequentiae versus, minime vero tota sequentia, eo titulo vocandi essent, si analogiam dicendi servare, quod possumus, vellemus. — Atqui Notkerianis sequentiis alii in manuscriptis nonnunquam praefiguntur tituli, quos e re erit in medium proferre. Occidentana. — Fidicula — Laetatus sum. Dominus regnavit. Duo, tres. Iustus germinabit. Symphonia. Romana. Frigdola. — A postremis incipiamus. Eckehardus in suo de casibus S. Galli libello ita scribit: „Fecerat quidam Petrus ibi iubilos;“ — id est, neumata, de quibus antea dictum est — „ad Sequentias quas Metenses vocabat“ — sequentiarum nomine seriem neumatum innuit — „Romanus vero Romane et amoene de suo iubilos modulaverat, quos quidem post Notkerus quibus videmus verbis ligavit. Frigdorae videlicet et Occidentanae quos sic nominabant iubilos, his animatus etiam ipse de suo excogitavit. In quibus Eckehardi verba, ut olim observavit Du Cangius, vim aut etymon verbi vix quis agnoscat. — Occidentana forsitan nomen traxit ex iis melodiis, quas „a Gimedia, a Nordmannis vastata“ presbyterum quendam ad S. Gallum attulisse narrat S. Notkerus. Romanam non nisi melodiam quae ab Urbe venisse credebatur intellexerim. Frigdola vel Frigdora facilius agnoscit etymon: idem enim vult atque Phrygo-Doricum: id est: Tonus primus mixtus cum tertio. Fidiculam, auctore Wolfio, ecclesiasticae musicae inserviise sat scio; quid autem loco tituli sibi velit viderint doctiores. Quod

*) Ego ne unum novi codicem, in quo Sequentiae Notkerianae adscripta sit vox troparii. Neque Monius, quoad sciam, hanc vocem in libris Mss. invenisse autumat. Dan.

et de illo, Duo tres, dicendum erit. At cetera, Dominus regnavit, Iustus germinabit, Laetatus sum, introitus ecclesiae S. Gallensi proprios spectarint mihi incompertum est: certe hirmorum locum (de quibus infra dicetur) non tenent, quippe qui versibus Psalterii supradictis minime respondeant. De his consuli potest Monius I. 197. Symphoniam bene notat Wolfius instrumentum musicum fuisse: quem tamen miror eum non laudasse hymnum:

Dies festus agitur,
Tange symphoniam.*)

Non possum silentio praetermittere quantum similitudinis quoad metricas rationes inter sequentias Notkerianas et Odas, quas in matutinis suis usurpant Graeci, insit. Illae enim incerto intercisionum numero, quamvis longe maiore, constant, et ad normam certorum versuum, sive, ut vocantur, εἱρμῶν, numeros accentumque ducunt. Exemplo sit hoc:

ῥείθροις αἱμάτων κατασβέσας | παναοίδιμε τὸ πῦρ τῆς ἀσεβείας | τῶν θαυμάτων ἡμαρ ἑκάστοτε δροσίζεις
θεῖον ἐς γνόφον υπεις δύνας | τὸν αθέατον ὡς θέμις εθεάσω |
τὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν φωτίζοντά σου, μάκαρ

τῷ νιφετῷ Ζηνόβιε | τοὺς ἐν πίστει σε ὑμνοῦντας
εὐσεβοφρόνως μέλποντα | ὁ Θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

De Victorinis sequentiis pauca restant dicenda. Has in tres partes pro commodo nostro dividere possumus: eas scilicet quae quasi trochaico constant metro, quae quasi iam-

---

*) Addo quae ego de Sequentiarum titulis sentio. Est autem eorum genus quintuplex. 1) Primi generis tituli vere sunt melodiarum indicia; quam ad rem plurimum facit locus in Ekkehardi Casibus S. Galli, qui supra legitur. — Alios musicos titulos index exhibebit. 2) Alterum appellationum genus ex aliqua voce, cuius est gravior significatio, in fronte Sequentiae posita pendet; ex more antiquitus usitato, cuius exemplum agnoscimus iam. II. Reg. 1, 18. 3) Alii tituli ex Graduali vel ex Epistola Sequentiae proxime praecedente petiti sunt, vel non nunquam ex Introitu aliisque partibus Officii Missae. 4) Alii porro in Sequentiis certorum festorum usibus destinatis breviter denotant festi nomen vel materiam, vel rem in historia festi notabilem. 5) Quum autem non unaquaeque Sequentia propriam haberet melodiam, titulo saepenumero ea Sequentia significatur, cuius melodiam altera sequebatur. Non raro ad haec aliae quoque rationes, subtiles et ingeniosae, accedunt. Plerumque Sequentiae alienis accommodatae melodiis aetate sunt inferiores; atque omnino titulorum ad cognoscendam Sequentiarum aetatem magnum est momentum, neque minus ad Sequentiarum divisiones recte faciendas, ex comparatione earum, quae eundem titulum ferant.

bico, quae denique aliis metri rationibus. Nemo est qui nescit trochaicos numero longe antecellere alios: in strophis plerumque ordinatos, saepius triphthongos. De quibus auctor Artis rhythmicandi vetustus: „Triphthongus fit duobus modis; primus modus est quando duae distinctiones (versus) concordant simul, et additur cauda (Germ. Refrainzeile, Angl. Tail-rhyme) et duae aliae simul, et additur cauda, et caudae concordant.“ Hunc scilicet in modum: aabccb: ubi a et c quasi-trochaici dimetri sunt (´ – ´ – ´ – ´ –), b quasi-trochaicus dimeter catalectus (´ – ´ – ´ –). Cuius rei exempla praebent Stabat mater dolorosa; Lauda Sion salvatorem; Qui procedis ab utroque; et sexcenta alia. Verum notandum est, paucas ex his eandem rhythmorum seriem a principio usque ad finem tenere, ut fit in Stabat mater; Corde, voce pulsa coelos (Neale XLVI); Paulus Syon architectus (Mone III. 85); Plausu chorus laetabundo (Dan. II. 112). Plerique ad finem in omnia alia abeunt: solet quoque Adamus eiusque sectatores in medio duos versus inserere iambicos trimetros brachycatalecticos.

Servi crucis crucem laudent,
Per quam crucem sibi gaudent
Vitae dari munera:

Dicant omnes et dicant singuli:
Ave salus totius saeculi,
Arbor salutifera.

Iterum:

Iam divinae laus virtutis,
Iam triumphi, iam salutis
Vox erumpat libera.

Haec est dies quam fecit Dominus:
Dies nostri doloris terminus:
Dies salutifera.

Coetus noster hic applaude
Hunc honora dignum laude
Qui vivit in gloria:
Sciant omnes et sciant singuli
Non quaesivit gloriam saeculi
Nec patris imperia.
Regna liquit et fugit patriam,
Et subivit transiens ianuam
Pontici confinia.

De S. Iodoco (Mone 3. 244).

Quod genus praecipue in tertio occurrere versu observamus.

Saepissime autem uno homoeoteleuto clauduntur omnes candatae, ut fit in nobilissima illa prosa: Veni sancte spiritus. Moris quoque Adamo sectatoribusque eius est, inter duplicia homoeoteleuta simplicia hic illic spargere: e. g.:

Nulla salus est in domo
Nisi cruce munit homo
Superliminaria:
Neque sensit gladium,
Nec amisit filium
Quisquis egit talia.

Adamus autem, qua verborum copiositate pollet, dum ad finem vergit, grandior et disertior in materiam suam assurgens, homoeoteleuta reduplicat: hunc in modum: aaabcccb: vel etiam: aaaabccccb: cuius rei admirabile exstat specimen in ultima stropha hymni Lauda Sion salvatorem, a S. Thoma scripti. — Permiris metri rationibus aliquando utebantur poetae, dum hoc genus versuum ingeniosius quam fructuosius texebant. E. g.:

Per unius casum grani
De valle Gethsemani
Grana surgunt plurima
Orbem terrae, coeli gyrum
Ornant rores Martyrum
Una Christi victima.

Quum enim oculis hic versus duplex homoeoleuton exhibeat, nihil minus re habet: arsi hinc, thesi inde respondente.

Iam de aliis triphthongorum trochaicarum generibus haec dicta sunto.

α, aabccb.



Omni die dic Mariae laudes mea anima
Eius gesta eius festa ede splendidissima

quod et aliquando duplicatur: hunc in modum:

´ – + – ´ – + –	Urit ira tua dira
´ – + – ´ – + –	O Traiane inhumane
´ – ´ – ´ + ´	Proprio ex vitio,
´ – + – ´ – + –	Sanctum Christi cum iussisti
´ – + – ´ – + –	Flagellari, cruciari
´ – ´ – ´ – +	Nimio supplicio.

β´. ababccb.

´ – ´ – ´ – + –	Mensa fuit testamenti
´ – ´ – + – ´	Dominus rex gloriae
´ – ´ – ´ – + –	Se dat escam sacramenti
´ – ´ – + – ´	Dignus, ut aporiae
´ – + – ´ – + –	Mors necetur, et purgetur
´ – ´ – + – ´	Vitae zyma scoriae.

γ´. aabccb.

´ – ´ – ´ – + –	Quod iam dudum praesignavit
´ – ´ – ´ – + –	Qui tres videns adoravit
´ – +	Monadem
´ – ´ – ´ – + –	In fornace tres intacti
´ – ´ – ´ – + –	Sacramenta sunt adepti
´ – +	Eadem.

δ´. ababcc.

´ – ´ – ´ – +	Sonent laudes pueri
´ – ´ – + –	Sonent et provecti,
´ – ´ – ´ – +	De cisterna veteri
´ – ´ – + –	Pariter eiecti.
´ – ´ – ´ – + –	Proles nascitur divina
´ – ´ – ´ – ´ – + –	Perituraе gentis medicina.

ε´. aabccb.

´ – ´ – ´ – +	Non estis de fatuis
´ – ´ – ´ – +	Quae cum vasis vacuis
´ – ´ – + –	Christum praestolantur
´ – ´ – ´ – +	Immo de prudentibus
´ – ´ – ´ – +	Quae plenis lampadibus
´ – ´ – + –	Digne praeparantur.

ϛ. aabcbbc.

Is qui verbo nos creavit
Sanguine sic recreavit
Tantam cur disparitatem
In hoc Deus voluit
En amoris potestatem
Quae peccati pravitatem
Aquae lance diluit.

ζ. aabccb.

Hic est fructus foeminae
Nascens sine semine
Sine viro
Rore sancti spiritus
Flos processit inclytus
More miro.

En tibi ex immani trochaicarum triphthongorum multitudine specimina aliqua — πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβάς. Multo paucioribus in hoc genere iambicorum rhythmis utebantur poetae; nec plerumque nisi tribus.

α'. aabccb.

Idcirco cives coelici
Et spiritus angelici
Prae gaudio mirantur
Mysterinm mirabile
Excellens ineffabile
Exultant gratulantur.

β'. aabccb.

En nunc tempus reciprocat
Lucem quae mundum renovat
Et generans verbigenae
Hunc Virgo mater genuit,
Vis quem inferni tremuit
Quem iubilant coeligenae.

γ. Quod cum trochaeis mixtum est.

aabccb.

´ – – ´ – ´ + – –	Rex Olave, qui regium
– ´ – – – ´ + – –	Nomen habes egregium
´ – – ´ + –	Unctionis:
– ´ – – – ´ + – –	Cuius nomen est oleum
– ´ – – – ´ + – –	Effusum per aculeum
´ – – ´ –	Passionis.

Tria aeque inter dactylicas triphthongos commemoranda videntur genera.

α´. aabccb.

´ – – ´ – + ´ – – ´ – + ´ – – ´ – – +
´ – – ´ – + ´ – – ´ – + ´ – – ´ – – +

Laetetur hodie matris Ecclesiae sancta devotio
Anniversaria reduxit gaudia Transfiguratio.

β. aaaabccccb.

´ – – ´ – ´ + ´ – – ´ – ´ +
´ – – ´ – ´ + ´ – – ´ – – +
´ – – ´ – +
´ – – ´ – ´ + ´ – – ´ – ´ +
´ – – ´ – ´ + ´ – – ´ – ´ +
´ – – ´ – +

Tulit ab impia gente ludibria
Minas et odia poenas exilia
Sed mente stabili
Mira constantia devicit omnia
Felix felicia migrans ad gaudia
Cum palma nobili.

γ´. Notissimum illud: Mittit ad Virginem ababc quod hexaphthongum potius nominaveris.

Restat adhuc unum triphthongorum genus, rarissimum illud in Sequentiis, at meo quidem iudicio — an recte, viderint doctiores — suavissimum. Illam hexametri speciem dico, quam in suo de Contemptu Mundi poemate adhibuit Bernardus de Morlay.

Luce replebere iam sine vespere iam sine luna
Lux nova lux ea lux erit aurea lux erit una
Tunc nova gloria pectora sobria clarificabit
Solvet aenigmata veraque sabbata continuabit

Liber ab hostibus et dominantibus ibit Hebraeus
Liber habebitur et celebrabitur tunc iubilaeus
Iesus amantibus afferet omnibus alta trophaea
Iesus amabitur atque videbitur in Galilaea.

Nec miror, quum tam immanis sit versus eiusmodi difficultas, quod ita scripserit Bernardus: „Non ego arroganter, sed omnino humiliter, et ob id audacter affirmo, quia nisi spiritus sapientiae et intellectus mihi affuisset et effluxisset, tam difficili metro tam longum opus contegere non potuissem. — Hildebertus de Laverdino, qui ob scientiae praerogativam prius in episcopum, post in metropolitanum provectus est; Vinchardus Lugdunensis, canonicus versificatores praestantissimi, quod famae in hoc metrum contulerint, palam est. — Quorsum haec? illud scilicet intelligatur, quod non nisi Deo cooperante et animum confirmante tres libros eo conscripsi metro, quo vix illi paucissimos versus."

Iam vero nec temporis nostri, nec chartae est, reliqua versuum genera, ut hic triphthongos, percurrere. Id solum observari debet: quanto rarius inter prosas iambici, quam trochaici inveniantur rhythmi. Ex illis, non nisi duo genera plerumque occurrunt. Unum, id quod nisi fallor Adamus de S. Victore ipse invenit:

Confusa sunt hic omnia
Spes, moeror, metus, gaudium,
Vix hora vel dimidia
Fit in coelo silentium.

Quod tamen ille usitato iambicorum genere plerumque intermiscet; ut hic sequitur:

Quam felix illa civitas
In qua iugis solemnitas!
Et quam iucunda curia
Quae curae prorsus nescia!

Homoeoteleutis eiusdem generis utitur S. Thomas in Sequentia illa mirabili: Verbum supernum prodiens.

Aliud iambicorum genus, quo hic utitur Adamus, non ut nunquam alii:

Ierusalem et Sion filiae
Coetus omnes coelestis curiae
Hymnum pangat iugis laetitiae
Alleluia.

Sat scio, versus et alios inter iambicos saepe deputatos esse e. g.:

Sanctae Sion adsunt encaenia
Desponsatur praesens ecclesia

Sed isti dactylice proferendi sunt, hunc scilicet in modum:

Pérpes glória régi pérpeti
Éxercítuum Chrísti príncipi
Pátri páriter ét Spirítui.

Nec minus falsum est, id quod tamen aliqui docti effantur, hymnos eodem metro conscriptos, quo S. Thomae Sacris solemniis iuncta sint gaudia, iambico compositos fuisse metro. Pro certo quidem habeo, de choriambis aeque cum ignarissimis cogitavisse poetam; ille dactylice hymnum pronuntiandum decreverat, hunc in modum:

Rócho coniúbilent ómnia laúdibus
Áxis stellíferi régia gaúdeat
Ét mundi téretis cóncrepet órbita
Sít vox úna canéntium.

Ut ad propositum veniamus, sequentiae non solum latino, sed etiam vernaculo utebantur sermone. Id fiebat in quibusdam parochiis dioecesis Remensis, usque ad medium saeculi decimi septimi. Exempla aliquot apponemus. In ecclesia Algherensi, quae in Sardinia est, sequentia qua et adhuc utuntur in Nativitate Domini, ita incipit:

Un Rey vindra perpetual
Vestit de nostra carn mortal:
Del cel vindra tol certament
Per fer del segle iugement.

In eadem Cathedrali, prosa vere belligera, anno 1412 composita, cuius usus iam antiquatus est, ita incipiebat:

Muiran, muiran los Francesos,
Ils trahidors de Sassaresos,
Qui han fit la trahiciò
Al molt alt Rey de Aragò.

Diu apud Bohemos in usu fuit S. Adalberti canticum, hymnus tamen potius quam sequentia

Hospodine pomilugny:
Iezu Kryste pomilugny,
Tys spase wssie o mira etc.

Sequentia in Anglia composita:

Flur de virginite,
Chambre d'onestite,
De merci mere et de pite;
Dieu vus sant, virgine pure,
Ki nature
D'engendrure
E porteure
Surmontez Par vos bontez Dont tant avex
Ke bien poez Aider assez As messaissiez, etc.

In Gallia, pro dedicatione ecclesiae, auctore Marbodo Ep. Redonensi:

Ki Dieu voudra servir
Cum des pieres contes clairzur,
En la Cite Deu sera pose
E el fundamente bien alloe
En vision de paz reposera
En laquel sen fin joir pourra.

In Lusitania, sequentia a Philippa Lancastriensi scripta, haec habet:

Si mi mesmo não desamo,
Não vos posso bem amar:
A me aiudar vos chamo
Sem quem não he repousar.

Sequentiarum autem vernacularum usus a Conciliis etiam sequioris aevi, sub certis limitibus, approbatus est. Concilium Avenionense, 1584: „Quod si carmina quaedam vernacula lingua in Natali Domini permittenda sint in Ecclesia concini, ea primum ab Episcopo legantur et examinentur; nec nisi approbata et cum subscriptione canantur.“ Constitutiones Dioecesis Wratislaviensis in Silesia (1592): „Epistola iam lecta, praecentor cum tota communitate aliquem sacrum hymnum in vernacula lingua ipsis familiarem decantet.“ Synodi Augustana (1610) et Monasteriensis (1655) idem permittunt. Procliviores enim ad haec sese monstraverunt semper Germani, quam Gallorum Episcopi.

At expresse vetat concilium Basileense cantiones hybridas, ex linguis vernaculari et Latina compositas. Exemplum eius rei damus.

Exstat in permultis Missalibus sequentia de B. M. V., cuius hoc est principium:

Verbum bonum et süave
Personemus illud Ave
Per quod Christi fit conclave
Virgo, mater, filia:

Per quod Ave salutata
Mox concepit foecundata
Virgo David stirpe nata,
Inter spinas lilia.

Eam Miss. Argentoratense saeculi XV. ita exhibet:

Ein verbum bonum und süave
Sand dir Got, der heisset Ave,
Zehende wert du Gotz conclave
Mutter, mag, et filia.
Da mitte wurdest salutata,
Vom heilgen geiste foecundata,
Von herr Davitz stammen nata
On dorne sind den lilia.

Ita quoque in Anglia:

Blessyd be that mayde Mary!
Born he was of her body,
Goddes sone that syttet on ligh
Non ex virili semine.

Iterum: Christ, that deydest on the tree
Pro nostra salute,
And arosest in dayes three
Divina virtute,
Yif us grace sinne to flee
Stante iuventute
That on domesdaye wee maye see
Vultum tuum tute.

Quod persaepe in Hymnis, idem quoque in Sequentiis observandum est. Scriptor novae prosae principium ex antiquiore, et gratiae conciliandae, et melodiae causa, haud raro petivit. Nemini non nota est Sequentia illa Bernardiana:

Laetabundus exultet fidelis chorus: Alleluia.
Regem regum intactae profudit thorus: Res miranda.

Quam multas habuerit imitationes, haec sint exemplo.

Missale Leodiense, in Festo SS. Simonis et Iudae:

Hac in die laetetur chorus fidelis: Alleluia.
Qua cum Iuda sit Simon advectus coelis: Res miranda.

Missale Pictaviense, in Festo S. Iohannis Evangelistae:

Laetabundus gratulétur chori coetus: Alleluia.
Iohannes est quem non tangit mortis metus: Res miranda.

Missale Salzburgense, de septem doloribus B. M. V.:

Gemebundus Mariae decantet clerus: Voce pia:
Quam confixit novus dolor, amor verus: Res miranda.

Missale Moguntinum:

Laetabundus decantet fidelis melos: Alleluia.
Katherina triumphans ascendit coelos: Res miranda.

Missale Naumburgense:

Laetabundus Francisco decantet clerus: Alleluia.
Quem confixit nobis clavis amor verus: Res miranda.

Nec mirum est has parodias in peius detorsas fuisse. Inde e. g. illa cantilena, quae, ut cum medii aevi scriptoribus loquar, super „Verbum bonum et suave" facta est:

Vinum bonum et süave,
Bonis bonum, pravis prave,
Cunctis sapor dulcis, ave,
Mundana laetitia:
Ave felix creatura
Quam produxit vitis pura,
Omnis mensa fit secura
In tua praesentia.

illa quoque, super carmen Bernardianum:

Bevez quant avez en poin,
Ben est droit, car nuit est long,
Sol de stella:
Bevez bien et bevez bel,
Il vos vendra de tonel
Semper clara.

Et hinc fortasse in ecclesiam Scoticam subtilissimam nocendi machinam fabricavit Iohannes Knox; scilicet cum sequentiarum hymnorumque melodias ubique vidit sparsas, ubique amatas, „super" eas alia verba composuit, vel componenda curavit, levia et indecora plerumque, nonnunquam obscoenissima, ut in contemptum musicam redigeret ecclesiasticam. Vivunt adhuc apud nos melodiae multae, e. g.: „Cauld kail in Aberdeen", — „Coming through the rye," — „Iohn Anderson, my io, Iohn," quae ex sequentiariis et hymnariis originem (plerisque incompertam) traxerunt.

Haec sunt, Vir Doctissime, quae in promptu habui, a te, prout visum est, accipienda vel reiicienda. Tu primus Hymnologiae veteres nobis aperuisti Thesauros; tu sine dubio in Editione, quae iam sub prelo sudat, et locupletiores et praestantiores eos efficies. Et quamvis nostrates adhuc rarius sese his addixerint studiis,

Non adeo obtusi gestamus pectora Poeni,
Nec tam aversus equus Tyria sol iungit ab urbe,

quin opera tua inter nos versentur, doceant, laudentur. Perge, Vir Optime, nos tantis talibusque ditare studiis: faxitque D. O. M. ut illa adveniat dies, in qua uno corde et uno ore, quotquot iam invicem separamur, laudemus Deum, et Patrem D. N. Iesu Christi. Te, sat scio, eum talibus precibus consentientem habebo. Vale.

Dabam e Collegio Sackvillensi
apud East-Grinsted
a. d. IV. Non. August. A. S. MDCCCLV.

De Sequentiarii Notkeriani Codicibus.

Codices saec. XI. et XII. quibus Sequentiae Notkeri continentur haud rari sunt, sed mirum in modum inter se discrepant.

In MS. Cluniacensi, ut Mabillonius refert, epistolae ad Lutwardum missae haec verba succedebant: „Incipit liber Hymnorum Notkeri Balbuli coenobiotae (coenobitae) S. Galli.“ Deinde Mabillonius tres Sequentias has citat: Dies sanctificatus in Natali Domini. A solis occasu de S. Columbano. Christe unica spes de S. Gallo. Quorum de prima nusquam alibi ulla fit mentio*); altera, A solis occasu, haud dubie Ekkehardi maioris est; quod manifesto est documento, in illo codice ms. non solius Notkeri Sequentias conscriptas fuisse.

Non aliter res habet in codice S. Emmerani ex quo Pezius l. c. p. 18—42. Sequentias Notkeri typis mandavit. In quo, quamvis Pezio persuasum sit, „neminem futurum, qui hunc, quem edimus, Sequentiarum librum ausit Notkero abiudicare“, pariter valde interpolata sylloge exstat. Ac primum quidem tres ultimae Sequentiae, Benedicta semper de S. Trinitate. Alma chorus de S. Trinitate. Exultemus in ista de S. Dionysio Areopagita non est dubium quin sint serius additae. Annus ecclesiasticus enim no. 33. „De Virginibus“, plane confectus est; quo accedit, quod no. 35 indole est prorsus alia ac reliquae quas novimus Notkeri sequentiae omnes; ac denique quod no. 36. Ratisbonensi ecclesiae privatissime fuit destinata, cui Sequentias composuisse Notkerum nulla potest esse fides. Eandem ob causam no. 21: in Patronum Ratisbonensem, S. Emmeranum facta Notkero temere adsignabitur. Ad quae cuncta si addimus, quod hic quoque Ekkehardi cantio A solis occasu recepta est, nemo facere poterit quin videat Pezii codicem serioribus additamentis esse interpolatum. Contra desideratur Seq. Laudes Deo concinat ab ipso Notkero in epistola ad Luitwardum commemorata.

---

*) Nisi si Dies sanct. sit titulus Sequentiae Natus ante saecula, sine titulo alioquin obvenientis; quod veri specie haud carere mihi videtur.

Meliore quam ceteri iure me arbitro authenticus habeatur codex, in quo nota quaedam, de qua iam Pezius monuit, appareat. Notkerus ipse indicia dat, librum Sequentiarum suarum in plures partes divisum esse.*) Exstat enim apud Canisium Lectt. Antiq. II. Pars 2. ed. B. conclusio dedicatoria primi libri Sequentiarum ad Luitwardum, qua libro natalitio (ut ita dicam) finem fecit:

Pars Luitwarde prior finitur calle sub arto,
Commotam cane post terram, miserumque profundum,
Laetitiaeque melos, sanctique decens habitaclum,
Atque oculos regi meditare intendere coeli;
Hierusalem donec merearis scandere celsam,
Qua deridebis quondam caedentia flagra,
Et cum rege tuo gaudebis hic crucifixo,
Posterior pratis renitet cum floribus amplis.

Quam partitionem si qui codex exhibeat, is plane fide dignior quam ceteri omnes habendus est. Iam eius generis exemplar est Codex San-Gallensis No. 378, a me auctumno anni MDCCCLIV. collatus. Initium est ab his verbis:

Incipit liber ymnorum Notkeri Balbuli
iste liber habet versus modulaminis apti.

Tum primus Sequentiarum liber sequitur: 1. Natus ante saecula. 2. Eia recolamus. 3. Hanc concordi famulatu. 4. Christi Domini militis. 5. Iohannes Iesu Christo dilecte virgo. 6. Laus tibi Christe patris optimi. 7. Laus tibi Christe qui sapit. 8. Laus tibi Christe qui humilis homo. 9. Gaude Maria virgo Dei genitrix. 10. Festa Christi omnis christianitas. 11. Cantemus cuncti. 12. Concentu parili. 13. Virginis venerandae de numero sapientum. 14. Nostra tuba regatur fortissima.

Altero libro continentur haece: 15. Laudes salvatori. 16. Pangamus creatoris. 17. Is qui primus habitum

*) Pezius dedicatione Notkeri duas tantummodo partes significatas esse arbitratur l. c. p. LVIII.: „cuius tamen partitionis nullum in Emmerani Codice vestigium apparet, nisi velimus dicere, alteram illarum partem meris Versibus et Gradualibus, musicis modis veterum more insignitis et attemperatis, constitisse, cuiusmodi opus in codice Ratisbonensi nostrum Sequentiarum libellum mox consequebatur, nullo tamen auctoris nomine praefixo. Certe de his Versibus et Gradualibus accipi potest Honorius August. lib. 4. c. 9., qui Notkerum Sequentias et Tropicos Versus composuisse affirmat.“ — Sententia plane reiicienda.

mortalem. 18. Christe domine laetitiae. 19. Agni paschalis esu. 20. Grates salvatori. 21. Laudes Deo concinat. 22. Carmen suo dilecto. 23. Haec est sancta solennitas. 24. Iudicem nos inspicientem. 25. Laus tibi sit. 26. En regnator coelestium terrenorum. 27. Laeta mente canamus Domino nostro. 28. Summi triumphum regis. 29. Hunc diem iucundum cunctis concedat esse. 30. Summis conatibus nunc Domino modulemur.

Tertius liber has habet: 31. Sancti Spiritus adsit nobis gratia. 32. Sancti Baptistae. 33. Petre summe Christi pastor. 34. Qui benedici cupitis, huc festini currite. 35. Rex regum Domine noster. 36. Laurenti David. 37. Congaudent angelorum chori. 38. Summi praeconem Christi. 39. Ecce solennis diei canamus festa. 40. Sancti belli celebremus triumphum. 41. Ibant pariter animis. 42. Magnum Michahelem. 43. Christe sanctis unica spes. 44. Dilecte Domino Galle. 45. Psallat ecclesia. 46. Sollennitatem huius devoti filii eccl. 47. Omnes Seraphim. 48. Sacerdotem Christi Martinum. 49. Eia fratres cari festivitatem S. Otmari patris agamus. 50. A solis occasu. 51. Divina virtute S. Andreas gaudet. 52. Clare sanctorum. 53. Agone triumphali. 54. Quid tu virgo mater ploras. 55. Prompta mente Trinitati canamus individuae.

Causa ac ratio partitionis apparet et ex Notkeri versibus dedicatoriis et ex codice modo commemorato. Singulis libris tres festorum christianorum κύκλοι comprehenduntur, sanctorum festis ubi aptissimum visum est intersertis. Sed nullo pacto factum esse potest, ut illae quinque et quinquaginta Sequentiae omnes Notkerum habeant patrem; imo hic quoque carmina seriorum poetarum San-Gallensium interposita sunt; sic 34. 38. 50. 55. sunt Ekkehardi maioris, 30. Ekkehardi minoris. Itaque ne hic quidem index existimari potest authenticus Notkerianorum solummodo carminum.

II. Neque magnus Sequentiarum catalogus P. Brandari, de quo mox sermo fiet, nodum solvit. Is enim paene centum Sequentias Notkero tribuit, multas tamen verbis incertam sententiam indicantibus. Aliis carminibus aliena manu dubitatio adscripta est, alia Notkero adsignata, quorum auctor esse omnino non potuit. Qua in rerum perturbatione videor videre, carmina seriorum illorum poetarum quibus idem erat Notkeri nomen, in Notkerum Balbulum esse congesta.

Iam in quaestione tam difficili si tamen periculum facimus indicis Sequentiarum a Notkero B. compositarum disponendi, in eo opere has sequimur leges:

1. Pezii codex et San-Gallensis No. 378. Notkeri Sequentias authenticas continent, quibus accedunt spuriae alterutrius libri propriae. Nulli Sequentiae Notkeriana origo concedenda, quae non amborum codicum sit communis, duabus exceptis: Laudes concinat et Dominus in Sina, quae ipsa in Notkeri Epistola commendantur.

2. Quo expeditius commodiusque cedunt Sequentiae in festorum rationem, eo iustius authenticae habentur.

3. Nihil est quod persuadeat, Notkerum in aliquod festum, exceptis fortasse summis ecclesiae festivitatibus complures Sequentias fecisse.

4. Authenticae Sequentiae Notkerianae plerumque peculiares titulos habent, et musicos modos suos posterioris originis sequentiis commodavere. Contraria ratione certissima suspicio movetur.

Liber I.

1. Natus ante saecula. Nativ. Dom. Tit: Dies sanctificatus p. 36. 2. Eia recolamus. Nativ. Dom. Tit.: Eia turma. 3. Hanc concordi famulatu. Steph. Tit.: Concordia. 4. Ioannes Iesu Christi. Ioannnes. Tit.: Romana. 5. Laus tibi Christe. Innocc. Tit.: Te martyrum. 6. Festa Christi omnis christianitas. Epiph. Tit.: Trinitas. 7. Concentu parili. Purific. Tit.: Symphonia.

Liber II.

8. Laudes salvatori. Pasch. Tit.: frigdola. 9. Pangamus creatori. Pasch. Tit.: Mater. 10. Agni paschalis esu. Pasch. Tit.: Graeca. 11. Grates salvatori. Pasch. Tit.: Duo tres. 12. Laudes Domino concinat. 13. Summum triumphum regis Ascens. Tit.: Captiva. 14. Christus hunc diem. Tit.: Dominus in Sina.

Liber III.

15. Sancti Spiritus assit nobis gratia. Pentec. 16. Sancti Baptistae. Ioann. Tit.: Iustus ut palma, maior. 17. Petre summe Christi pastor. Petr. Paul. Tit. Concordia. 18. Laurenti David. Laur. 19. Congaudent angelorum chori. Assumpt. Tit.: Romana. 20. Magnum Michaelem. Mich. 21. Dilecte Domino Galle. Gall. 22. Psallat ecclesia. Dedic. 23. Omnes Seraphim. Omn. SS. 24. Sacerdotem Christi Martinum. Mart. 25. Clare san-

ctorum. App. 26. Agone triumphali. Martt. 27. Quid tu virgo mater ploras. Martyr.

I. Index Sequentiarum.

Confectus a P. I. Brander Anno 1507.

Franciscus a Gaisperg cum Sancti Galli sedem teneret (1504—1529), ne deesset monasterio in rebus hymnicis antiquitus celebratissimo locuples omnium vetustorum carminum collectio, mandavit Patri Ioachim Brander, San-Gallensis conventus fratri perquam erudito, ut in unum volumen congereret Hymnorum, Sequentiarum atque Antiphonarum multitudinem. Quo munere Brander omni cura prosperrime perfunctus est. Etenim amplissimum sacrarum cantionum numerum, illo aevo apud Helvetos ac Germanos potissimum usitatarum collegit, fere omnes notis musicis adornavit, quae ex antiqua San-Gallensi traditione de carminum auctoribus credebantur, adnotavit, adiecit alia, quae memoratu maxime digna sunt. Hunc Branderi codicem (No. 546) Ven. Greithio suasore cum anno praeterlapso perlustrarim, spero fore ut lectoribus acceptissima sit docti monachi in Sequentiis indicandis et illustrandis diligentia.

Quae e Branderi codice excerpta sunt ut discerni possint ab iis quae adnotantur, uncis includenda curavimus.

1. [*Grates nunc omnes.* In galli cantu vel media nocte ad primam Missam.]

Thes. II. p. 5. Val. Herbergers Postille: *Die heiligen Engel singen: Ehre sei Gott in der Höhe. Wie diess zu verstehen, erkläret die ganze Christenheit, indem sie ietzund singet: Grates etc.*

---

2. [*Eia recolamus.* Altera Sequentia eiusdem sanctissimi diei ad secundam missam in aurora vel ortu solis. Et est beati Notkeri, tituli: Eia turma.]

Thes. II. p. 3. Una ex Notkeri Sequentiis. Missale Sarisbur. 2. diei gaudia. 10. o plebs nimium beata. 19. summam ad patriam. Metricam carminis rationem docte exposuit Nealius in Disputatione de Sequentiis huic volumini praefixae p. 11.

Titulus Eia turma ad quartam classem pertinet. Poetae mentem subit chorus angelicus noctem nativitatis celebrans, eique praemittit vocem eia maxime solemnem laetitiae huius festi.

---

3. [*Natus ante saecula.* In Die Sanctissimo Natalis Domini Nostri Iesu Christi ad publicam Missam b. Notkeri Balbuli.]

Thes. II. p. 5. Est in Sequentiarum numero, quae Notkeri esse videntur. Quod ad titulum, supra proposui sententiam, fuisse sequentiae nomen: Dies sanctificatus. Et sane confirmatur opinio alia Sequentia in S. Galli honorem composita: Christe sanctis unica spes. Huic quoque inscribitur: Dies sanctificatus (Mone III. p. 310) et omnino cum supra scripta ad verbum concordat.

Audias Nealium de rhythmica Sequentiae indole disputantem p. 12.

---

4. [*Hanc concordi famulatu.* — De S. Stephano Protomartyre Christi Sequentia B. Notkeri tituli: Concordia.]

Thes. II. p. 6. 383. Titulus secundi ordinis spectat ad primam Sequentiae stropham: Ex voce concordi famulatu nata est inscriptio Concordia.

Una ex Sequentiis Notkeri. Mone III. p. 509. 10. dexteram.

---

5. [*Festa Stephani Protomartyris.* — Alia pulchra valde Sequentia infra Octavam vel in Octava S. Stephani Levitae Protomartyris Christi, etiam B. Notkeri Balbuli, tituli: Iustus ut palma, minor.]

Sequentia in Ioannem Baptistam (Sancti Baptistae) ab Notkero accepit titulum: Iustus ut palma florebit. Sic Offertorium Missae huius Sancti incipit, et ipse sic brevissimo modo denotatur. Hanc sequentiam sequitur supra scripta.

---

6. [*Protomartyr Domini Stephane, nos pius audi, colimus festa tua sincero qui pectore et fideli.* Alia bona S. b. Notkeri de S. Stephano Diacono Martyre Christi per octavam eius, tituli: Yppodia komica.]

Tituli vox corrupta est. Legendum Hyodiaconissa. Iam Du Cange s. v. frigdora commemoravit hymnum S. Stephani signatum voce: Hypodiaconissa; praeterea Mone I. 209. Sequentiae paschali: Ecce vocibus carmina in cod. San-

Gallensi 380. superscriptum vidit: ὑποδιακονίσσα, in alia: Christi Domini militis (No. 7.) ὑποδιακονίσσα in cod. saec. X. Eiusdem tituli est Seq. de S. Mauritio Ibant pariter. Suspicatur Monius carmen Ecce vocibus Subdiaconis cantandum fuisse adsignatum. At vero titulus ὑποδιακονίσσα primo proprius est Sequentiae supra indicatae in S. Stephano honorem conditae: Stephano, qui in septem primorum Diaconorum erat numero, Sequentia, quae in laudibus eius versatur, deservit quasi Subdiaconissa. Vel praefixa syllaba ὑπό indigitat musicam aliquam tituli rationem.

---

7. [*Christi Domini militis martyrisque fortissimi proelia voce pari canamus extollentes ad sidera.* — Alia bona de S. Stephano S. b. Notkeri, tituli: yppodia komica.]

Thes. II. p. 53. In Inventione S. Stephani. Mone III. p. 507.

---

8. [*Ioannes Iesu Christo.* De Sanctissimo Ioanne Apostolo et Evangelista. S. pulchra B. Notkeri, conventualis sacerdotis, tituli: Romana.]

Thes. II. p. 7. 383. Est ex Sequentiis Notkeri. Titulus modos musicos ostendit. Rhythmicam rationem si perspicere velis, adeas Nealium p. 2.

---

9. [*Cantemus Christo regi terrae, maris atque poli, sceptrum sine fine tenenti.* In Octava beatissimi Ioannis. S. B. Notkeri nostri Gallensis, tituli: Filia maris.]

Titulus ortus est ex carminis exordio.

---

10. [*Verbum Dei Deo natum.* De S. Ioanne Apostolo et Evangelista, consobrino D. N. Iesu Christi. In Festis eiusdem, maxime ante portam Latinam.]

Thes. II. p. 166 sq. Trench 71: *This sublime hymn, although not the composition of Adam of St Victor, evidently proceeds from one formed in his school, and an his model, and is altogether worthy of him.* Str. 11. Trench legit cum Clichtovaeo qualis adsit et de lecto sponsi sponsae nuncia. *Daniel reads: Qualis sit et ex dilecto sponsus sponsae nuncia, and affirms that he has abundant autority for so doing. But, not to say that, so read, the lines gield no tolerable sense, the reading violates the laws of rhyme which*

the Latin medieval poets observe. They allow themselves, it is true, greater liberties than we do: with us a syllable may not rhyme with itself, even when in the second line it belongs to an entirely different word from that to which it belonged in the first. Thus vine and divine are faultly as rhymes, though many — Spenser in particular — are frequent offenders in this regard. But while the Latin rhyming poets, like French, permit rhymes such as these, so that a word may even rhyme with itself, if different senses be attached to it, as mundus the world, with mundus clean; yet they would not rhyme mundus to itself, the word in both places signifying the world. And righly; since such rhymes are indeed no rhymes, contradicting as they do the fundamental idea of rhyme, which is that of likeness with difference — difference which should preferably be in the sound, since that is the region in which rhyme moves; but if not there, at least in the sense. It is true there are exceptions among the Latin rhymers to this rule, but they are so exceedingly rare, and under circumstances which so entirely explain them (circumstances which do not here occur) that there is the strongest a priori unlikelihood that a reading is the right one, which would make dilecto rhyme to itself. Moreover the mystics often spoke, and had much to say, of the lectus Domini, the deep rest and joy of perfected souls innermost communion with their Lord. It is almost needless to say they got the image from the Canticles.

Mone III. p. 118. tres codices sc. XIII, tres saec. XIV contulit. V. coeli cum Ch. suum. XI. Omnes codices Monii demonstraut Clichtovaei scriptionem esse in coniecturis. Unus pro dic l. hic, tres: qualis sit ex dilecto duo: qualis hic sit ex d. — supernorum. XII. sumpta nobis resera. — te patrono.

---

11. [*Laus tibi Christe, patris optimi nate Deus.* De SS. pueris Innocentibus pro Christi loco martyrizatis. S. pulchra B. Notkeri, dulcissimi monachi, tituli: Te Martyrum.]

Thes. II. p. 8. 383. III. p. 286. Una ex Sequentiis Notkeri. Titulus SS. Innocentes Martyres „agmina infantium“ Deum facit collaudantia, ratione habita Ambrosiani carminis: Te martyrum candidatus collaudat exercitus. Vel quod vero similius est, exprimit titulus Graduale festi, quod quidem in Missali Romano hodierno non legitur, sed praecipitur in vetustis, si venerint Innocentes extra Dominicam: Laus tibi Christe, laus tibi Christe. Te Mar-

tyrum candidatus laudat exercitus Domine. Laus tibi Christe, laus tibi Christe. Profecto certum est, hinc fluxisse quatuor Sequentiarum (11. 12. 13. 15.) de Innocentibus exordium: Laus tibi Christe.

Mone III. p. 36: 1. optime. 7. pie nostra crimina vitae. 8. ut quos. 9. terrena. — Sequentiae intercisiones recte destinabis doctore Nealio p. 13.

---

12. [*Laus tibi Christe, patris optimi nate, Deo.* Alia pulcrior S. de SS. Pueris pro Christo martyrizatis in die eorum, etiam B. Notkeri, tituli: Virguncula clara.]

Legitur in Epistola SS. Innocentium: Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, Virgines enim sunt. Inde Sequentia in laudem SS. Infantium cantata nomen accepit virgunculae. Nam si aetatem respicias, non virgines sunt, sed virgunculae.

---

13. [*Laus tibi Christe patris optimi nate cui sapit.* Alia pulcra de SS. Innocentibus S. b. Notkeri, tituli: Iustus ut palma, maior.]

Thes. II. p. 180. III. 291. Tit. 5. Mone III. p. 33. (Hs. zu St. Gallen No. 389) Thesauri scripturam praetermittit silentio. 2. qui *ist undeutlich, entweder soll quae stehen oder besser noch qua quis, welches dem Versmasse entsprechen würde.* Nodum quaerit in scirpo. Legendum est procul dubio cui. 5. ligula. 8. ex fructibus *nach Matth. 13, 8:* sed exercitibus, et Cod. Berol. lectione probata, gemina scriptura est.

---

14. [*Salvete agni electa turba.* De SS. Innocentibus Pueris MM. S. egregia in octava ipsorum die, b. Notkeri, tituli: Iustus ut palma, minor.]

---

15. [*Laus tibi Christe qui humilis homo mundo apparens.* Alia bona de SS. Innocentibus M. M. S. b. Notkeri, tituli: Te martyrum.]

Mone III. p. 34.

---

16. [*Blandis vocibus laeti celebremus.* De SS. Innocentibus Pueris alia pulcra S. b. Notkeri, tituli: Pascha.]

Titulus admodum obscurus, elegans tamen et ingeniosus. Agnorum quos Israelitae mactarunt sanguis populum Dei mu-

nivit ab angelo devastatore: ita agnelli innocentes in Bethlehem occisi suo sanguine effecerunt ut impune tolleretur Christus. Sensu mystico et illa nox, quam Rachel deplorarit, paschalis fuit.

---

17. [*Iuramenti poenitens nunquam regum rex summum sibi sacerdotem statuit perpetuum.* De S. Thoma Martyre Cantuariensi. S. tituli: Beatus qui timet Dominum.]

Sequitur Sequentiae modos musicos Notkerianae in S. Martini honorem conscriptae: Sacerdotem.

---

18. [*Gaude Maria virgo Dei genitrix.* In Octava Nativitatis Domini vel in die Circumcisionis et novi anni bona Sequentia b. Notkeri, tituli Cignea.]

1. Gaude Maria, Virgo dei genitrix, quae promissis Gabrielis spe devota credidisti;
2. Numine tu sancti spiritus repleta gignis clausa filium,
3. Qui mundi regit machinam in tuo partu ad turrim gregis canunt angeli,
4. Quippe iacente suo rectore in praesepio urbis Bethlehemiticae,
5. Te nomen Iesu edocuit coelestis nuncius, quod circumciso imponeres intacta filio,
6. Qui scit solus nostra crimina cum patre sanctoque spiritu rite circumcidere.
7. Ad tuas manus magi tria munera deferunt,
8. Quae vitam nostram et fidei figurant regulam.
9. Te primum Christus potentatus sui instruxit dolentem gloriam,
10. Te primo signo deitatis suae donaverat vina faciens.
11. Ergo precamur, ut nostri reatus apud clementem patrem fias interventrix,
12. Qui te in terris eius hic parentem delegit, quem rex coeli regem generavit,
13. Et te iam splendentem in praesentia dei,
14. Te corde contrito, te flagitamus, nos tuorum ut mansorem viscerum tueri preceris.

Thes. II. 55. Monii II. p. 89.

Titulus ad Mariam virginem refertur, saepius cum Cycno comparatam.

---

19. [*Laetabundus exultet.* De Beatissima Maria Dei genitrice semperque Virgine, quotidie a die natali Domini nostri Iesu Christi usque ad diem Purificationis, quae b. Notkeri est.]

Thes. II. p. 61. 385. 2. Sarisb. profudit. 8. corporari. 12. quem docet litera natum considera. Sequentiam hodieque canunt Praemonstratenses in tertia Missa in Nativitate et in Circumcisione Domini.

---

20. [*Hunc diem celebrat omnis mundus.* In die sanctissimae Epiphaniae Domini, pulcherrima S. b. Notker:, tituli: Symphonia.]

Titulum Symphoniae primum accepit opinor Sequentia de Purificatione Virginis Concentu parili. Nam vox Symphonia graece exprimit concentum parilem.

Aliam tituli interpretationem proponit Wolflus atque Nealius p. 25.

---

21. [*Festa Christi.* Alia optima S. b. Notkeri doctissimi viri in omnibus, de Epiphania Domini nostri Iesu Christi, tituli: Trinitas.]

Thes. II. p. 9. 383. Una ex Sequentiis Notkeri. Titulus vetustorum Patrum sententiam sapit: I ad Iordanem et videbis Trinitatem.

---

22. [*Cantemus cuncti melodum nunc Alleluia.* Alia de Epiphania Christi S. iocunda b. Notkeri, tituli: Puella turbata. Canitur praecipue in Octava Epiphaniae.]

Titulus difficilis est ad explicandum. Fortasse puella Hierosolymorum civitatem designat, quam Evangelium cum Herode turbatam esse narrat, Matth. 2, 3. Modum Sequentiae Cantemus sequitur Seq. de Virginibus Scalam ad coelos Mone III. p. 157 et alia de Nativ. Mariae Ecce sollemni Mone II. p. 28.

Thes. II. 52. 385. III. 287. Monii I. p. 88. vetustissima charta est saec. XII. (Hs. zu Stuttgart Brev. 123. fol. 194.) 3. cantant. 5. iubilant. 6. consonant. 7. primae. 11. illinc. 21. aeternae All. All. All. All. All. All. Sed cum scriptura Thesauri, tribus saec. XI. codicibus commendata, facit antiquissima consuetudo, ex qua cantata est Sequentia in Octava Epiphaniae Christi baptismo sacra. Postea carmen usitatum erat in deponendo Alleluia, itaque maiorem alleluiatici cantus cumulum expostulabat, praesertim in peroratione.

Ceteroquin non omittendum est, sequentiam a multis hymni loco usurpatam esse. Monius eam investigavit in Breviariis et Psalteriis: et ego lego carmen in Constantiensi Breviario.

---

23. [*Iste dies celebris constat.* Altera bona S. b. Notkeri, in Octava Epiphaniae, tituli: Planta sterilis.]
Thes. II. 55. Mone I. p. 81. Titulus nisi fallor neque ex hac sequentia neque ex altera No. 86. derivandus est. Significare videtur Sequentiam deperditam.

---

24. [*Maiestati sacrosanctae.* De Tribus Sanctis Regibus. S. pulcra et optima.]

Maiestati sacrosanctae
militans cum triumphante
iubilet Ecclesia:
sic versetur laus in ore,
5 ne gravetur cor torpore,
quod degustat gaudia.

Novum parit virgo florem,
novum monstrat stella solem; 25 Thuris odor deitatem,
currunt ad praesepia
10 reges magi, qui non vagi,
sed praesagi gaudent agi
stella duce praevia.

Trium regum trinum munus;
Christus, Homo-Deus, unus
15 cum carne et anima;
Deus trinus in personis
adoratur tribus donis,
unus in essentia.

Myrrham ferunt, thus et aurum,
20 plus pensantes, quam thesaurum,
typum, sub quo veritas;
trina dona, tres figurae:
rex in auro, Deus in thure,
in myrrha mortalitas.

auri splendor dignitatem
regalis potentiae:
myrrha caro verbo nupta,
per quod manet incorrupta
30 caro carens carie.

Tu nos Christe ab hac valle
duc ad vitam recto calle
per regum vestigia,
ubi Patris, ubi tui
35 et Amoris sacri frui
mereamur gloria.

Corner Prompt. Devot. p. 367. Trench p. 104.

---

25. [*In hac die laetabunda, Nostri chori plebs iocunda Psallat cum tripudio.* De S. Antonio.]
Thes. II. p. 216. Mone III. p. 200.

---

26. [*Invocentur in hac die Militiae gesta pie In exemplis celeris.* De SS. Fabiano et Sebastiano MM.]

---

27. [*Laus sit regi gloriae.* De S. Agnete.]

Thes. II. 255. Neale Sequ. p. 93. Descripsit Nealius Sequentiam e Missali Moguntino 1513 hac addita laudatione: *Haec sequentia inter illas quas narrativas vocare possumus secundum meo iudicio locum occupat, illi cedens soli: Vox sonora nostri chori. Quae tamen vix versum habet cum tertio istius prosae versu comparandum.* — 4. cellula fulget — ang. consolari. 5. huic f. 6. eius roris. — N. correxit Moguntinum exemplar Thesauro consonum ensi cedit, sed recte, opinor, legitur ensis caedit. — vitaque morti. 7. Mog. sic triumphat Virgo martyr, gaudens intrat etc. N. correxit; ergo postquam triumphabat Virgo martyr sic intrabat.

Mone III. p. 177 (Antiphonarium von Reichenau zu Karlsruhe 14. Jahrh. Hs. von St. Peter zu Karlsruhe 14. Jahrh. Hs. zu Kreuzlingen 14. Jahrh.) 3. spem m. — non mollita. 4. lucis operta. — consolari. 6. eius floris. — sponsi clementiam. 7. ergo postquam sic triumphat.

---

28. [*Laetabundus nunc totus decantat Mundus dulce melos: Miles mundus, sensu coelesti fecundus intrat coelos.* De S. Vincentio M.]

---

29. [*Martyris egregii triumphos Vincentii celebret ecclesia.* Alia pulcra S. antiquorum forte nostrorum de S. Vincentio M.]

Mone III. p. 553 e cod. San Gallensi No, 383 saec. XIII.

---

30. [*Dixit Dominus ex Basan.* In Conversione S. Pauli, si extra septuagesimam venerit. Sequentia bona antiquorum patrum San-Gallensium. Alia manus adiecit; Puto Hartmanni, inclusi monachi Contracti.]

Thes. II. p. 37. 384. Est Sequentia Godeschalki. Rambach Anth. I. p. 231: *Von seinen Lebensumständen weiss ich weiter Nichts zu sagen, als dass er Mönch war und höchst wahrscheinlich in einem Kloster des südlichen Deutschlands im 11. Jahrh. lebte. Die einzige Nachricht von ihm findet sich*

in einer Hs. der Wiener Bibl. (cod. theol. 98) aus dem 11. oder 12. Jahrh., die zwei Aufsätze unter seinem Namen enthält, in welchen er sich wegen einiger in seinen Sequenzen auf die Jungfrau Maria gebrauchten Ausdrücke zu vertheidigen sucht. In der zweiten stellt er sich mit merklichem Selbstgefühl dem vorher genannten Hermannus Notkerus gegenüber und erwähnt namentlich 5 von ihm verfertigte Sequenzen, unter andern auch die hier zur Probe mitgetheilte und in der Folge in Deutschland allgemein eingeführte auf die h. Maria Magdalena, von der er sagt, dass Manche sie mit Unrecht dem Hermann zuschreiben (Gerbert T. II. p. 26 sq.). In der Bibl. Cluniacensi kommt ein in Hexametern geschriebener Planctus de transitu Odilonis von einem Cistercienser-Mönch Gottschalk, auch Jotsald genannt, aus dem 11. Jahrh. vor; vielleicht ist dieser und der Verfasser der Sequenzen eine Person.

Mone III. p. 417 Godeschalkum semel commemorat auctorem Sequentiae: Laus tibi Christe. Aliud carmen: Ave praeclara tribuit Hermanno Contracto II. p. 357: reliquis: Dixit Dominus, Coeli enarrat, Psallite regi prorsus omisit.

---

31. [*Concentu parili.* In Purificatione B. Mariae Virginis. S. b. Notkeri, tituli: Symphonia.]

Thes. II. p. 10. 383. III. p. 286. Titul. cf. no. 20. Est inter Sequentias Notkeri.

---

32. [*O Blasi dilecte regi regum summo.* De S. Blasio. S. b. Notkeri, tituli: Beatus vir qui suffert.]

Titulus designat Epistolam festi: Carissimi, Beatus vir, qui suffert tentationem etc.

---

33. [*Psallat concors symphonia.* De S. Dorothea V. M.]

Mone III. p. 277: *In der Münchener Hs. Cim. 53 des 15. Jahrh. steht auch ein Lied auf diese Heilige mit dem Anfang „Psallat concors symphonia", welches nach dem Würzburger Messbuch bei Gropp Script. Wirceb. 2, 893 gedruckt ist.* Haud placuit V. D. addere Thesaurum II. p. 236. Nellius hanc adnotavit Missalis Pragensis varietatem. 2. primalis. 3. spernens tor. 4. pulchra coruscans puella in aetate nam tenella Te succedunt dira bella Duce sub Fabricio. 7. pugil Christi — ut solut e peccatis Associemur beatis cum condign praemio.

---

34. [*Allelujia dulce carmen.*]
Cf. Suppl. I. p. 261.

---

35. [*Nostra tuba regatur fortissima.* S. b. Notri. Sabbato Septuagesimae.]

---

36. [*Christo laudes decantet hic chorus psallens e ista.* De S. Ioanne Ev.]
Thes. II. p. 174.

---

37. [*Trinitatem reserat aquila summus Evangelista.* De S. Ioanne Ev. in festivitate eiusdem et ante rtam Latinam. S. antiquorum San-Gallensium monachorum.]
Neale Sequ. p. 84. e Missali Tornacensi 1540: Ad norm carminis Bernardiani: Laetabundus confecti sunt imi decem versus. Carmen e Notkeriano et Victorino xium est. Mone III. p. 111.

---

38. [*In sapientia disponens omnia.* S. valde antiqua pulcherrima de Spiritu Sancto.]
Mone I. p. 39. carmen, cui inscripsit De vita Christi venit in membrana Stuttgartensi (Brev. No. 123. fol. 7. aus m 12. Jahrh.)

---

39. [*Laudes salvatori.* Paschalis B. Notkeri, ub frigdola.]
Thes. II. 12. 383. III. 286. Mone I. 200. — Una ex quentiis Notkeri. — 5. M. p. 202: *Daniel hat die Absätze ht genau abgetheilt und klammert daher unrichtig Simeoni s, als wenn es ein Zusatz wäre.* — Si omnes codices tuen- Simeoni, retracto sententiam meam. Quod ad sequenrum a Monio versibus distributarum pertinet rationem priam ac principem, haec minime extra dubitationem est. persequentum. — Miss. Sarisb. 10. lividam. 17. hoem dev.
Cf. Du Cange s. v. frigdorae. Goldastus ad Eckardum ibit, frigdorarum originem a Graecis, occidentanam ab Latinis esse, ipsa nomina fidem facere, frigdoramae appellatam, quod constiterit ex modis, quos Phrygium Dorium vocant Graeci.

---

40. [*Pangamus creatoris atque redemptoris.* Feria secunda Paschatis. B. Notkeri, tituli Mater.]

1. Pangamus Creatori atque Redemptori gloriam,
2. Qui bene creatos sed seductos astutia
3. Callidi serpentis, sua refecit gratia,
4. Praedicens futurum, ut Germen sancta proferret foemina,
5. Quod Hostis Antiqui nociva amputaret capita;
6. Quod primitus perdita serius nostra cernunt saecula.
7. Quam splendida flosculo virgula novo pollet Maria,
8. Qui editus mire edidit miracula:
9. Nec iuvenis tantum, sed statim post suae Nativitatis primordia,
10. Per sideris lumen, vel Symeonis verba,
11. Iudaica ad se vel corda, vel munera attrahens rite gentilia.
12. Quem Pater in voce, et Spiritus Sanctus specie glorificat:
13. Visentes Doctorem, Archiatrum, docent auctoritate sua.
14. Qui postquam salutis dona dedit multa, doctrinaeque perplurima ore suo promulgavit saluberrima,
15. Ad probra, sputa, colaphos et flagella, vestem quoque ludo quaesitam et spineum sertum, ad Crucis brachia:
16. Quae hodie, triumphali morte resurgens, sprevit victoria,
17. Ducens secum primitiva ad coelos membra, et nuper dispersa revocans ovilia:
18. Quae et nobis, in fine speranda, licet ultima membra simus, spondet dona.

Thes. II. 14. Est inter Sequentias Notkeri. Dedimus scripturam Nealii Sequ. p. 45., qui Sequentiam e Missali MS. Guelferbytano exscripsit. Mone I. 206. 1. creatoris atque redemptoris. 5. exsuperaret. 7. cum spl. 9. inter suae. 11. nutu g. 12. et sp. 13. vel archiatr. 14. perplura. 15. ac cr. 16. a mortuis res.

Titulus Mater (cf. No. 47.) designat festivitatem Paschalem, ceterarum quasi Matrem et Dominam. Et commemorat ipse Notkerus carmen supra scriptum in epistola Sequentiis suis praefixa p. 5.

---

41. [*Laudum quis carmine unquam praevalet.* Feria Tertia Paschae. B. Notkeri, tituli: Symphonia.]

1. Laudum quis carmine unquam praevalet, regum summe, typica maiestatis tuae promere?
2. Qui parenti supremo deitate coaequalis omnia potestate pari disponis;

3. Nam ante huius mundi exordia in patre callebas sophia,
4. Per quam facta sunt omnia, quaeque profert triplex machina.
5. Qui cernens immersos esse barathro tua quos adornat imago, propter nos factus es homo, ut nos solveres sanguine tuo.
6. Haec pridem signavit sub typo Isaac parentis nostri immolatio, mactabatur aries pro quo domino.
7. Te, Christe, passurum pro mundo Ioseph praenotavit venditus in Aegypto, nunc daturum typicos victus populo.
8. Nam fueras praefiguratus infernum fracturus, cum Samson vir invictus leonem suffocavit et portas hostiles disrupit.
9. Tu, domine, es suave rubens illius flos virgae, quam fudit radix Iesse generosa germine, quo sunt praeconati prophetae.
10. Haec nostris praenotantur patribus, o redemptor, ceu sub umbra primitus, quae nos verius te monstrante cernimus.
11. Tu cuncta procul fugas nubila, terrae reddens tui vultus lumina, quae morte tua fuscabatur tremula.
12. Ecce nunc perspicuo cuncta ornantur elementa sereno, quia redisti victor barathro.
13. Hinc et nos, o socii, mente dominum sincera et humili simul laudemus carmine tali:
14. Sit patri laus summo, qui levans criminum nos coeno haud pepercit proprio propter nosmet filio.
15. Laus quoque sit nato, pro nobis qui factus est homo, ut solvens nos tartaro redderet paradiso.
16. Gloria compar sit pneumati aevo omni.

Mone I, p. 199: *Hs. zu St. Gallen No. 380. p. 264. 11. Jahrh. mit Neumen. Unter Notkers Sequenzen. Auch in diesem Liede ist der einsylbige Reim zugelassen, wie bei Laudantes triumphantem Christum (No. 43.), es zeichnet sich aber aus durch seine vollständige Doxologie, welche bei solchen Liedern gewöhnlich fehlt.*

---

42. [*Grates salvatori ac regi Christo Deo.* Feria quarta Paschatis. B. Notkeri, tituli: Duo tres.]

1. Grates salvatori ac regi Christo Deo solvant
2. Omnes insularum incolae,
3. Quem spectatum diu iam tenent.

4. Et leges eius mentibus captent promptulis,
5. Quos derelicto populo delegit Iudaeo, de Abrahae carne genito,
6. Et per fidem quos Abrahae natos fecit et cognatos suum sanctum per sanguinem.
7. O Christe, consanguinee naturae nostrae, nos fove!
8. Atque per divinam potentiam tuere ab omni incursu inimici et insidiis,
9. Quem per carnis edulium delusisti hamo tuae maiestatis, fili Dei.
10. Tu resurgens imperitas non moriturus amplius.
11. Tu mortalem nostram et terream naturam resurgens incorruptivam fecisti atque coelis invexisti.

Est inter Sequentias Notkeri: Pezius l. c. p. 26. Mone I. 213: *V. 6. spectatum für exspectatum. Des Versmasses wegen gebrauchten die Dichter solcher Sequenzen manchmal das einfache Zeitwort für das Compositum; wie auch das Diminutiv ohne dessen Bedeutung, wie im V. 10. promptulis für promptis. Ebenso steht V. 32. imperitas für imperas, auch das Participium für das tempus finitum, was jedoch manchmal Schreibfehler ist, z. B. das (d. i. dans) für das.*

Titulum explicare nequeo, nisi forte legendum Deus tres, Commemoratur in Epistola feriae quartae Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob; vel Deus et tres sc. patriarchae.

---

43. [*Laudantes triumphantem Christum.* Feria quinta Paschatis. B. Notkeri, tituli: Romana.]

1. Laudantes triumphantem Christum pangamus hymnum,
2. Qui mundi principe devicto servili nos solvit a vinclo.
3. Quapropter cum pridem mutis resonare nunc decet organis,
4. Et laudum concentu digno occurrere surgenti domino,
5. Qui morte victa diem hunc ornavit gloriosi pompa triumphi,
6. Quo et eduxit populum signatum de Aegypto sanguine suo,
7. Principis et regno maligni populato, et ipso strato
8. Electos coelestem concessit ascendere in Ierusalem.
9. Hinc, fratres cari, simul laetemur sacratissimo diei huius festo,
10. Qua fortis leo, daemone victo surgens tumulo illuxit omni mundo,
11. Et sanctarum exemplo moniti mulierum quaeramus Christum,

12. Invenimus quem cito, virtutum aromata si praeparamus,
13. Quod ipse praestet pius.

Mone I. 196. Titulum cf. No. 8.

---

44. [*Agni paschalis esu.* Feria sexta Paschatis. B. Notkeri, tituli: Graeca.]

Thes. II. 14. 383. III. 286. Una ex Seq. Notkeri. Mone I. 207. 5. et tuta. Titulus modos spectat musicos.

---

45. [*Eia harmoniis, socii, laudum resonis.* Sabbato in Albis. B. Notkeri, tituli: Eia turma.]

1. Eia harmoniis, socii, laudum resonis
2. Huius splendide vernantis celebremus gaudia simul temporis,
3. In quo patriae coelestis per Christum patet reserata spes nobis.
4. Nunc gemit Pharao sibi raptos plaga mortis, quos afflixit vernaculos,
5. Nos autem referamus supremo grates regi, qui nos redemit barathro.
6. Et qui per Christum canopica more Iudaeorum solvimur poena,
7. Mentes puriter praeparemus, typicam ut immolemus victimam,
8. Cuius cruore sacrosancto insigniti mentis domo
9. Non pavemus angeli ensem plectentis reos vindicem.
10. Et digne mysticis ut eius epulemur carnibus,
11. Fermenta criminum purgemus, sinceriter vivamus.
12. Sic eripi in huius cremo vitae quimus per coeleste lumen de tetris hostibus,
13. Per lavacrumque Christi inimicis elapsi digne ipsum laudare hymno Moysi,
14. Qui suos maligno pressos Pharaone alumnos
15. Liberat, obstructo atris abyssis inimico.
16. Quapropter certante nunc voto iubilemus tantae potestatis domino,
17. Et suae iannam praecelsae pietatis pulsemus precibus devotis,
18. Moriendo ut qui mortis legem rupit atrocis,
19. Hic redemptos custodiat ne post tergum decidant,
20. Sed ut regnum scandant promissum.

Mone I. 211. Legit V. D. in Codice San-Gallensi 378. titulum: Eia recolamus, in cod. 380.: Eia turba. Cf. No. 2. Utrumque idem valet.

---

46. [*Nunc sancta solemnitas solemnitatum.* In Octava Pasch. vel de S. Cruce S. B. Notkeri, tituli: Virgo plorans.)

Thes. II. p. 55. Neale Sequ. e Missali MS. Guelferbytano p. 47:

1. Haec est sancta sollemnitas sollemnitatum,
2. Insignita triumpho Christi:
3. Quo devicit imperium forte potens Crux:
4. Quo nos precioso sanguine
5. De potestate Diaboli
6. Redempti: ergo gratias agamus Nostro Redemptori.
7. Rex Regum Christe, Angelicis choris iunge famulantes.
8. Vultu placido homines in tuis laudibus sedulos pius intuere.
9. Quorum mortibus condolens in tantum humilis factus es ut mortem subires.
10. Tu devictis inferni legibus surgens triumphas.
11. Tu post Crucem per orbem gentibus imperas omnem,
12. Fili Dei.
13. Alleluia.

7. MS. post Christe inserit lues, sine sensu.

Titulus indicat, carmen modos tenere Sequentiae: Quid tu virgo mater ploras.

---

47. [*Laudes redempti Christo corde.* Feria Secunda post Octavam Paschatis vel alias. Optima et pulchra S. B. Notkeri, tituli: Mater.]

Ther. II. p. 178.

---

48. [*Rex regum Dei agne, Leo Iuda magne.* S. pulcra de Resurrectione, edita a quodam Domino Conventuali antiquo San-Gallensi.]

1. Rex regum, Dei agne, leo Iuda magne.
2. Crucis virtute mors peccati, vita iustitiae, dans fructum iam ligni vitae pro gustu scientiae, medicina gratiae, pro rapina gloriae.

3. Cum tuus sanguis ius rhomphaeae restrinxit flammeae, paradisi pandens hortum, stirps obedientiae, medicina gratiae.
4. Haec dies domini celebris, pax est in terris, fulgor inferis et lux superis; dies duplicis baptismi legis et evangelii.
5. Christus pascha est homini: dum vetus transit, novus surgit. haec dies domini, gaude mens expers fermenti, plena panis azymi.
6. Submersis hostibus, signatis postibus assum pascha nocte domo una iam cum lactucis ede agrestibus.
7. Accinctis renibus, pellitis pedibus, cum baculo propera, et caput cum intestinis et pedibus vora.
8. Hac die nos lava, Christe mundans ysopo, fac et dignos hoc mysterio, mare siccans, Leviathan perforans maxillam hamo armilla.
9. Calice nos inebria, sopi; suscita de torrente bibens in via damna nostra, tu pontifex hostia, torcular calculans, tu uva.
10. O flos virgineae virgae fragrans.
11. Plena septemplici rore, lampas,
12. Vino lacte pulchrior specie,
13. Rosae rubor, lilii candor.
14. Quo te tantae clementiae consilio,
15. Microcosmi inclinaveras auxilio
15. Ut miseris particeps redemptor esses absque
16. Peccati naevo, gestans formulam peccati?
16. O consanguinee.
17. Servi domine.
18. Spes anastaseos primae, ultimae.
19. Per iusiurandum semini Abrahae
20. Firma et nos, dux ἀθάνατος, nos tuo convivificans
21. Corpori commortuos Adae parenti veteri:
22. Tu membris fortioribus lungens infirma.
23. Vitae aeternae des pascua, tu pascha.

Mone I. 192: *Reichenauer Perg.-Hs. No. 209. Bl. 11. aus dem 14. Jahrh. mit Noten. (A) Das Lied steht unter den Notkerischen Sequenzen. Hs. zu Stuttgart Breviar. No. 123. f. 7. mit der Melodie, 12. Jahrh. (S) Die Sequenz wird dem Hermannus Contractus von Reichenau zugeschrieben.*

Neale Sequ. p. 55. e Missali Ratisbonensi 1522. (R). 1. R. rex Deus. 2. AR. cruce virtutum. R. da fructum — pro iussu sc. RS. om. medicina gratiae, procul dubio spuria, quae ex sequenti clausula irrepserunt.

Mone legere mavult medicinam. 3. R. restinxit — pandit ostium. 4. A. fulgur. S. ut lux. 5. R. Chr. pascha est hodie. N. correxit; Pascha est hodie, sed ignoravit vetustos codices. A. novum. S. pange mene R. et plena. 6. S. una cum l. 7. A. pellicis ped. S. int. ped. v. 8. R. fac. dign. hoc ministerio. 11. S. nive lacte. 13. R. rosae robur. 14. R. quod te tantae. S. clem t. 15. miseri part. R. mis. princeps red. 16. R. ergo cons. 17. R. spe an. 19. R. semen. 20. R. nunc tuo. 22. R. inf. in te etern des.

2. Rapina gloriae. Neale: *Alluditur ad Matth. XI., 12.* Cf. Addenda p. 278: *Literis monuit me Vir Reverendus Rich. Trench, nil minus, se iudice, in animo poetam habuisse. Is enim ad Philipp. II. 6. referendum censet versum, praesertim cum SS. Patres tam saepe „rapinam" Evae cum eo loco conferent.* — Mone: *Der Genuss der verbotenen Frucht im Paradiese.*

49. [*Mundi renovatio. De Resurrectione Domini.*]

Thes. II. p. 68. 385. Pia veterum poetarum simplicitas totum orbem resurgenti Domino facit una exultantem et iubilantem. Adscribimus Adamo locos quosdam e Libello Precum saec. XV.: *Utinam conatum animalium te laudantium attendenemus et attentiori diligentia laudi tuae invigilaremus. Eia alauda vocem suam in altum erigit: philomena quoque requiem a laude non recipit. Merula et turdela, passer et hirundo nunc iubilant, reptilia quoque et cuncta viventia nunc speciali iucunditate tripudiant. — Utinam nec die nec nocte quiesceremus sed iocunda voce tibi consignificaremus. Despectabilis inter alia reptantia rana cernitur et tamen silentium a Dei laude non patitur.*

50. [*Victimae paschali laudes.* Feria quinta post Octavam Paschatis, ac deinceps per totum tempus. S. communis, bona, antiqua.]

Thes. II. p. 95. 385. III. 287 sqq. Miramur Frantzii iudicium p. 65: *Der Text ist ziemlich trivial, wenn man ihn als Poesie betrachten wollte, dagegen ganz und gar volksthümlich, und die gute Melodie hat der Sequenz die Dauer gesichert.*

51. [*Hodiernae festum lucis.* De Lancea et Clavis Domini.]

Thes. II. 215.

52. [*Gaude turba fidelium.* De Compassione B. Mariae V. Sabbato post Octavam Paschatis ad primam Missam.]

---

53. [*Stabat mater dolorosa.* In Compassione B. M. V. ad summam Missam.]

Hnic Sequentiarum reginae quamquam in Thesauro (II. 131—154. 385. III. 291.) iam amplas sedes dicavimus, tamen publico favore, quo ea utitur, obligamur ut in Supplementis quoque recipiamus quaecunque ex eo tempore aut nostra aut aliorum opera ad eam illustrandam profecit. Ejusque officii eo gravior nobis erat cura, quod Monius notavit, parum adhuc criticae carminis rationi consultum esse. Quae sententia nimirum et disputationis Mohnikianae et opellae quam nos carmini dedimus ratione habita iniqua videtur, eoque magis, quod Monius ne ad hoc quidem animum attendit, ut critica adnotatione in Thesauro oblata satis uteretur, e. g. varias lectiones Codicis ms. Ambrosiani pariter ac Bernardini a Bustis interpolationem prorsum neglexit. Sed missa querela grato animo, quae Monius obtulit, accipimus. In materia carminis, quod tanto studio nostrae aetatis homines merito prosequuntur, ne quid praetermittatur, textum Monii transscribimus:

Stabat mater dolorosa
iuxta crucem lacrimosa,
qua pendebat filius,
cuius animam gementem
5 contristantem et dolentem
pertransivit gladius.

O quam tristis et afflicta
fuit illa benedicta,
mater unigeniti,
10 quam moerebat et dolebat
et tremebat, dum videbat
nati poenas inclyti!

Quis est homo, qui non fleret,
Christi matrem si videret
15 in tanto supplicio?
quis non posset contristari,
piam matrem contemplari
dolentem cum filio?

Pro peccatis suae gentis
20 vidit Iesum in tormentis
et flagellis subditum,
vidit suum dulcem natum
moriendo desolatum,
dum emisit spiritum.

25 Eia mater, fons amoris,
me sentire vim doloris
fac, ut tecum lugeam;
fac, ut ardeat cor meum
in amando Christum Deum,
30 ut sibi complaceam.

Sancta mater, istud agas,
crucifixi fige plagas
cordi meo valide;
tui nati vulnerati,
35 tam dignati pro me pati,
poenas mecum divide.

Fac me vere tecum flere,
crucifixo condolere,
donec ego vixero,
iuxta crucem tecum stare,
meque tibi sociare
in planctu desidero.

Virgo virginum praeclara,
mihi iam non sis amara,
fac me tecum plangere,
fac, ut portem Christi mortem,
passione fac consortem
et poenam recolere.

Fac me plagis vulnerari,
cruceque me fac beari
ob amorem filii,
inflammatus et accensus
per te, pia, sim defensus
in die iudicii.

Christe, cum sit hinc transire,
da per matrem me venire
ad palmam victoriae,
quando corpus morietur,
fac, ut anima donetur
paradisi gloriae.

De usu huius Sequentiae singulare aliquid e Memoriali Rituum Maioris Hebdomadae ad usum S. Beneventanensis ecclesiae, Rom. 1725, nolumus praeterire. In ea enim ecclesia Cardinalis et Archiepiscopus Ursini instituit, ut ad finem Completorii Feria V. in Coena Domini et in Parasceve hic Planctus B. M. V. decantaretur.

---

54. [*Surgit Christus cum tropaeo; Iam ex agno factus leo, solenni victoria.* De Resurrectione Domini.]

Neale Sequ. p. 48. ex Missali Tornacensi 1540. In Pascha Annotino. Miss. Moguntinum 1513. Variat in libris Sequentiae non solum scriptura, sed etiam compositio. Tornacense Mariam Magdalenam alloquitur, Moguntinum ipsam Beatam Virginem.

---

55. [*Mane prima sabbati.* Pasch. Devota antiquorum nostrorum Sequentia.]

Thes. II. p. 255. Mone I. p. 255. 1. filius Dei. Post str. 2. haec habet: Cuius resurrectio omni pleno gaudio consolatur omnia. 7. Christum. *Im ganzen Liede kommt absichtlich nur der Name Christus vor, der auch hier stehen muss, weil ihm Magdalena im Leben die Füsse gesalbt hat und ihn auch im Tode salben wollte. (?)* 8. precatur. 9. matri Christi dum fuisti coaequata, sic vocata. 11. per quam mundo lux est orta ex Antiphona: Ave regina coelorum.

Cum neque Monio nec mihi libri et codices ad manum fuerint saec. XV. superiores, notatu dignum est, quod refert Martene de ant. eccl. disc. p. 573: *Exstat in antiquis consuetudinibus mss. Salmuriensis monasterii S. Florentii* (Dioece-

sis Andegavensis) *officium S. Mariae Magdalenae. Missae Prosa adsignatur Mane prima sabbati.*

Mone l. c.: *Dieses Lied besteht aus 3 Absätzen, jeder aus 2 Theilen: der erste Absatz hat dreizeilige Strophen, wovon zwei den Eingang und drei den Schluss bilden, der zweite hat 2 vierzeilige Strophen zum Eingang und 4 dreizeilige mit Mittelreimen zum Schlusse, der dritte 2 vierzeilige Strophen mit abwechselndem Tonfall zum Eingang und 2 vierzeilige, worin die Versmasse des ersten und zweiten vereinigt sind, zum Schlusse. Durch diese Verflechtung der Versmasse hängt das Lied auch in seiner äusseren Form zusammen.*

---

56. [*Fulgens praeclara rutilat per orbem.* Paschalis.]

Thes. II. p. 175. In ecclesia Suessionensi olim cantata ad summam Missam. Martene de ant. eccl. disc. p. 499.

---

57. [*Ecce vocibus carmina comparibus.* Paschalis. B. Notkeri, tituli: Yppodia comica.]

Mone I. p. 209. Titul. cf. No. 6.

---

58. [*Qui perenni residens potestatis solio.* De Resurrectione Domini. B. Ekkehardi, tituli: Iustus germinabit sicut lilium.]

1. O qui perenne residens potestatis solio omnia ordinas, sator, ab aevo!
2. Te verum et unum confitetur omnis terra dominum,
3. Qui nos homines tuis deliciis eiectos condolens.
4. Homo veneras, per tuum sanguinem deceptos revocans.
5. Inde virtutes coeli et omnes angeli, aeque gratulantes redempto homini.
6. Tibi cum fulgurosis tuique consciis incessabiliter proclamant ministris:
7. Sanctus, sanctus, ἅγιος, domine virtutum ac potentissime rex exercituum.
8. Coelum, terras, maria replesti gloria tuae maiestatis cuncta per saecula.
9. Tibi, domine, persultat hymnos consone plebs, tui adventus avida ac futurorum praescia.
10. In his laudibus condelectantur optime principes firmati pneumate, trophaea tua canere.

11. Interim dulcia proclamant cantica testium agmina agni cruore albata.
12. Solum praecipue te dignum carmine supplici fatentur sacerdotes libamine.
13. Ad tuam semper laudem monachi conservant vitam coelibem.
14. Ut tuus honor vivat, virgines prudenter lampades ornant.
15. His tam iocundis placatus, Christe, canticis Et nos exaudi psallentes voce supplici;
16. Et qui hominum causa volens subieras mortis acerba,
17. Fac nos horum consortes, quos patrem repetens patriae refers.
18. In qua laus est tibi perpes.

Mone I. p. 199. Titulus Sequentiam ostendit sequi modum alius quam composuit Ekkehardus de S. Benedicto. 113.

---

59. [*Laudes Deo concinat.* Paschalis. B. Notkeri, tituli: Organa.]

1. Laudes Deo concinat orbis ubique totus, qui gratis est liberatus.
2. Per summi patris indulgentiam.
3. Qui miserans, quod genus humanum.
4. Casu succubuit veterano.
5. Misit natum suum in terras.
6. Ut sua dextra iacentes coeno
7. Levaret polo restitueretque patriae.
8. Hic ergo genitus illibatae matris utero.
9. Hic vixit solus homo absque naevo et sine dolo.
10. Coluber, Adae male suasor,
16. Quem sua non inficit fraude.
17. Quin ipse carnis eius esca petita avide
18. Delusus homo deitatis victus est in aevum.
19. Igitur omnes, quibus princeps huius saeculi
20. Quae sibi placitis sub indixit quoque perdidit:
18. Huic haerete, in quo suum nihil invenit.
19. Nam ipsi adhaerentes nequaquam potest perdere.
20. Gratias nunc atque in saecula omnipotenti redemptori iubilemus.

Thes. II. p. 56. Sequ. Notkeriana. Titulus exprimit exordium Sequentiae. Orbis totus, Deo ubique laudes concinens, organorum sonos grandes atque suavissimos profert. Cf. Neallii Dissert. p. 5.

---

60. [*Judicem nos inspicientem crypta cordis rimantem.* Dom. I. post Octavam Paschae. B. Notkeri, tituli: Deus iudex iustorum.]

Thes. I. p. 55. Mone I. 220. Titulus in prima voce Sequentiae versatur.

61. [*Laus tibi sit o fidelis Deus, qui nunquam confundis in te confidentes.* Domin. secunda post Oct. Pasch. B. Notkeri, tituli: In te Domine speravi.]

Thes. I. p. 56. Mone I. 221. Titulus iterum spectat ad ea quae in Sequentiae fronte posita sunt, ratione habita scripturae: In te Domine speravi, non confundar in aeternum.

62. [*En regnator coelestium, terrenorum.* Domin. tert. post Octavam Paschae. B. Notkeri, tituli: Qui timet Dominum.

Thes. II. p. 54. Domin. post Ascensionem. Mone I. p. 234. Titulus nascitur ex illa voce Sequentiae: — miserans eorum, qui timent potestatis ipsius nutum.

63. [*Laeta mente canamus Deo nostro.* Domin. quarta post Octavam Paschae. B. Notkeri, tituli: Exultate Deo.

Thes. II. p. 56. Dom. post Octavam Paschae. Mone I. p. 222. Titulus variat Sequentiae exordium.

64. [*Deus loculus est in sancto suo.* De Resurrectione Domini. B. Notkeri puto.]

65. [*Virginis Mariae laudes intonent Christiani.* De Beata Virgine tempore Paschali.

Thes. III. p. 198. Mone II. 231. e codd. saec. XIII. et XIV. 3. quod Maria. 3. in Christo convenere mirando. 4. ex te. 6. ex me. 7. soli Mariae veraci — turbae fallaci. 8. ex Maria — nate rex.

Mone l. c.: *Die Ostersequenz Victimae paschali ist hier zu einer Marienantiphone auf Christi Geburt oder Weihnacht umgearbeitet, iedoch eignen sich die Verse 6—8 und die Lesart in Daniel zu 22 (3) nur für die Auferstehung, welche Un-*

achtsamkeit man auch in der folgenden Bearbeitung wahrnimmt, die zwar für die Ostern bestimmt ist, aber nach den Hss. auch für andere Feste gelten konnte. Beide Umarbeiter nahmen Rücksicht auf den Reim.

Diese Sequenz wurde auch zu Liedern auf andere Heiligen gebraucht. In den geschriebenen Zusätzen zu einem Messbuch des 15. Jahrh. zu Karlsruhe steht aus gleicher Zeit eine Sequenz auf den h. Blasius, die so anfängt:

Victori Blasio laudes immolant incolani
agnus sequens pastorem more pascali,
praesul binis cum pueris est immolatus
mors a vita flectitur speciali duello etc.

---

66. [*Virginis Mariae laudes concinant Christiani.* De Beata Virgine, tempore Paschali.]

Thes. II. p. 198. Mone II. 232. e cod. saec. XIV. et XV.

---

67. [*Veni potentissimi miles et fortissimi regis, flos militiae.* De S. Georgio.]

---

68. [*Serpens antiquus vicit in ligno.* De Cruce. B. Notkeri.]

Thes. II. p. 187.

---

69. [*Laudes Domino concinamus.* B. Notkeri, tituli: Concordia.]

Titulus cf. No. 4.

---

70. [*Summis hunc diem veneremur laudibus.* De SS. Apostolis Philippo et Iacobo.]

Est Sequentia prorsus singularis et ut ita dicam collectiva. Notum est Calendis Maiis praecipuo honore coli SS. Apostolos Philippum et Iacobum. Ornat praeterea primum diem Maii S. Sigismundi festivitas (nunc in nonnullis provinciis, ut in Dioecesi Pragensi, ad diem secundum Maii translata) atque S. Walpurgis memoria. Sequentia, cuius mentionem fecimus, tres sollennitates uno eodemque cantu canit et celebrat. Παράλληλα sunt carmina in S. Iacobi Ap. honorem condita, in quibus memoria colitur S. Christophori, qui itidem die 25. Iulii passus est.

---

71. [*Gaude semper serena felixque ecclesia.* De S. Wiborada. Alia manus adiecit: B. Notkeri de S. Margarita V. M.]

72. [*Haec sancta sollemnitas sollemnitatum regi coelorum nostro.* De Inventione S. Crucis. B. Notkeri puto.]

73. [*Superni regis laude sacra exultet terra.* De S. Pancratio.]

74. [*Summis conatibus nunc Deo nostro modulemur seduli ob militis eius merita.* De S. Desiderio. Ep. Mt. Ekkehardi iunioris Palatini monachi S. Galli, tituli: Symphonia.]

S. Desiderius Lingonensis Episcopus et Martyr, in coenobium S. Galli translatus, est inter monasterii patronos praecipuos.

Mone III. p. 246. e codd. X. et XI. saec.

75. [*Nos Gordiani atque Epimachi nobiles laureas.* De SS. Gordiano et Epimacho M. M. B. Notkeri.]

76. [*Summi triumphum regis.* De Ascensione. B. Notkeri, tituli: Captiva.]

Una ex Notkeri Sequentiis. Thes. II. p. 15. 383. III. p. 286. Titulus exprimit Graduale festivum: Dominus captivam duxit captivitatem. No. 142.

77. [*Christus hunc diem iucundum.* Dom. infra Octavam Ascensionis. B. Notkeri, tituli: Dominus in Sina.]

1. Christus hunc diem iucundum, cunctis concedat esse christianis amatoribus suis.
2. Christe Iesu, fili Dei, mediator nostrae naturae ac divinae.
3. Terras Deus visitasti aeternus, aethera novus homo transvolans.
4. Officiis te angeli atque nubes stipant ad patrem reversurum.

5. Sed quid mirum, cum lactanti adhuc stella tibi serviret et angeli?
6. Tu hodie terrestribus rem novam et dulcem dedisti, domine sperandi coelestia.
7. Tu hominem non fictum levando super sidereas metas regum, domine.
8. Quanta gaudia tuos replent apostolos, quîs dedisti cernere, te coelos pergere.
9. Quam hilares in coelis tibi occurrunt novem ordines.
10. In humeris portanti diu dispersum a lupis gregem unum,
11. Quem, Christe, bone pastor, tu dignare custodire.

Sequ. Notkeri. Thes. II. p. 56. Mone I. 233. Titulus Graduale festivum exprimit: Dominus in Sina in sancto, ascendens etc.

---

78. [*Quam mira sunt Deus tua portenta.* Asc. B. Notkeri.]
Thes. II. p. 57.

---

79. [*Rex omnipotens die hodierna.* In Ascensione. Hartmanni monachi San-Gallensis.]

1. Rex omnipotens die hodierna
2. Mundo triumphali redempto potentia
3. Victor ascendit coelos unde descenderat.
4. Nam quadraginta postquam surrexerat
5. Diebus sacris, confirmans pectora.
6. Apostolorum, pacis cara relinquens oscula.
7. Quibus et dedit potestatem laxandi crimina.
8. Et misit eos in omnem mundum baptisare animas,
9. In Patris et Filii et Spiritus Sancti clementia
10. Et convescens praecepit eis ab Hierosolyma
11. Ne abirent, sed exspectarent promissa munera:
12. Non post multos enim dies mittam vobis Spiritum Paraclitum in terra
13. Et eritis mihi testes in Hierusalem, Iudaea, sive Samaria.
14. Et cum hoc dixisset, videntibus illis, elevatus est: et nubes clara
15. Suscepit illum ex eorum oculis, intuentibus illis aetherea.
16. Ecce steterunt amicti duo viri in veste alba
17. Iuxta, dicentes: Quid admiramini coelorum alta?
18. Iesus enim hic qui assumptus est a vobis ad Patris dexteram
19. Ut ascendit, ita veniet; quaerens talenti commissa lucra.

20. O Deus coeli, maris, arvi, hominem quem creasti, quem fraude subdola
21. Hostis expulit paradiso, et captivatum secum duxit ad tartara
22. Sanguine proprio quem redemisti, Deus.
23. Illum et revehis unde prius corruit
24. Paradisi gaudia:
25. Iudex cum veneris iudicare saecula
26. Da nobis, petimus, sempiterna gaudia
27. In sanctorum patria:
28. In qua tibi canimus Alleluia.

Branderus confudit, ut iam no. 30 factum est, nomina Hartmanni ac Hermanni. Sequentia est Hermanni Contracti (Du Méril Poésies Populaires Latines etc. p. 380) accepta potissimum Gallis et Anglis. Descripsit eam Nealius Sequ. p. 58 e Missali Sarisburiensi; habetur et in plerisque Gallicis, e. g. in Pictaviensi, praeterea in Leodiensi atque in Clichtovaei libro. Thes. I. p. 181.

6. Leod. commendans. 10. Neale: Hierosolyma dedi pro Hierosolymis, contra omnium librorum fidem, ut in A desineret versus. In unam syllabam duae primae coalescunt. 15. Pict. aera. 16. Leod. vest. clara. 17. Pict. polorum. 20. Pict. Clicht. maris, poli, arvi. Leod. mare, polum, arva, hom. qui er. 20. Pict. Clicht. om. alterum quem. 22. Pict. tuo pro Deus. Leod. redem. nos Deo. 23. Pict. et provehens unde. 24. Pict. Clicht. par gloria. Leod. par. in gaud. 26. Leod. quaesumus sempiternam requiem. Clicht. quaesumus. 28. Sarisb. Clicht. cantemus omnes, All.

---

80. [*Omnes gentes plaudite, festos choros ducite, Christo triumphante.* Asc.]

1. Omnes gentes plaudite,
festos choros ducite
Christo triumphante;
redit cum victoria,
capta ducens spolia
tuba iubilante.

2. Papae! quam magnificum
hodie dominicum
germen gloriatur!
terrae fructus hodie
super thronos curiae
coeli sublimatur.

3. Intrat tabernaculum
Moyses, et populum
trahit ad spectaculum
tantae virtus rei:
stant suspensis vultibus,
intendentes nubibus
Iesum subducentibus
viri Galilaei.

4. Dum Elias sublevatur,
Elisaeo duplex datur
spiritus et pallium:
alta Christus dum conscendit,
servis suis mnas appendit
gratiarum omnium.

5. Transit Iacob hunc Iordanem
luctum gerens non inanem,
crucis usus baculo:
redit turmis cum duabus
angelis et animabus,
et thesauri saeculo.

6. Hic est fortis,
qui de mortis
victor portis
introit cum gloria:
rex virtutum,
cuius nutum
et obtutum
trina tremit regia.

7. Vocat Pater Filium
ad consessus solium,
donec suppedaneos,
victus vel spontaneos,
ponat inimicos.
Sedet in altissimis,
fruitur potissimis,
redit ex novissimis
ludicans ex intimis
iustos et iniquos.

8. Veni Deus ultionum,
veni cum clementia:
dum sistemur ante thronum
tua in praesentia.
Mane nobis tunc auditam
fac misericordiam:
in perennem transfer vitam
ad futuram gloriam.

Ex Missali Aboensi. Ecclesiologist. C. Februar 1854. p. 28. — 5. redit turmis cum duab. *A very elegant allusion to Genesis XXXII. 10, — „With my staff I passed over this Jordan, and now I am become two bands.“*

---

81. [***Mariae praeconio Servial cum gaudio Fervens cum desiderio Verus amor.*** De Beata Virgine.]

Mone II. p. 404. e codd. XIV. et XV. saec.

---

82. [***Spiritus sancti adsit nobis gratia.*** Pent. B, Notkeri. Ad rotam proximae molendinae monasterio nostro, hanc melodiam sonantem.]

Una ex Sequentiis Notkeri.*) Thes. II. p. 16. 383. III. 286. Mone I. p. 254. e quinque codd. saec. XII. XIV. XV. Neale, qui Robertum Franciae regem carminis auctorem existimat (V. Herberger Postilla: — *und betet mit der lieben Christenheit aus der schönen Sequentia, welche Robertus, der*

---

*) Fabula, hanc Sequentiam a Notkero missam fuisse Carolo Imperatori, qui hymnum Veni creator a se compositum remiserit, iam dudum explosa est.

König in Frankreich, Hugonis Capeti Sohn, gemacht hat: Sancti Spiritus etc.), legit Sequentiam in Missali Sarisburiensi. 2. habitacula. 4. omnium.

In uno codice Monii (Hs. von St. Peter 14. Jahrh. zu Karlsruhe) titulus Sequentiae adsignatur: Occidentana.

Carmen recte intercisum et divisum ostendit Nealius p. 14 sq.

Quod ad usum ecclesiae memoratu maxime dignum est, quod nobis communicavit Nealius: De ista Sequentia ita missale Pallantinum (Palencia): *Sacerdos incipit prosam sequentem, dicens: Sancti Spiritus adsit nobis gratia: mox columbam albam, quam manibus tenet, in sublime mittit et statim pulsantur campanae et organa et omnia musica instrumenta. Et chorus respondet et prosequitur*: Quae corda nostra etc.

Ultima carminis stropha commemoratur apud posterioris aevi scriptores, qui caedem illam Goslarii a. 1063 factam miris fabulis, coaevis omnino ignotis, distinguere conati sunt. Ita legit Heineccius Antiqu. Goslar p. 72. in annalibus membranaceis: *Henricus Rex celebravit curiam in Goslar in festo Pentecostes et ipso die orta est maxima seditio hic in monasterio inter principes et Bugo Halberstadiensis Episc. et Deto comes Palatinus, qui dedit huic ecclesiae bona in Slanstede et Dedenleve, interempti sunt et alii quam plurimi et cantante choro hunc versum: Hunc diem gloriosum fecisti cantabat Dacmon: hanc diem bellicosam ego feci.* Et infra addit Heineccius: *Immo ipsum ostenditur illud foramen, e quo daemonem* (sanctum carmen temere imitantem) *clamasse ferunt, ante annos quidem non adeo multos resarcitum, ita tamen, ut vestigia illius satis notabilia appareant.*

---

83. [*Veni sancte spiritus.* Pentec. Innocentii Tertii Pontificis. In Dedicatione Altarium semper canitur.]

Thes. II. p. 35. 384. III. 287. Mone I. 244. e codd. et libris saec. XIII.—XV. Ego in Missali Rhenoviensi saec. XIII. v. 3. legi lucis tuae radios.

Trench: *Clichtoveus exhibits a iust appreciation of this hymn: Neque satis haec oratio, mea quidem sententia, commendari potest; nam omni commendatione superior est, tum ob miram eius suavitatem cum facilitate apertissima, tum ob gratam eius brevitatem cum ubertate et copia sententiarum, ut unaquaeque fere clausula rhythmica unam complectatur sententiam, tum denique ob concinnam eius in contextu venustatem, qua oppo-*

sita inter se aptissimo nexu compacta cernuntur. Crediderimque facile auctorem ipsum (quisquis is fuerit), cum hanc contexuit orationem, coelesti quadam dulcedine fuisse perfusum interius, qua, Spiritu sancto auctore, tantam eructavit verbis adeo succinctis suavitatem. — Some later writers have attributed this hymn, and, on grounds as slight, the Stabat mater, to Pope Innocent the Third; so the Biographie Universelle: but there exists no sufficient reason for calling in question the attribution which has been commonly made of it, to king Robert. — The loveliest, — for however not the grandest, such we call it, — of all the hymns in the whole circle of Latin sacred Poetry, has a king for its author. Robert the Second, son of Hugh Capet, succeeded his father on the throne of France in the year 997. He was singularly addicted to Church-music, which he enriched, as well as the hymnology, with compositions of his own, such as, I believe, even now hold their place in the services of the Romish Church. — Even were the story of the writer's life unknown to us, we should guess that this hymn could only have been composed by one who had acquaintance with many sorrows, and also with many consolations. Nor should we err herein: for if the consolations are plain from the poem itself, the history of those times contains the record of the manifold sorrows, within his own family and without it, which were the portion of this meek and greatly afflicted king. Sismondi (Hist. des Français, t. 4. p. 98—111) brings him very vividly before us in all the beauty of his character, and also in all his evident unfittness, a man of gentleness and peace, for grappling with the men of iron by whom he was sourrounded. Hi died in 1031.

Diepenbrock Gesammelte Predigten, Regensburg 1841 in peroratione sermonis pentecostalis p. 87 sq. — *Und womit könnte ich nun passender schliessen, als mit jenem lieblichen zarten Hymnus, der alle Gaben und Wirkungen des heiligen Geistes in der Seele so innig und lebendig schildert, dass die Kirche ihn als ein sanftes Taubengirren sich angeeignet hat und ihn in dieser heiligen Festzeit über den ganzen Festkreis täglich betet.*

Frantz p. 66: *Das Lied besteht aus fünf sechszeiligen oder zehn halben Strophen mit dem Refrain auf um; jede dreitheilige Langzeile enthält drei rhythmische Schlüsse von je sieben Sylben, deren vorletzte kurz. Von den Schlüssen sind je zwei leoninisch, der dritte gehört zu dem je dritten der folgenden Halbstrophe. Wir sehen hier das Bestreben, einer sehr künstlichen Form zu genügen, bei weniger Wärme der*

Empfindung und Gewandtheit in der Sprache würde etwas sehr Gequältes zum Vorschein gekommen sein.

Martene de ant. eccl. disc. p. 543: *In quibusdam ecclesiis etiam fiebant post Vesperas* (in die Ascensionis) *in Pratello choreae, ut in Lemovicensi. De huiusmodi chorea haec leguntur in Ordinario Cabilonensi: „Post Completorium fit chorus in prato. Decanus cantionem primam — Veni sancte spiritus — ceteri suas dicant, qui voluerint, latine tamen.*

Lutherus Form der Ordination: Erstlich singet man: Veni sancte spiritus.

---

84. [*Laudes Deo devotas dulci voce ac sonora.* Pentec. B. Notkeri, puto.]

---

85. [*Veni virgo virginum, Veni lumen luminum, Veni vena veniae.* Per Octavam Pentecostes. De Beata Virgine.]

Thes. II. p. 198. In Visitatione B. M. V. Mone II. 359. e codd. XIII. et XV. saec.

---

86. [*Benedicto gratias Deo nos referamus.* De S. Trinitate. B. Notkeri, tituli: Planta sterilis.

Thes. II. p. 52. Mone I. p. 256. Tit. no. 23.

---

87. [*Benedicta semper sancta sit Trinitas.* De S. Trinitate. Thomae de Aquino, puto. *Sed secunda manus delevit et scripsit:* Alcuini, magistri Karoli. Ad versum: O adoranda Trinitas genuflexio omnium, ut in elevatione.]

Thes. II. p. 384. Mone I. 6. 4. deus unus spiritusque dominus. 5. et in. 11. et nos voce praecelsa nunc omnes modulemur organica cantica dulci melodia. 12. nos simul altithrono domino laudes in excelsis.

Conferas quae de hac sequentia disputavit Neallus p. 15 sq.

---

88. [*Profitentes unitatem.* De S. Trinitate.]

1. Profitentes Unitatem
veneremur Trinitatem
pari reverentia:
tres personas asserentes
personali differentes
a se differentia.

2. Haec dicuntur relative,
cum sint unum substantive,
non tria principia:
sive dicas tres vel tria,
simplex tamen est usia,
non triplex essentia.

3. Simplex esse, simplex posse,
simplex velle, simplex nosse,
cuncta sunt simplicia:
non unius quam duarum
sive trium personarum
minor efficacia.

4. Pater, Proles, sacrum Flamen,
Deus unus; sed hi tamen
habent quaedam propria;
una virtus, unum lumen,
unus splendor, unum numen,
haec unum quod alia.

5. Patri Proles est aequalis:
nec hoc tollit personalis
amborum distinctio:
Patri compar Filioque
spiritalis ab utroque
procedit connexio.

6. Non humana ratione
capi possunt hae personae,
nec harum discretio:
non hic ordo temporalis,
non hic situs, aut localis
rerum circumscriptio.

7. Nil in Deo praeter Deum:
nulla causa praeter eum
qui causat causalia:
effectiva vel formalis
causa Deus est finalis,
sed nunquam materia.

8. Digne loqui de personis
vim transcendit rationis,
excedit ingenia:
quid sit gigni, quid processus,
me nescire sum professus:
sed fide non dubia.

9. Qui sic credit, ne festinet,
et a via non declinet
insolenter regia:
servet fidem, firmet mores,
nec attendat ad errores
quos damnat Ecclesia.

10. Nos in fide gloriemur:
nos in una modulemur
fidei constantia:
trinae laus sit Unitati,
sic et simplae Trinitati
coaeterna gloria.

Thes. II. p. 74. Neale Sequ. p. 64: *Sequentia tum doctrinae gravitate tum verborum dispositione admirabilis.* Descripsit eam V. D. e Breviario Pictaviensi Clichtov. 4. hoc una. 6. Piet. creat causalia. 9. insolenter — declinat ad. Alludit poeta ad Isai. 28, 16: *qui credit ne festinet.*

---

89. [*Laus Deo Patri Filioque compari.* De S. Trinitate.

---

90. [*Pater da per verbum nobis septiformem spiritum.* In Octava Pentec.]

Mone teste eadem Sequentia legitur in Codice Friburgensi No. 66. saec. XV. I, p. 257.

---

91. [*Lauda Sion Salvatorem.* De SS. Sacramento.]

Thes. II. p. 97. Mone I. 276. e codd. XIII. et XIV. saec. (M) Missale Rhenoviense saec. XIII. (R) 1. R. tantum gaudes. 2. R. tu spiritalis. 5. R. consecravit. 6. M. quod non sapis. 7. M. signis tamen. 9. M. et malis. 12. M. tu nos ibi comm. R, sanctorum omnium.

Adnotat Martene de ant. eccl. disc. p. 547 in Breviario Tolosana in secundis vesperis (Corporis Christi) pro hymno legi prosam Lauda Sion.

Libellus Precum saec. XV.: *Utinam omnes gentes terrae concurrerent et piis obsequiis te benedicerent. Ecce panis angelorum factus cibus viatorum vere panis filiorum non mittendus canibus. Sumunt boni, sumunt mali: sorte tamen inequali: vite vel interitus. Mors est malis, vita bonis: vide paris sumptionis quam dispar sit exitus. Ecce o dulcissime domine: complacet tibi dum talibus vocibus populus tuus te incipit benedicere. Corde cum vocibus fac concordare: ut perfectam laudem tibi possimus personare.*

---

92. [*Ave verum corpus Christi.* De SS. Sacramento. Melodiam composuit Pater Ioannes, custos monasterii S. Galli.]

---

93. [*Morsus anguis nos omnes in humbis desauciavit.* De Sacra Coena.]

Mone I. p. 278.

---

94. [*O panis dulcissime.* De SS. Sacramento.]

O panis dulcissime,
o fidelis animae
vitalis refectio!
o paschalis victimae,
5 agne mansuetissime,
legalis oblatio!

Caro carens carie,
quae sub panis specie
velaris divinitus,
10 victu multifariè
recrea nos gratiae
septiformis spiritus.

Sumentem, cum sumeris,
quia non consumeris,
15 aeterne vivificas
nam reatum sceleris
dono tanti muneris
clementer purificas.

In te nos ut unias
20 et virtute munias,
da te digne sumere,
ac carnales furias
propellens nos facias
tecum pie vivere.

25 Sic refecti poculis
sanguinis et epulis
tuae carnis optimis
saeculorum saeculis
epulemur sedulis
30 veritatis azymis.

Thes. II. p. 160. Mone I. p. 269. Neale Sequ. p. e Missali Argentinensi an. 1520. 30. N. in vitali 1 Cor. 5, 8.

---

95. [*Collaudent devote Patris filium Christia* De SS. Sacramento.]

---

96. [*O sacrata caro Christi, poenas mortis d struxisti solenni victoria.* De SS. Sacramento.]

---

97. [*Hodiernae festum lucis et Achatii laus du atque Decem Millium.* SS. Decem Millium. MM.]

Thes. III. p. 215. Mone III. 163. e codd. saec. X et XV.

---

98. [*Vito plaudat omnis aetas.* De S. Vito M.]

Thes. II. p. 228.

---

99. [*Concentu vox iubilari sollemnizans.* SS. D cem Millium MM.]

---

100. [*Sancti Baptistae Christi praeconis.* De Ioanne Bapt. B. Notkeri, tituli: Iustus ut paln maior.]

Sequentia Notkeri. Thes. II. p. 18. 383. III. 49. codd. XII., XIV. et XV. saec. 3. suas. 6. et. 8. tu. (Miss. Sarisb.) 11. mundi.

101. [*Inter natos mulierum Hic Ioannes vas sincerum Principatum tenuit.* De S. Ioanne Bapt. Sequ. antiqua et pulcra.]

Mone III. p. 38. e codd. saec. XIV.

---

102. [*Petre summe Christi pastor.* De SS. Apostolis Petro et Paulo. B. Notkeri, tituli: Concordia.]

Est Notkeri Sequentia. Thes. III. p. 19. 384. III. 287.

Hanc Sequentiam Notkerus modulatus est ad normam prosae de S. Stephano Hanc concordi No. 4. Itaque pari titulo insignita est: ita tamen, ut vox concordia in supra scripto nova polleat significatione eaque ingeniosa. Designantur apostoli „gloriosi principes terrae quomodo in vita dilexerunt se, ita et in morte non sunt separati."

---

103. [*Paulus Sion architectus Est a Christo praeelectus Et magister gentium.* In Commemoratione S. Pauli.]

1. Paulus Syon architectus
est a Christo praeelectus
et magister gentium,
vas insigne signo crucis,
vas electum verae lucis
praesignans mysterium.

2. Saulus cadit consternatus,
Paulus surgit illustratus,
ut mundum illuminet,
pestes pellat, plantet mores,
fidem servet et errores
gentium eliminet.

3. Absit mihi gloriari,
inquit, nisi singulari
crucis privilegio.
Se pro Christo cuncta ferre
profitetur, et offerre
se truci martyrio.

4. Iste vas electionis
vires omnes rationis
humanae transgreditur,
super choros angelorum
raptus coeli secretorum
doctrinis imbuitur.

5. De hoc vase tam fecundo,
tam electo et tam mundo
tu nos, Christe, compluo,
nos de luto, nos de faece
tua sancta purga prece,
regno tuo statue.

Mone III. 85. e codd. 13. et 14. sc.

104. [*Concurrite huc populi et insulae, mentibus ut promptulis magistro gentium assistatis.* De S. Paulo. Sequ. liddy Karlomannici.]

Ekkehardus IV. in Casibus S. Galli c. 9. (Pertz Monum.

II. p. 118.) narrat, Ekkehardum Magnum latinum fecisse germanicum lidium charomannicum „Mole ut vincendi ipse quoque opponam.“ Haud arridet mihi sententia Ildephonsi ab Arx, pro titulis duorum carminum has voces habendas esse, in codicibus punctis distinctas. Illa puncta procul dubio musicae artis sunt. Dolet San-Marte in novissimo libro, quod dolent multi, carmen haud superesse: Das Lied von Karlmann, das die Casus S. Galli als von Ekkehard I. gleichfalls aus dem Deutschen übersetzt erwähnen, ist leider bis jetzt nicht aufzufinden gewesen, und scheint verloren. Das Vorhandensein eines solchen deutschen Gedichtes wird durch Poeta Saxo (Annal. Caroli Magni, aus dem 9. Jahrhundert, ap. Leibnitz, Script. rer. brunsv. I. 168. und Pertz, Mon. germ. hist. I.) bestätigt:

v. 117. Est quoque iam notum: vulgaria carmina magnis
Laudibus eius avos et proavos celebrant:
Pippinos, Carolos, Hludowicos et Theodricos,
Et Carlomannos, Hlotariosque canunt.

Von Theodorich ist unsre Heldensage voll. Das Ludwigslied ist uns glücklich deutsch erhalten, und ihm ähnlich, wenigstens in Form und Sprache, werden wir uns auch das Lied von Karlmann zu denken haben. — Atqui nihilo minus perquam dubium est, illo carmine Carlomannum celebratum fuisse, neque plus in illo titulo quam significatio modi musici inesse videtur, quam sententiam et Du Méril I. p. 163. amplectitur. Rhythmi qui fuerint modi Carlomannici, cognosci potest quum ex cantico Inclyta coelorum, quod quidem Ebert (Ueberlieferungen zur Geschichte, Literatur und Kunst I. p. 77) publicavit ex ms. saec. X., tum ex sequentia Concurrite.

---

105. [*Hac die veneranda.* SS. Ioannis et Pauli MM. B. Notkeri, tituli: Filia matris (maris? No. 9.)]

---

106. [*Veni solis radius Lumen fundens clarius Fama Sanctitatis.* De S. Alexio.]

---

107. [*Illibata mente sana Abit virgo in montana Salutando gravidam.* Visitatio B. M. V.]

Mone II. p. 122: *Noch eine andere Sequenz auf dieses Fest in 10 dreizeiligen Strophen steht in dem Mainzer Messbuch von 1482 und daraus in der handschriftlichen Hymnensammlung von Gamans zu Würzburg p. 520. und fängt so an: Illibata mente sana etc.*

108. [*Ave verbi Dei parens Virginum humilitas.* Visitatio B. M. V.]

1. Ave verbi Dei parens,
virginum humilitas:
ave, omni naevo carens,
humilis virginitas.

2. Gaude, quae sic gravidaris,
nec gravaris, filio:
gaude, quae sic oneraris
onere gratissimo.

3. Salve, Iesse stirpe orta,
virgula frugifera;
salve, clausa templi porta,
soli Deo pervia.

4. Plaude, vellus Gedeonis,
rore madens pneumatis:
plaude pellis Salomonis,
pulchrior prae ceteris.

5. Vale, Iacob micans stella,
et illustrans maria:
vale, consignata cella,
rubus in vi flammea.

6. Euge, sole quae amicta
solem gignis stellula:
euge, quae es praeelecta
scala caeli fulgida.

7. Pange, Aurora consurgens
luce novi sideris:
pange, arca trina ferens
charismata miseris.

8. Eia, magnificet tua
Iesum Christum anima;
eia, tecum ut laudemus,
ora, dulcis Maria.

Thes. II. p. 203. Neale Sequ. p. 126 e Missali Argentinensi 1520: *Cum peculiari ritu bis in anno celebravit Festum hocce Ecclesia Moguntina, sequentia haec in ea Ecclesia priori Visitationis Festo erat propria.* Legitur praeterea apud Clichtovaeum.

1. Cl. virginis — nodo. 5. Cl. circumlustrans. 6. quae es Nealii coniectura. Liber sis.

Mone II. p. 123 e codd. saec. XV. 3. fructifera. 6. quod amicta. 8. magnificat.

---

109. [*Veni praecelsa domina.* Visitatio B. M. V.]

Thes. II. p. 165. Mone II. 125 e codd. saec. XIV. XV. 1. munia. 3. quemcunque. 4. ut aegros. 6. radix virgalium.

---

110. [*Christo regi regum virgo canat ecclesia.* De S. Constantio Ep. M. patrono S. Gallensi. Ekkehardi maioris.]

S. Constantius Episc. Perusinus. Dies natalis est dies 29. Ianuarii, translationis 29. Iunii. Nisi fallor San-Gallenses Translationem propter summam festivitatem Apostolorum die tertia Iulii celebrarunt.

---

111. [*Gaude mater nobilis Constans et immobilis Urbs clara Vindelica.* De S. Udalrico.]

Mone III. p. 259 similem habet Sequentiam in S. Conradi honorem conscriptam: Gaude etc. — urbs clara Constantia.

---

112. [*Sancti merita Benedicti inclyta.* De S. Benedicto. Antiquorum nostrorum.]

1. Sancti merita Benedicti inclyta
2. Verendae sanctitatis ac monachorum praesulis
3. Pro posse atque nosse organa nostra concrepent.
4. Nursia felix tulit natum genitrix,
5. Domina mundi Roma fovit alitrix.
6. Hic ergo praeventus opimo sancti spiritus dono
7. Sophiam despexit humanam nactus et angelicam.
8. Hic fide subnixus integra redintegravit confracta,
9. Incendia carnis edomat, cruce venenum effugat.
10. Vagae mentis monachum reparat, fontem rivulat,
11. Eius iussu de laci abdito ferrum enatat.
12. Discipulus super aquas siccis pedibus currit, corvus mandatum peragit.
13. Ingentem laevigat petram, fratrum revocat oculos iam delusos ignibus.
14. Lapsum monachum per membra tritum sua prece redonavit animae.
15. Culpam prodidit praesumpti cibi et hospitem nota culpat simili.
16. Perfidi regis machinamenta sagax denudat,
17 Praescia mente debita talione pessumdat.
18. Qui clericum hoste pervasum liberat et cautelam demandat.
19. Qui secretam superbi mentem increpat atque famem mitigat.
20. Verbo carne solutas ligat iam animas, sed absolvit pane mystico.
21. Cautes absque periclo servant vas vitreum, ipse pressum plangit aemulum.
22. Solo nomine enodavit rusticum, sed oramine iam extinctum rustici suscitavit filium.
23. Ipse nos pio reconciliet Christo poscens veniam delictorum et partem in quietis sedibus,
24. In quibus gloriosus triumphat.

Thes. II. p. 20. Mone III. p. 230 e Monacensi Clm. 14322. XI. saec. ac Stuttgartensi saec. XII. Pezii (p. 29)

vel cod. Monac. varietatem adscribimus scriptioni Monianae. 3. optimo. 5. praescia — pessumdat desunt; eorum loco leguntur: post decem annos per spiritum vitae finem nuntiat. 6. periculo. 7. solo intuitu — conciliat.

Monius Sequentiam ipsius Notkeri foetum existimat.

Observat Sequentia modos pentecostales Sancti Spiritus assit nobis gratia.

---

113. [*Qui benedici cupitis.* De S. Benedicto. Ekkehardi maioris.]

1. Qui benedici cupitis huc festini currite, Benedicti patris opem quaerite,
2. Terrena spernite, ad poli gaudia mentes tendite,
3. Quo vir inclytus iste certissimam monstravit semitam,
4. In quo nil nisi pia simplicitas ac norma radiat.
5. Hic iam a primo flore et annis teneris maturis moribus senectam possidens,
6. Cunctas lascivae carnis illecebras domans agio pneumati se vas exhibuit.
7. Quantas Deo animas lucratus fuerit, Dominus numerat, et hostis ingemit.
8. Cuius novas naenias et crudelissima praelia coelitus suffultus straverat.
9. Iste calicem letali potu spumidum eminus misso signo crucis ceu saxo iacto fregerat.
10. Persequentium ruinas dolet ut David opera absentium spiritu cognoscit Elysaico.
11. Ut sacer Moyses de rupe fluvium precibus elicit, ferrum natare praecipit.
12. Ut Petrum Dominus, sic Maurum currere fecerat, pelagus phisin per fidem superans.
13. Orbati patris luctum abstersit, defuncto vitae reddito.
14. Collectum mundi globum nocte ceu sub solis iubare vidit.
15. Diu praescriptum beati sui transitus diem praenoscens signavit caris fratribus.
16. Obeunte eodem quidam pulcherrimam viderat viam,
17. Per quam illis est dictum Benedictum patrem coelos advectum,
18. Quo sequi nos donet Christus.

San Marte, Vir de vetustis Germanorum literis optime meritus, libro doctissimo: Walther von Aquitanien übersetzt und erläutert. (Magdeburg 1854.) adnexuit p. 166—173 cantica Ekkehardi Maioris. *Haben wir bei der Erörterung*

unseres Gedichtes uns entschliessen müssen, den würdigen Ekkehard I. aus dem lange innegehabten Besitz der Autorschaft desselben zu setzen, so war es die geringste ihm zu gewährende Genugthuung, die Aufmerksamkeit auf die unzweifelhaft von ihm verfassten und uns noch erhaltenen Gedichte zu richten, welche bisher noch nicht publicirt worden sind.) Der entgegenkommenden Güte des Herrn Domdecan und Bibliothekdirector Greith zu St. Gallen verdanken wir die von ihm eigenhändig genommene Abschrift der in der dasigen Bibliothek noch handschriftlich vorhandenen geistlichen Dichtungen Ekkehard's.**)*

Descripsit Greithius carmen e cod. S. Galli saec. XII. Adscribimus Monii varietatem (III. p. 227. Aus geschriebenen Zusätzen des 15. Jahrh. zu einem gleichzeitigen Messbuch in Karlsruhe A. Hs. zu München Clm. 14083 des 11. Jahrh. B) 4. B. in qua. 6. B. lasciviae. Scripsit Monius ex more ἁγιῷ πνεύματι: sed tres codices latinas literas exhibent. 10. absentium. 12. Mo. πελάγους φύσιν. 18. Mo. Χριστός.

Titulus Sequentiae: Iustus germinavit spectat Graduale missae festivae: Iustus germinabit sicut lilium etc. Cf. no. 58.

---

114. [*Virgo Dei Margareta.* De S. Margareta V. M.]

Thes. II. p. 226. Mone III. 408 e cod. Argentoratensi. 2. al. tradita. 3. vidit, amat et illectus. 4. sed fat. 7. in qua mergi. 7. terrentur. 8. mundi per naufragia — cum salvatis eius post suffragia.

---

115. [*Luce mentis et decore Virgo noctis in clamore Surgit apta lampade.* De S. Margareta V. M.]

Mone III. p. 411. (Reichenauer Antiphonar zu Karlsruhe No. 209 aus dem 14. Jahrh.)

---

116. [*Margaretam pretiosam Sponsam Christi generosam Veneramur hodie.* De S. Margareta V. M.]

---

*) Quod ego vix crediderim. Certum est Sequentiam A solis ortu typis mandatam esse in libro Pezii p. 37.

**) In Branderi Catalogo Ekkehardo Maiori praeter illas IV. Sequentias tribuuntur No. 58. 110, quae non memorantur in Casibus S. Galli.

117. [*Gaude virgo gloriosa Margareta pretiosa Rubricata sanguine.* De S. Margareta V. M.]
Mone III. p. 409. e cod. saec. XV.

---

118. [*Regi divino Uni et trino Perennis decor et gloria.* De S. Margareta V. M.]

---

119. [*Plebs parentis pietatis Plausu plaude, pravitatis putando propaginem.* S. Petri ad Vincula. Ekkehardi Palatini.]

Plebs parentis pietatis,
plausu plaude pravitatis
putando propaginem.

Petrum precare pastorem,
peccatorum piscatorem,
pacis plenitudinem

Petrus praestat patienti,
portas pandit punienti
peccati putredine.

Petrus purgat, parcit poenis,
prece porrigit perplexis
poli pulchritudinem

Pontum pons pertranseunti,
Petre, praesto pereunti
porta poenitentiae.

Petrus pollet passione,
pollet praedicatione,
porta patientiae.

Primo piscium praedator,
plebis potens post piscator
paradisum possidet.

Princeps potens populorum,
panis pastor parvulorum,
portis poli praesidet.

Peroptantes postulamus
perpetua perfruamur
prece Petri patria.

Petimus primipotentem
pelle pressuram prementem
per Petri praesidia;

Pelle procellas pulsantes,
peccatores perturbantes,
pelle prava pondera.

Pasce pios, pravos pia,
pater pie, proles pia
prodiens puerpera.

Mone III. p. 81. *Hs. zu Engelberg in Unterwalden, I. 4/25, Bl. 37. mit der Melodie, 14. Jahrh. In diesem Liede ist der Stabreim in jedem Worte angebracht und durchgängig das P genommen, weil damit der Name Petrus anfängt. So giebt es auch ein Lied auf den h. Laurentius, worin alle Wörter mit L anfangen. Du Méril poésies du moyen âge, p. 61.*

V. 10. vitiosus esse videtur in voce poenis, quippe quae male concordat cum perplexis. Fortasse legendum: pexis. Petrus agnis recenter pexis qui imbecilliores sunt, pastor mitis est et bonus. V. 23. An legendum pistor? Matth. 7, 9.

---

120. [*Exultemus et laetemur et in Deo gloriemur.* Inventio S. Stephani.]
Thes. II, p. 213. Mone III. 514 e cod. saec. XV.

---

121. [*Hi sunt luminaria Divinitus lucentia.* De SS. Gallo et Othmaro.]

---

122. [*Coeli enarrant gloriam Deo.* In Divisione Apostolorum. Antiquorum Nostrorum. Adiecit alia manus: Hartmanni.]
Thes. II. p. 44. 384.

---

123. [*Laus tibi Christe qui es creator et redemptor.* De S. Magdalena. Antiquorum nostrorum.]
Thes. II. p. 39. 384. Mone III. 415 e codd. saec. XI. XII. XIII. XIV. XV. 10. em., foedam adamas. 11. lavanda, tergenda. 16. septiformi spiritu.
In vita Luberti Berneri, a Thoma a Kempis scripta, ita legimus: *Igitur in die B. M. Magdalenae fecit cantari coram se — ad mortem aegrotabat vir pius — sequentiam „Laus tibi Christe“ Qua cantata ait: Quam devota et fervida verba sunt ista! Et repetivit intra se hunc versum ruminando: Quidnam haberet aegra etc.*

---

124. [*Gaude pia Magdalena Spes salutis vitae vena, Lapsorum fiducia.* De S. Magdalena.]
Mone III. p. 421 e codd. saec. XV.

---

125. [*Gaude Christi sponsa virgo mater ecclesia.* De S. Iacobo Ap. B. Notkeri, tituli: Eia turma No. 2.]
Thes. II. p. 55. Mone III. p. 109 e cod. saec. XII. Secunda Sequentiae pars est in S. Christophori laudibus: Eiusdem vitae invitatus ardore Christophorus hac ipsa passus est in die sed diverso tempore etc. Nec Monius ausus est recoquere fabulam de novo atque inaudito Christophoro, i. e. Ioanne Evangelista, quam obtulit lectoribus cum hymno: Huius diei gloria. Concedit in Sequentia martyrem commemorari: negat eiusdem mentionem fieri in hymno. *Die Stelle 696 (697) 19 gehört nicht hierher.* Miror Viri Docti animum constantem, ne dicam pertinacem.

---

126. [*Nardus spirat in odorem. Et spinetum profert florem.* De S. Anna.]

Nárdus spirat in odorem,
et spinetum profert florem,
sed flos fructus dat honorem
regis in accubitu.

Salus redit de Iudaea,
qua salvatur Idumaea,
ex Aegypto fert trophaea
Israel in exitu.

Holofernem Iudith stravit,
Anna quando generavit
natam, quae se praeparavit
Deo habitaculum.

Coeli cohors Annam laudet,
nam in coelis Anna gaudet,
et rogare bene audet
natam et nepotulum.

Non avertet aurem nata,
sed et matris ad precata
Iesus dona confert grata,
ut de nobis cogitet.

Ergo, Anna, nunc accede,
roga natam, ne abscede,
donec nepos nos a sede
sua sancta visitet.

Mone III. p. 198: *Hs. zu S. Peter in Salzburg V. 16. p. 161. des 14. Jahrh. (A) Miss. Mogunt. von 1482. f. 244 (B), wozu Gamans bemerkt: eandem ex sex Hortulis animae diversis, ab anno 1502 varie impressis habet Polius in s. Anna f. 378.*

---

127. [*Summi patris gratia Coaeternum per filium vitae parans remedia.* De S. Anna.]

---

128. [*Benedictus Dominus Deus Israel,* Vincula Petri. Cuiusdam antiquorum nostrorum.]

---

129. [*Sollemni carmine tuos Oswalde rex et martyr.* De S. Oswaldo. B. Notkeri, tituli: Symphonia.]

---

130. [*Potens virtutum tu sator rerum moderator.* De S. Oswaldo. Antiquorum nostrorum.]

---

131. [*Laudes Deo perenni auctori redemptionis.* De S. Afra. B. Notkeri, tituli: Pascha.]
Mone III. p. 169 e cod. saec. XII.

---

132. [*Grates Deo et honor sint per saecula.* De S. Afra. Antiquorum nostrorum.]

1. Grates Deo et honor sit per saecula,
2. Qui in sanctis suis facit mirabilia.

3. Cuius ab aeterno et ab antiquis ordinata sapientia,
4. Ovis perdita misericorditer est inventa et diligenter,
5. Domo eversa reperta est drachma decima in beatissima Dei martyre Afra.
6. Hodie cuiusdam et vere singularis, immo coelestis hominis filia,
7. Accepta sed dissipata naturae et rationis substantia,
8. Vivendo luxuriose, sollemniter revertitur de regione longinqua.
9. Hodie eadem pulchra filia populi sui et domus patris oblita
10. Flamma sancti spiritus inictata, sed igne materiali consummata, aurem cordis ad fidem inclinaverat,
12. Et iam intus praegustando dextros amplexus viderat, quod rex speciem eius concupierat.
13. Nam illa Sunamitis et filia audierat,
14. Quia coelestis pater illam, ut reverteretur, revocaverat.
15. Sancto igitur Narcisso illi praedicante statim ad mensam patris rediit.
16. Et civem illum, cui male adhaesit, deserult.
17. Et quae centum cados olei domino suo reddere debuit,
18. Accepta cautione sacramentorum suorum, scripsit sibi quinquaginta et promeruit esse filia.
19. Sic multi in retroactis aetatibus rediere a suis erratibus;
20. Sic Maria Magdalena, sic mulier illa Cananaea,
21. Et Petrus, postquam Christum negaverat, rediit,
22. Et Paulus Christi voce prostratus resipuit.
23. Matthaeus a telonio ipsius patris rediit praeconio.
24. Zachaeus dat dimidium bonorum, fraudem redimit, in quadruplum.
25. Eodem modo divina gratia post excessus nostros faciat redire nos ad Christi convivia
26. Tua interventione, o beatissima Dei martyr Afra.

Thes. II. p. 179. Mone III. 172 e codd. saec. XII. XIII. XIV.

---

133. [*Congaudent angelorum chori.* Assumptio B. M. V. B. Notkeri, tituli: Romana.]

Est Sequentia Notkeriana. Thes. II. p. 21. 384. III. 287. Titulus Romana praeterea est Sequentiae: Ioannes Iesu Christo No. 8. sed valde dissident carmina.

---

134. [*Ave virgo singularis Mater nostri salutaris, Quae vocaris stella maris, Stella non erratica.* Assumptio B. M. V. Antiquorum nostrorum.]

---

135. [*Salve salutis ianua Sollemnitas anna tibi celebratur.* Assumptio B. M. V.]

136. [*Bene doctor et salutis viae ductor.* De S. Bernardo.]

Thes. II. p. 242. Mone III. 232 e cod. ms. Lichtenthal saec. XV. Post str. 2. haec sequitur: mentem veri luminis monstra tuis famulis o B. Post str. 3. haec leguntur: gaude pater inclyte qui cubas in meridie o B. Str. 7. deest. 9. fatur homulus.

137. [*Laudet te Deus iustus et verus orbis totus.* De S. Bartholomaeo. Antiquorum San-Gallensium.]

Mone III. p. 124 e cod. saec. XIV. Act. Sanct. Aug. V. 34.

138. [*Diem festum Bartholomaei Christi amici fratres extollite.* De S. Bartholomaeo. Alicuius Domini Doctiorum.]

1. Diem festum Bartholomaei, Christi amici fratres excolite dignis praeconiis,
2. Eius obtentu coeli quo mereamini sedibus perfrui.
3. Hic Indiae populis praedicat evangelium,
4. Qui dediti vitiis vacabant idolatriae,
5. Quos instruens sanctus apostolus iussit frangere idola atque Christo facere templa;
6. Et daemones, quod adoravere, fecit longius abire, ubi essent invia terrae.
7. Mundat leprosos, saluti pristinae et reddit aegros.
8. Vestivit caecos praesenti lumine fecitque sanos.
9. Oratio eius paralyticos erigit atque curat energumenos,
10. Nam Indici natam regis diu lunaticam sola prece salvam fecerat.
11. Convertit regem populumque eius sacris fontibus expiaverat,
12. Promittens illis, quod non vidit homo nec ascendit in cor hominis.
13. Per multa sic praedicans tempora vestimenta illius non fuerant sordida.
14. Nocturno vigilaret tempore, similiter diurno in Dei laudamine.
15. Post talia miracula occisus migravit ad Christum, perenni in regno semper lusurus.

16. Sed veniet iudici in die cum Deo, hominum secreta per ignem iudicaturus.
17. Quaesumus te, Bartholomaee, exorantes quo detergas nostra hic facinora,
18. Quatenus utamur praemio, quod credentum repromisit Χριστὸς gregi pusillo.

Thes. II. p. 54. Mone III. 122 e codd. saec. XI. et XII. Sollicite expressit poeta modos Sequentiae Sacerdotem Christi Martyrem. Est igitur titulus: Beatus vir qui timet.

---

139. [*De profundis tenebrarum.* De S. Augustino.] Thes. II. p. 155. Mone III. 210. (Hs. zu München Clm. 4242 des 15. Jahrh., die einen verdorbenen Text liefert.) Poterat medelam afferre Thesaurus noster, sed manum adiutricem reiecit Monius.

---

140. [*Interni festi gaudia.* De S. Augustino.] Thes. II. p. 250.

---

141. [*Omnes devota mente veneremur digne.* De S. Pelagio M.]

1. Omnes devota mente veneremur digne
2. Immensa domini sacramenta, mirandis signis edita,
3. Quae rite praefulgent in beati actione Pelagi.
4. Hunc christiana progenitum de stirpe
5. Enutriendum testem fidei pius suscepit Uranius.
6. Cuius doctrina mundi oblectamenta quae possedit ut stercora respuit.
7. Cumque duodenos peregisset iam aetatis annos, patris morte deponitur misere.
8. Plurimis praediis familiae tunc traditis
9. Hominum libere de servimine iussit Christi laudibus adesse.
10. Hic spretis mundanis fastibus, fulmine sacro mente plenus,
11. Ad iudicis ultro properat tribunal, Christum liber vocat.
12. Carceris tandem traditur tenebris innocens, sed Christi lumen mox inibi dat splendorem.
13. Comitis inde feritas fustibus validis ac patibulo fidei martyris tormenta parat, fervens oleum fudit, quod mente firma pertulit.
14. Fragmenta testarum infesta vis tortorum iterum adhibet, quae secure perfert.

15. In poenis talibus dum permanet illaesus, credentes barbari nomen laudant Dei,
16. Victoriam digne martyris deinde tortor finit ense.
17. Sic spiritum tradens superis domini coepit esse civis.
18. Pro nobis supplica ei, quem amasti, martyr Christi.

Mone III. p. 477 e cod. saac. XIV. Titulus Sequentiae est: Captiva. Apte congruit cum Sequentia Summi triumphum regis.

---

142. [*Summum praeconem Christi.* In Decollatione S. Ioannis. B. Notkeri, tituli: Captiva No. 76.]

1. Summum praeconem Christi conlaudemus laeti,
2. Quo ipsa veritas protectatur maiorem fere neminem
3. In natis gignentum preter unum parthenu casta genitum,
4. Hic matre diu iam sterili editus
5. Non solum patri muto eloquium reddit, sed plurimis gaudium.
6. Sed qui de coelo meruit nominari, mundi nequit illecebris infici.
7. Innocens degere qui cum desiderat, vitat omnes execrandi consortii aditus.
8. Et solus solius inhaerens Dei visibus
9. Corporis lubricos luxus edomans carnem Spiritui subegerat,
10. Severitatemque sibimet placitam ceteris intentans.
11. Οδων ad ανδροπον corda parat Deo verbis et exemplis.
12. Hic idem maior vatibus equipar angelis peccata mundi tollentem notat digito.
13. Utque nil boni deforet famulus dominum patris superi vocibus proditum super sedente Sancto Spiritu coelo mirante lavat flumine.
14. Hunc talem ac tantum protervae saltatrici exponit praemium moechus rex adulter.
15. Pro dolor, pro nefas, ah scelus inauditum quis tantum facinus cogitaret umquam!
16. Sed tu quidem Christi nepos egregie Matyr memorande,
17. Praecurre iam gaudens nuncia mortuis vitam adventare.
18. Nosque de tenebris luci restitutos offer Christo.

Thes. II. p. 58. Transscripsimus Ekkehardi Maioris Sequentiam e libro San-Martii p. 168, cui suppeditavit eam Ven. Greith e codice San-Gallensi saec. XII. Mone III. 46. (Hs. zu München Clm. 14083. 11. Jahrh.) 1. collaudamus. 2. protestatur. 3. Mo. παρθένῳ. 7. Cod. Mon. deserat.

11. Cod. Mon. odon ⊤ antropon. Mo. ὁδὸν ἀν θρώπων
15. nefas ius omne violatum quis. 19. advenisse.

---

143. [*Psallite regi nostro psallite.* In Decollatione S. Ioannis. Alicuius boni antiqui patris nostri coenobii S. Galli.]

Thes. II. p. 41. 384. Est Sequentia Godeschalki.

---

144. [*Dies adest revoluta Quae praefulget instituta Multiformi gratia.* S. Verenae V.]

---

145. [*Laude celebri dignum mater ecclesia Sanctorum.* Sequ. vere nostra Notkeri vel discipulorum alicuius eius.]

---

146. [*Stirpe Maria regia.* In Nativitate B. M. V. B. Notkeri.]

Thes. III. p. 22. 384.

---

147. [*Ecce sollemnis diei canamus festa.* In Nativitate B. M. V. B. Notkeri.]

Thes. II. p. 54. Mone II. p. 28 e codice saec. XI. Affert titulum: Puella turbata.

---

148. [*Dic paraphonista cum mera symphonia.* In Nativitate B. M. V.]

---

149. [*Nativitas Mariae virginis quae nos lavat a labe criminis.* In Nativitate B. M. V.]

---

150. [*O Turegum Romae regum regale palatium.* De SS. Felice et Regula MM.]

O Turegum, Romae regum
regale palatium,
corde gaude, manu plaude
voce iubilantium!

5 Semper felix tu Felicis
Regulaeque stes victricis
fulta patrocinio,
vere digne tu vocaris
Tu-regum, cum sic ditaris
10 thesauro tam regio.

Edicto Maximiani
inhumani et vesani,
occiso Mauritio,
dum nesciret urbs Turegum
15 ferre iugum regis regum
praeside sub Decio.

Hi Thebaei testes Dei,
quae sunt Dei, reddunt ei,
fidei praeconia,
20 captivati, carcerati,
sed inclyti sunt afflicti
longae famis taedio.

Et dum manent indeflexi,
rotae ferri sunt inflexi,
25 stridentis incendii
bulliente perfunduntur
plumbo, pice, nec laeduntur
[vi] tanti supplicii.

Videt tortor et tabescit,
30 quod vis ignis poenas nescit,
cuncta stupent saecula;
quaeque sunt acerbiora,
melle sibi dulciora
fore clamat Regula.

35 Hostes, quibus quaerebantur,
vident, sed non videbantur
caecis per acrisiam,
sponte tamen se dederunt,
lupis oves obtulerunt,
40 Christo dignam hostiam.

Denudantur, flagellantur,
sancta canibus donantur,
pretiosae margaritae
spurcis porcis non invitae
45 rumpente feliciter.

Quos rex coeli Iesus mite
vocat dicens: huc venite
benedicti patris mei,
quo regnetis ut invicti
50 cum sanctis perenniter.

Instat tandem furor dirus,
profert duri cordis virus,
iubens, ut electi Dei
truncentur capitibus;
55 Qui truncati surrexerunt,
ulnis capita tulerunt
in argumentum fidei
quadraginta passibus.

Iesu bone, da pugnare,
60 fraudes hostis superare
huius vitae stadio,
vitam nostram regulare
Regulaeque conformare
da eius suffragio.

Sortem da felicitatis
65 per felicem, cum beatis
iunge nos feliciter,
fac ut tecum gloriemur
iocundeque contemplemur
70 te praesentialiter.

Mone III. p. 294. 28. addit vi. 45. rumpuntur. 48. patris mei benedicti.

---

151. [*Laudes crucis attollamus.* De S. Cruce.]

Thes. II. p. 78. 385. Neale Med. Hymns p. 95: *the masterpiece of Adam of S. Victor.* Contulit Nealius, ut addatur Thesauro amplior testium numerus, Missale Sarisburiense, Ratisbonense, Moguntinum, Aquileiense. 1. 4. 5. 6. omissa in S. 2. S. pulset coelos. 3. S. qui per crucem. totius populi. 6. per quam silex. 9. om. S. 12. S. signum tr. quod rectum putat Nealius. 13. S. insisten-

des. R. tormentis scis saevire. M. quos nunc cruci vis servire. A. et quos crucem vis subire. VI. Neale l. c.: *The reference is to te bitter waters of Marah. Daniel unacountably applies it to the healing the waters of Jericho by Elisha.* XI. Neale: *A very clear reference to the Crusades. The two last stanzas are slightly altered from the Translation which Mr. Wackerbarth has given of them, as a separate poem. The* Ista suos fortiores *is quoted by Archbishop Harsnett, in a Sermon preached at Paul's Cross.*

---

152. [*Salve crux arbor vitae praeclara.* De S. Cruce. Pulchra Sequentia antiqui alicuius San-Gallensis coenobialis.]

Salve crux, arbor
vitae praeclara,
Christi vexillum,
thronus et ara.

5 O crux profanis
tortor et ruina,
tu christianis
virtus es divina,
salus et victoria.

10 Tu properantis
contra Maxentium,
tu proeliantis
iuxta Danubium
Constantini gloria.

15 Favens Heraclio
perdis cum filio
Cosdroe profanum.
In hoc salutari
ligno gloriari
20 decet christianum.

Crucis longum, latum,
sublime, profundum,
sanctis propalatum,
quadrum salvat mundum,
25 sub quadri figura.

Medicina vera
Christus in stratera
crucis est distractus
pretiumque factus,
30 solvit mortis iura.

Crux est nostrae
libra iustitiae,
sceptrum regis,
virga potentiae.

35 Crux coelestis
signum victoriae,
belli robur
et palma gloriae.

Tu scala, tu ratis,
40 tu crux desperatis
tabula suprema,
tu de membris Christi
decorem traxisti
regum diadema.

45 Per te nobis, crux beata,
crux cruore consecrata,
sempiterna gaudia
det superna gratia.

Monc I. 142: *Nur die Anspielung auf die Donau V. 13. giebt dieser Versicherung* (Branderi) *einige Glaubwürdigkeit, die Form und Behandlung des Liedes war in Deutschland nicht*

gebräuchlich. Legitur carmen apud Clichtovaeum (Thes. II. p. 84), nec dubito quin ab Adamo conditum sit.

153. [*Salve crux laudabilis arbor admirabilis.* De S. Cruce.]

154. [*Magnificet confessio et pulchritudo magni regis novam in cruce victoriam.* In Exaltatione S. Crucis.]

155. [*Salve crux sancta, salve lignum triumphale.* De S. Cruce San-Gallensium antiquorum.]

Mone I. p. 137. *Reichenauer Perg.-Hs. No. 209. Bl. 14. mit Musiknoten. Das Lied ist zum Wechselgesang eingerichtet, daher je zwei Verse abwechselnd mit rothen und schwarzen Anfangsbuchstaben ausgezeichnet sind. — Dieses Lied hat Aehnlichkeit mit den griechischen Liedern, die Grüsse enthalten. Es besteht in langen Verspaaren, wie die griechischen Häuser, jedes Reimpaar verbindet zwei parallele Gedanken.*

Salve crux sancta,
salve lignum triumphale,
in qua pependit
Christus patris salutare.

Quam praesignavit
lex testamenti veteris,
quam praegustavit
rex dans exemplum ceteris.

Salve crux sancta,
vera spes verae salutis,
per te salvemur
semper a periculis.

Audi nos rex Christe,
clemens et misericors,
deduc nos hoc signo
ad aeterna gaudia.

156. [*Quadriformi crucis signum triumphali plausu dignum.* De S. Cruce.]

Quadriforme crucis signum,
triumphali plausu dignum,
prosequamur laudibus:
vota Deo persolvamus,
dulce lignum opponamus
inimici fraudibus.

In hoc signo singulari
nos oportet admirari
eius circumstantiam,
crucis Christi quadratura
sacri cultus in figura
gerit observantiam.

Quo sub ritu forma prima
caritatis expressiva
latitudo ponitur;
consequenter longitudo,
qua signatur sanctitudo,
perseverans colitur.

In profundo, quod non vides,
nec praesumat tanta fides,
cesset inquisitio;
pars sublimis manifestat,
quod in coelo nobis restat
certa repromissio.

25 Ista crucis sacramenta
comprehendat mens intenta
vitae propugnacula;
huius ligni per virtutem
nos perducat ad salutem
30 agnus sine macula.

Mone I. p. 144. (Hs. von St. Peter zu Karlsruhe 14. Jahrh.) (P) Neale Sequ. p. 119. e Missali Pragensi a. 1522. (N) — 5. P. apponamus. 9. N. circumstantias. 12. P. N. observantias. 13. M. *Dem Reime nach ist dieser Vers so herzustellen:* qua sub forma primitiva. 22—24. N. proponit vss. 19—21. 20. N. ne. 22. N. repraesentat. 23. N. coelis. Addit P. M. in fine: Ad coeli palatium crucis nos solatium elevet o Christe.

---

157. [*Dulce lignum adoremus, dulces clavos veneremur.* De S. Cruce.]

Mone I. p. 139. e cod. Monast. Lichtenthal saec. XIV.

---

158. [*Sancti belli celebremus triumphum.* B. Notkeri, de S. Mauritio.]

1. Sancti belli celebremus triumphum laude debita,
2. Quo christicolum decens fit victoria.
3. Dextrorsum casta Mauritius ducit agmina,
4. Contra scelesta Herculius auget praelia.
5. Coniurant saevi contra felicium vota,
6. Conspirant sancti subdere colla devota,
7. Decimum iam quemque coeli suscepit regia,
8. Mox et subsequentum clara visura millia.
9. Quorum precibus tua nos, domine, regat gratia,
10. Tanti ducis ut mereamur sequi fida monita
11. Spatia vitae per cuncta.

Thes. II. p. 57. Mone III. p. 436. e codd. XI. XII. XIV. XV. saec. In cod. San-Gallensi No. 378 adiicitur titulus Metensis minor. Eiusdem tituli est Sequentia de S. Othmaro: Laude dignum et alia de S. Ianuario. Monius Notkerum Sequentiam cantasse suspicatur.

---

159. [*Laetetur ecclesia iubilans catholica.* B. Notkeri. De S. Mauritio.]

160. [*Ibant pariter animis et ducibus imparibus.* B. Notkeri. De S. Mauritio.]

1. Ibant pariter animis et ducibus imparibus agmina domina et hostis atrocissimae phalanges.
2. His praefuit dux optimus Mauritius, perfidis crudelia crudelia crudelis Herculius dictat iura.
3. His est votum domino omnium corda subdere, his persuasit caecitas diversis monstrorum nugis servire.
4. Dum profanis ritibus plebs Dei nollet pollui, obstinatos iussio severa caede fecit decimari.
5. O quam fortia militum Christi suprema sorte pectora, igneo fidei tuta clipeo;
6. In sex millibus sexcentis sexque ac sexaginta sociis mens una, par votum, condors gloria.
7. Quo putas hostem dolore premi, tanto de populo cum videret nullum posse decipi?
8. Quo credis aulam coelestem regni festo iocundari, tantum decus cum de terra mittitur?
9. His etiam vetulus florido robore Victor se coniunxit,
10. Ac ne fulgido pontifex ordini deforet postea felix Hemmeramus.
11. Nunc deprecamur, beata cohors, cuius cuncta Christus nomina cauto tenet notata,
12. Ut nostra plurima facinora crebra prece roges deleri nosque piis ascribi,
13. Candide, Mauriei, Exsuperi, Innocenti.

Mone III. p. 435. e cod. San-Gallensi No. 378. Titulus τοδιακονίσσα. Monio vero simile est, Notkerum carminis ise auctorem.

161. [*Ad celebres rex coelice laudes.* De S. Michaele.]

1. Ad celebres, rex coelice, laudes cuncta
2. Pangat iam canora caterva symphonia
3. Odas atque solvat concio tibi nostra,
4. Cum iam renovantur, Michahelis inclyta valde festa,
5. Per quae laetabundo perornatur machina mundi tota.
6. Novies distincta spirituum sunt agmina per te facta;

7. Sed cum vis, facis haec flammea per angelicas officinas.
8. Inter primaeva sunt haec nam creata tua, cum simus nos ultima factura, sed imago tua.
9. Theologica categorizant symbola nobis haec ter tripartita per privata officia.
10. Plebs angelica phalanx et archangelica, principans turma, virtus uranica, ac potestas almiphona.
11. Dominantia nomina, divinaque subsellia, cherubim aetherea ac seraphim ignicoma.
12. Vos, o Michahel, coeli satrapa, Gabrielque vera dans verbi nuncia,
13. Atque Raphahel vitae vernula, transferte nos inter paradisicolas.
14. Per vos patris cuncta complentur mandata, quae dat
15. Eiusdem sophia compar quoque pneuma, una permanens in usia, cui estis administrantia Deo millia millium sacra.
16. Vices per bis quinas bis atque quingenta vestra
17. Centena millena assistunt in aula, ad quam rex ovem centesimam verbigena drachmamque decimam vestra duxit ad agalmata.
18. Vos per aethra, nos per rura terrea, pars electa, harmonia vota demus hinc per lyricas cytharas,
19. Quo post bella Michahelis inclyta nostro Deo sint accepta auream super aram thymiamata.
20. Quo in coaeva iam gloria condecantemus alleluia.

Thes. II. p. 24. Pezius I. p. 33. Mone I. p. 554. (Hs. zu München Clm. 14322. 11. Jahrh. Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. 11. Jahrh. Hs. zu Lichtenthal 14. Jahrh.) 2. om. iam. 5. quem. 16. quingentas. 18. harmoniae.

---

162. (*Magnum te Michaelem.* B. Notkeri de S. Michaele.]

1. Magnum te Michahelem habentem pignus
2. Civium nostrorum, si tamen servi studeamus esse Dei,
3. Poscimus, ut tuis precibus consortes mereamur fieri
4. Eorum beatitudinis ineffabilis, quam in Dei conspectu eos habere confidimus,
5. Qui est beatitudo vera sanctorum perpetua.
6. Quod quia scimus non posse fieri,
7. Nisi bonis studeatur meritis,
8. Poscimus ut Deum sanctos mores nos instruere semper postules,

9. Ut intrare valeamus aulam, quae non recipit ullam maculam.
10. Tu qui Dei caritatem retines, immortalis perdurasti Michael,
11. Post mortem requiem nobis deprecare.

Damus Notkeriani carminis scriptionem e Codice Pezii. Thes. II. p. 24. Mone I. p. 24. Mone I. p. 454. e quatuor codd. saec. XI. et tribus saec. XIV. et XV. 1. habentes, sed quinque codd. recte habentem. Sensus: Tu es civium nostrorum patronus, in te nostra continetur securitas. cf. Cic. pro Sext. 19. — 5. perpetuo. 9. introire. 10. retinens.

Titulus Sequentiae est Graecae, nam sequitur modum Sequentiae: Agni paschalis.

---

163. [*Summi regis archangele Michael.* De S. Michaele.]

1. Summi regis archangele
Michahel,
Intende, quaesumus, nostris
vocibus,

2. Te namque profitemur esse
supernorum principem civium.
Te Deum generi humano
orante diriguntur angeli,

3. Ne laedere inimici,
quantum cupiunt, versuti
fessos unquam mortales praevaleaut.
Idem tenes perpetui
potentiam paradisi,
semper sancti te honorant angeli.

4. In templo tu Dei
thuribulum aureum
visus es habuisse manibus,
Inde scandens vapor
aromate plurimo
pervenit ante conspectum Dei.

5. Tu crudelem quum draconem forti manu straveras,
faucibus illius animas eruisti plurimas.
Hinc maximum agebatur in coelo silentium,
millia millium et dicunt: salus regi domino!

6. Audi nos Michahel,
angele summe,
huc parum descende
de poli sede,
nobis ferendo opem domini
levamen atque indulgentiae.
Tu nostros, Gabrihel,
hostes prosterne,
tu Raphael, aegris
affer medelam,
morbos absterge, noxas minue,
nosque fac interesse gaudiis
beatorum.
Has tibi symphonias plectrat sophus, induperator.

Mone I. p. 452: Sequentia de S. Michaele, Alcuinus composuit Karolo imperatori. *Hs. zu Stadtbibliothek No. 1285. 11. Jahrh. mit der Melodie. Alcuins Gedichten in der Ausgabe Frobens steht dieses Wäre es wirklich von ihm, so hätte man in diesem Lie älteste Beispiel einer lateinischen Sequenz, doch lässt si rüber aus einer einzigen Hs. noch nicht urtheilen. Das Alter dieses Troparium ergiebt sich aber aus einer Ue beitung, wovon ich auch eine Hs. des 11. Jahrh. fand, di beweist, dass zu gleicher Zeit zwei Texte vorhanden Von der Ueberarbeitung giebt es mehrere Texte, deren chungen unter sich stärker sind, als sonst bei solchen S zen vorkommt, was ebenfalls auf einen ältern Text z führt. Obiger Text ist besser als die Bearbeitung, u Hs. nur in einer Stelle fehlerhaft, sie hat V. 11. prae was ich nach der Sprache und dem Versmasse ändern Ich lasse hier unmittelbar die Ueberarbeitung folgen.*

1. Summi regis archangele
Michahel,
Intende quaesumus nostris
precibus.

2. Tu deum obsecra pro nobis,
ut mittat auxilium miseris;
Te namque profitemur esse
supernorum principem.

3. Principalis est potestas
a domino tibi data
peccantes salvificare animas.

Idem tenes perpetui
potentiam paradisi,
omnes cives te adorant superi.

4. Tu in templo Dei
thuribulum aureum
visus es habuisse manibus,
Inde scandens vapor
aromate plurimo
pervenit ante conspectum Dei.

5. Quando cum dracone magnum perfecisti proelium,
faucibus illius animas eruisti plurimas.
Hinc maximum agebatur in coelo silentium,
millia millium dicebant: salus regi domino!

6. Audi nos Michahel,
angele summe,
tu parum descende
de poli sede,
nobis ferendo opem domini,
atque levamen indulgentiae.
Tu nostros Gabrihel
hostes prosterne,
tu Raphahel aegris
affer medelam,
morbos absterge, noxas dilue,
nosque fac interesse gaudiis
beatorum.

Satis certum videtur, neutram sequentiae huius formam carmen esse primaevum, sed utramque innovatam ex hymno antiquiore, condito versibus quindenarum syllabarum ad rhythmum tetrametri trochaici catalecti dispositarum; atque eam novationem factam esse, ut cum aliquo modo musico textus apte coiret, facile suspicamur. Apparent per totam sequentiam quadrati versus vel integri, vel levius graviusque contusi et confusi, et paucis tantum locis eorundem fragmenta sunt quasi in caementa comminuta, ut prior natura non facile agnoscatur. Integri quadrati sunt v. 21. et 23., tum una syllaba aucti 22. et 24., quos nullo negotio restituerimus in puram formam scripto 22. eius, 24. mille millia; levissime turbatus tetrameter recolligitur ex 36. 37.: atque nos f. int. b. g. Alii aliquanto gravius immutati fortasse sic sunt restituendi: 5. 6. te nam pr. esse sup. pr. (om. civium). — 7. 8. te Deum or. nobis dir. ang. — 9. 10. (secundum alteram sequentiae formam) principalem potestatem

tibi dedit dominus. 13. idem t. par perpetem pot. Non pauci versus, et pedibus truncatis et ordine verborum confuso, tamen ex secundo hemistichio agnoscuntur; ut 14. te hon. ang. vel te ad. sup. 16. aur. thur. 17. hab. man. 19. plur. ar. Similiter habent 1. et 25—35, ut de singulis quadratis unum metrum avulsum sit, quo musicae necessitati accommodarentur. Sic 1. — — a. r. M. arch. 25. 26. hunc tenorem habuisse suspicor: audi nostras preces summe Michael archangele; sequentem trochaicum ita exiisse (27. 28.): huc de poli sedibus. 29. 30. singulorum quadratorum reliquias exhibent. 31. 32. et 33. 34. duos sistunt, binis trochaeis truncatos: — h. n. t. pr. G. et — aegr. aff. t. m. R. 35. esse mutilatum ipsa sententia arguit. Quum enim haec linea haud dubie denotare velit duplex Raphaelis officium sanandi morbos et fugandi daemones, alterum tamen non plane expressum est; desideratur aliqua vocis noxas definitio, velut hostis. Versus superiori carmini suppositus hexameter heroicus est, durus quidem et salebrosus; quem, manifesto aliena industria sequentiae adiectum, quo pacto eidem adnumeraverit Monius sane mirum est.

Id quoque liquide perspicitur, antiquioris illius hymni strophas fuisse τετραρτίχους, ita quidem, ut singulae strophae his contineantur sequentiae versibus: 1—8. 9—14. 15—20. 21—24. 25—30. 31—36. Habuit igitur illa strophas 6, versus 24.

Ceterum Monii iudicium ab argumentis nudum sequentiae formam superiorem, quam genuinam esse ei placet (A), praestantiorem esse altera (B), nihilo verius apparet. Contra equidem et nonnullas scripturas, quibus B discrepat, praeferendas existimo, et rationes eius rei habeo in promptu. Sic aptiora sunt, quae B 9—11. habet; namque melius per singula sequentiae membra, quae sunt inter se παράλληλα et momento comparia, deinceps enumerantur singulae virtutes Michaelis, quam si ea series, id quod fit in A, interrumpatur interposita enuntiatione finali, ut membra et grammatica et rerum dignitate inaequalia aequaliter sibi respondeant. 24. dicebat aptius quam et dicunt; nullus enim hic locus est praesentis historici. 35. dilue commodius quam minue; etenim quis tandem non maluerit orare, ut omnis daemonica fraus tolleretur, quam ut aliqua pars duntaxat? Neque profecto versus ille ἀπόκρυφος in A suppositus fidem scripturae adauget.

---

164. [*Gaude Sion de decore fructus tui et honore.* De S. Hieronymo.]

Mone III. p. 389. ex ipso Branderi Codice.

---

165. [*Laetabundus Francisco decantet clerus Alleluia.* De S. Francisco.]

Thes. II. p. 193. Waddingo teste auctor prosae est Thomas Capuanus Cardinalis Presbyter titulo S. Sabinae ab Innocentio III. creatus, qui et composuit hymnos: In coelesti collegio Thes. I. p. 295. Decus morum Thes. I. p. 319. Ipse Gregorius IX. condidisse fertur hymnum Proles de coelo prodiit Thes. I. p. 295. et aliam sequentiam Caput draconis.

Mone III. p. 306. (Hs. zu S. Gallen 457. 13. Jahrh.) 2. novis clavis recte. Mo.: *Ich würde vorziehen* quem fixit novissimo clavo. 6. quam genuit. 6. haec corrupta. Miror poetam, qui in reliquis strophis ipsius S. Bernardi hypopsalmata intexuit, in hac una stropha ab eo recessisse. 9. multis vita. 10. lepra cedit.

---

166. [*Sursum corda tendite fratres et impendite laudes salvatori.* De S. Fide. Sequentia antiqua nostra.]

---

167. [*Vas electum gratiae.* De S. Dionysio.]

---

168. [*Christe sanctis unica spes.* B. Notkeri de S. Gallo.]

1. Christe, sanctis unica spes, salus, vita atque gloria perpetua,
2. Cuius charismate sicut India ita flagrat et Hibernia;
3. Quin insuper mirando modo nova mittit luminaria,
4. Quae Galliae vel Germaniae corda foveant sterilia;
5. Ex quibus probati per omnia Nos beati Galli merita, tui confessoris, inclyta recolentes, eius clara devote curamus sollemnia,
6. Ut sicut praesens sua tempora Virtutibus concessis tuo munere clarificavit, ita nostra temperet de coelo tua concomitante sese gratia,

7. Daemonicas domans rabies atque sanitatum tribuens medicamina,
8. Et veniam lapsis deprecans iugi supplicationem sanctorum instantia,
9. Nec non pacis gaudia et transitivae vitae commoda atque sempiterna cum sanctis praemia,
10. Ad quae meretricibus et publicanis viam pandere consuevisti poenitendi remedia,
11. Te sanctum pro nostris reatibus ad cruciamenta volens permittendo probrosissima,
12. Ut tui particeps spiritus ad patris dexteram infinita perfruamur gloria.

Mone III. p. 310. (Hs. zu S. Gallen, No. 378). Notkerum carminis auctorem agnoscit Monius. In Codice Monii exstat titulus: Dies sanctificatus. Sequitur carmen, modum Sequentiae Natus ante saecula.

---

169. [*Dilecte Deo Galle perenni.* B. Notkeri de S. Gallo.]

Thes. II. p. 25. 384. Una ex Sequentiis Notkeri. Mone III. 311. (Aus einem Murbacher Messbuch des 12. Jahrh. zu Colmar). 1. dilecte Deo, ut in Pezii et Branderi codice. 3. Mo.: *Daniel setzt Jesu in Klammern, weil der Vers zwei Sylben zu viel habe, was aber unrichtig ist.* Viro docto magis placuit omittere in sequentibus vocem arduae, codicum auctoritate commendatam. At vero candidi iudices, opinor, mecum omittent vocem Iesu, quae desiderari potest et facile addi potuit a librario: retinebunt arduae, quod sententiae strophae maxime convenit. Nam quod ad metricam rationem, Monius ut saepe suam partitionem invictam ducit et unice veram:

Hominibusque
et coetibus angelorum
qui Ihesu Christi
obediens suasioni —

Itaque retinet Iesu, ut quinque syllabae respondeant voci hominibus, expulit arduae, ut quae sequuntur consonent cum superioribus: hominibusque. Ego vero ita lego:

Hominibus et coetibus angelorum
qui Christi obediens arduae suasioni

et meam scripturam non duco falsam vel absurdam, sed a

Moniana. Sequentiae partitione dissonam. 7. praetulisti. 9. compensat dies iste testatur. Pezius: compensat ut. 14. M. Bez preco recte. — Mone: *Daniel verbindet die Worte: locus corporis eius und erklärt sie durch Kirche, was irrig ist, denn unter locus corporis wird das Grab des Heiligen, speciell seine Grabkirche verstanden, es muss also construirt werden: eius (scil. Christi) pace repleas, womit auch der folgende Satz zusammenhängt, der dasselbe Subiect hat.*

170. [*Psallat ecclesia matri illibata.* B. Notkeri. In Dedicatione Ecclesiae.]

Notkeriana. Thes. II. p. 23. 384. Mone I. 323. e codd. XII. XIV. XV. saec. 14. resultent. Una ex membranis Monh. Stuttgartensis (Brev. 123. saec. XII.) habet titulum Laetatus sum (Ps. 121, 1. Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.) Fortasse ille versiculus olim cantabatur in Graduali festivo.

Neale Sequ. p. 247. e Missali Augusto-Vindelicensi ms. sc. XV. 1. psallat tuae gloriae eccl. mat. illib. est prima stropha Nealio, cui ut respondeat secunda, addidit in honorem. 10. nostra. 12. personet. 13. resonent. 14. resultent.

171. [*Sollemnitatem huius devoti filii ecclesiae.* In Dedicatione. Waldrami coenobii Decani: melodiam composuit Pater Ioannes.]

1. Sollemnitatem huius devoti filii ecclesiae, nimirum vestrae matris, colite;
2. Quae vosmet ex alvo spiritali genuit;
3. Qui partus terrenos coeli heredes facit.
4. Igitur celebris haec cunctis festivitas maneat,
5. Istius qui matris se natos esse pro certo sciant.
6. Oremus omnes, omnes oremus, Ut matri coniunctos catholicae omnipotens filios faciat in Hierusalem celsa iocundos.
7. Ac pacis aeternae consocians visioni coetibus angelicis coheredes esse tribuat, Amen et amen, fiat et fiat.
8. O sancti, haec domus quorum artus continet,
9. Salvator hoc nobis precibus nostris donet;
10. Quod nullis meritis cognovimus nos mereri propriis.
11. Ut puta qui terra sumus atque tabescens cinis.

Legitur in codd. S. Galli 375. p. 305. 376. p. 381. 381. 381. p. 597. Pertz Monum. II. p. 101. Mone I. 322. prae-

ter cod. San.-Gall. No. 381. consuluit codd. Murbacensem ac Marbacensem saec. XII., qui Colmariae asservantur.

---

172. [*Quam dilecta tabernacula Domini virtutum et atria.* In Dedicatione. Antiqua nostrorum conventualium, bonorum patrum San-Gallensium.]

Quam dilecta tabernacula
domini virtutum et atria!
quam electi architecti
tuta aedificia,
5 quae non movent, immo fovent
ventus, flumen, pluvia!

Quam decora fundamenta,
per concinna sacramenta
umbrae praecurrentia;
10 latus Adae dormientis
Evam fudit, in manentis
copulae primordia.

Arca ligno fabricata
Noë servat, gubernata
15 per mundi diluvium;
prole sera tandem foeta
anus Sara ridet laeta,
nostrum lactans gaudium.

Servus bibit qui legatur,
20 et camelus adaquatur
ex Rebeccae hydria;
haec inaures et armillas
aptat sibi, ut per illas
viro fiat congrua.

25 Synagoga supplantatur
a Iacob, dum divagatur,
nimis freta literae;
lippam Liam latent multa,
quibus videns Rachel fulta
30 pari nubit foedere.

In bivio tegens nuda
geminos parit ex Iuda
Thamar diu vidua;
hic Moyses a puella,
35 dum se lavat, in fiscella
reperitur scirpea.

Hic mas agnus immolatur,
quo Israel satiatur,
tinctus eius sanguine;
40 hic transitur rubens unda,
Aegyptios sub profunda
obrueus voragine.

Hic est urna manna plena,
hic mandata legis dena,
45 sed in arca foederis;
hic sunt aedis ornamento,
hic Aaron indumento,
quae praecedit poderis.

Hic Urias viduatur,
50 Barsabee sublimatur
sedis consors regiae;
haec regi varietate
vestis astat deauratae,
sicut regum filiae.

55 Huc venit Austri regina
Salomonis quam divina
condit sapientia;
haec est nigra, sed formosa
myrrhae et thuris fumosa
60 virga pigmentaria.

Haec futura, quae figura
obumbravit, reseravit
nobis dies gratiae;
iam in lecto cum dilecto,
65 quiescamus, et psallamus,
adsunt enim nuptiae.

Quarum tonat initium
in tubis epulantium,
et finis per psalterium;
70 sponsum millena millia
una laudant melodia,
sine fine dicentia
Alleluia!

Thes. II. p. 75. Trench p. 202. e Clichtovaei Elucid. *This hymn, of which the theme is, the dignities and glories of the Church, as prefigured in the Old Testament, and fulfilled in the New, is too characteristic of its author (Adam) not to find here a place. It is the very extravagance of typical application, and, were it only as a study in medieval typology, would be worthy of insertion; but it has other and higher merits; even though it must be owned that the poet's learned staff rather masters him, than that he is able effectually to master it. Its title indicates that is was composed for the occasion of a church's dedication, the services of which time were ever laid oud for thn carrying of men's thoughts from the temple made with hands to that spirituale temple, on earth or in heaven, whose builder and maker is God.* — Mone I. p. 318. (Hs. zu Würzburg Ms. theol. fol. Nr. 139. 12. Jh. Westheimer lib. eccles. carm.) 1. M. tabernacla. 2. M.: *nach dem Versmasse sollte* virtutum *wegbleiben.* 15. M. mundi per. 26. M. evagatur. 28. M. Lyam lippam. 29. M. Rachel videns. 37. M. hinc. ita 40. 43. 44. 46. 47. 49. 39. M. eius tutus. 46. M. sacra om. 49. Clicht. Varias. 58. M. nigra est. 59. M. myrrha et thure. 61. M. sic futura. 67. M. t. principium.

1. 2. Ps. 84, 2. 3. 3—6. Matth. 7, 24. 25.. Trench: *The plural architecti is to be explained by the poet's including among the builders those who, under the great musterbuilder carried up the walls — apostles and prophets; cf. Eph. 2, 20; Revel. 21, 14.* 8—11. Mone: Sacramenta umbrae praecurrentia *sind die vorausgehenden geheimnissvollen Vorbilder des Alten Testaments (umbra), welche wegen ihrer Uebereinstimmung mit dem N. T. concinna genannt und von V. 15. an aufgezählt werden.* 13—15. Mone idoneos excitat Patrum locos: Chrysost. de terrae motu c. 7. ἡ ἐκκλησία κιβωτὸς, ὁ Νῶε ὁ Χριστὸς, ἡ περιστερὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ φύλλον τῆς ἐλαίας ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ. Arca ecclesia est. August. in ev. Ioh. 6, 19. Periclitata est arca in diluvio, periclitatur ecclesia in mundo. — Dies me deficit, si omnia arcae sacramenta cum ecclesia componens edisseram. Hier. adv. Lucifer 22. 17. Trench: gaudium. *This word must be taken personally. Thus Hugh of St. Victor: Isaac, qui interpredatur risus, designat Christum, qui est gaudium nostrum.* 19 Tr.: *Eliezer the servant of Abraham represents, in the allegorical language of that day, the apostles or legates of Christ, who were themselves refreshed by the faith of that Gentile world which they brought as a bride to Christ — so to speak, drank of the streams which it ministered to them, as Eliezer*

drank from the pitcher of Rebecca. 23. Tr.: *As Rebecca puts on the bracelets and earrings which Isaac had sent her (Gen. 24, 22.), so the Gentile Church makes herself beautiful for her future Lord; but with ornaments which are of his own giving.* 25—27. *Hugo a S. Victore Alleg. I. 2. c. 14: Esau foris venationi deserviens, benedictionem amittens, populum Israel significat, qui foris in litera iustitiam quaerit, et benedictionem coelestis haereditatis dimittit.* 28. 29. Tr.: *Leah and Rachel signify, as is well known, the active and contemplative life — are, so to speak, the Martha and Mary of the Old Testament; but they also signify the Synagogue and the Church. — Leah the Synagogue, lippa, unable to see Christ, the true end of the law; but Rachel, or the Church, videns, seeing the things that belong to her peace.* 32. Tr.: *For a general defence of such ugly types as this, and that which presently follows, 49—51., and of the seeking a prophetic element even in the sins of God's saints, see Augustine, Con. Faust. I. 22. c. 83; and again c. 87: Oderimus ergo peccatum, sed prophetiam non extinguamus. Cf. Gregory the Great, Moral. I. 3. c. 28. St. Bernard, in a remarkable passage which I cannot now recount, speaks of the New Testament sacraments (using that word in its largest sense), as fair both within and without, while in the Old, some ar fair only within, and ill-favoured without. It is not my part here to enter into the question of the fitness or unfitness of the use of such types, but merely to indicate what is sufficient for their full understanding. These words of Augustine are sufficient to explain the present; who cares to see the matter brought out in greater detail may follow up the reference (Con. Faust. I. 22. c. 86.): Habitus meretricius confessio peccatorum est. Typum quippe iam Ecclesiae ex gentibus evocatae gerit Thamar. Ut non agnoscente foetatur, quia de illa praedictum est, Populus quem non cognovi servivit mihi. — The words tegens nuda allude to Gen. 36, 14. (Vulg.); Operuerat enim vultum suum.* 34—36. Neale Med. Hymns p. 105: *Here, that is, here in the Church, those things really take place, which, in Scripture history are allegorisally set forth. The Nile is the world, because it flows through Egypt, the land of darkness. Moses is the natural state of man; the Ark, his vain endeavour to work out a righteousness of his own: — Pharaoh's daughter, the Grace of God: which finally makes him by adoption a son of the True King. The three next allusions are perfectly clear.* Fiscella scirpea. Exod. 2, 3. 48. Tr.: *The word* poderis *was quite naturalized in ecclesiastical Latin. Thus Hugh of S. Victor: Tunica illa quae graece poderis, hoc est talaris, dicitur; being*

for once right in his etymology of a Greek word. The poderis is the robe of Exod. 28, 4. ποδήρης, *LXX. and Josephus* τουνικα, *Vulg.) The poet would say, Here, in the Church, are the realities which the garments of the High Priest (indumenta), and the robe, the chief among them, did but foreshew. A mystical meaning has always been found in these garments.* 49. Neale Med. Hymns p. 105: *Uriah sets forth the Jews, Bathsheba, the True Church: David represents Christ. Uriah would not go into his house, — nor the Jews enter into the house of Wisdom: Uriah, by carefully keeping the letters which which he was instructed, perished; — the Jews, as we have just been reminded, by clinging too closely to the letter of Scripture, were also lost: — and Christ took the Church from them, and wedded her to himself.* 52—54. Ps. 45, 10. 55. Hugo: *Venit ad Salomonem regina Austri ut adiret sapientiam eius, et venit ad Christum Gentilitas ut audiret sapientiam eius.* 58. Tr.: *In these words, which are taken from the Canticles 1, 5. Iam black but comely (Nigra sum, sed formosa, Vulg.) the middle age expositors found, not the Church's confession of sin as still cleaving to her; but rather made them parallel to such words as the Apostle's: We have this treasure in earthen vessels (2 Cor. 4, 7.), or the Psalmist's: The king's daughter is all glorious within (Ps. 45, 12.), within and not without; having no form nor comeliness, no glory in the eyes of the world — black therefore to it, but beautiful and comely to her Lord.* 60. Tr.: *Another allusion to the Canticles, namely to 3, 6. (Vulg.): Quae est ista, quae ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae, et thuris, et universi pulveris pigmentarii? The Bride, or Church, is likened to the pillar of smoke perfumed with myrrh and frankincense.* 67—69. Tr.: *The marriage of Christ with his Church, which began under the Old Covenant, was completed in the New. The trumpets belong to the feasts of the Old, Num. 10, 10. (cf. Ps. 41, 5. Vulg.: sonus epulantis); the psaltery or decachordon (modulationem edens longe suaviorem et gratiorem auditu quam sit tubarum sonitus obstreperus: Clichtovaeus) to the New; it is on it that the new song is sung, even as David says (Ps. 143, 9. Vulg.): Deus, canticum novum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi. Cf. Augustine, Serm. 9. De decem chordis, c. 5.*

173. [*Ierusalem et Sion filiae.* In Dedicatione Notkeri Balbuli. Alia manus adiecit: Non S. Notkeri Balbuli, cum discedat a ceteris in textu et melodia, sed fortasse alterius Notkeri, vel Musici vel Labeonis.]

Carmen Adami. Thes. II. p. 74. Mone I. 324 (Hs. des Klosters Marbach jetzt zu Colmar, 12. Jahrh.) 1. Ierusalem — coelestis cur. 2. normam. 5. loquar sed sana. 6. figuravit. 7. m. electa. 9. et sing. — una simul. Stropha 11. apud Monium str. 12. 11. sit typ. instructa. Str. 12. est str. 11. sollemnis. 12. in qua. 13. lassis ibi. 15. providit — profutura.

---

174. [*Ecclesiae desponsato Laudum summi patris nato Decantemus carmine.* In Dedicatione.]

---

175. [*Rex Salomon fecit templum.* In Dedicatione.]

1. Rex Salomon fecit templum,
cuius instar et exemplum
Christus et Ecclesia;
huius est hic imperator,
fundamentum et fundator,
mediante gratia.

2. Quadra templi fundamenta,
marmora sunt instrumenta
parietum paria;
candens flos est castitatis,
lapis quadrus in praelatis
virtus et constantia.

3. Longitudo, latitudo,
templique sublimitas,
intellecta fide recta
sunt fides, spes, caritas.
sed tres partes sunt in templo,
trinitatis sub exemplo,
ima, summa, media.

4. Prima signat vivos cunctos,
et secunda iam defunctos,
redivivos tertia.
sexagena quoque per se,
sed et partes universae
habent lati cubitos.

5. Harum trium tres conventus
trinitati dant concentus
unitati deditos,
templi cultus exstat multus;
cinnamomus odor domus,
myrrha, stacte, casia.

6. Quae bonorum decus morum,
atque bonos precum sonos
sunt significantia.

7. In hac casa cuncta vasa
sunt ex auro de thesauro
praeelecto penitus:
nam magistros et ministros
decet doctos et excoctos
igne sancti Spiritus.

8. Sic ex bonis Salomonis,
quae rex David praeparavit,
fiunt aedificia;
nam in lignis res insignis
vivit Tyri, cuius viri
tractant artificia.

9. Nam ex gente Iudaeisque,
sicut templum ex utrisque,
conditur Ecclesia.
Christe, qui hanc et hos unis,
lapis huic et his communis,
tibi laus et gloria.

Neale Seq. p. 248 e Missalibus Traiectensi (T) et Andegavensi (A). 1. A. quorum instar. 2. A. quadri. — et flos. 4. T. ima signant. A. sexaginta duae per se, et bis tantum universae habent alti cubitos. Toti strophae adscribe locum 1 Reg. 6, 2. 5. A. un. debitos — stantem casia. 8. T. rex insign. — aedificia.

---

176. *Pangat hymnum Augiensis insula martyrum plena.* B. Notkeri cognomento Balbuli Sequentia, tituli: Metensis minor. De S. Ianuario et Sociis MM.]

1. Pangat hymnum Augiensis insula martyrum plena,
2. Quae maximo hodie gaudio compta,
3. Cum colit rubras praesentium testium lauros,
4. Effusione qui sanguinis emerunt coelum;
5. Ianuarius nam princeps qui fuit praesul,
6. Accinctus seno ad poenam numero fratrum.
7. Benevento regno tale decus emicuit,
8. Quos Christus saluti misit Sueviae medicos.
9. Eia iam fratres, placemus dominum odis devotis,
10. Qui nos sedula prece martyrum coronet languidos
11. Et tueatur in aevum.

Mone III. p. 342 ex ipso Branderi Codice.

---

177. [*Iocunda Deo laudatio sit in hac die Sanctis consecrata.* Undecim Mill. Virginum. Haud dubie alicuius patrum Gallensium.]

Thes. II. p. 176. Mone III. p. 522 (Hs. zu Admont 12. Jahrh.) scripturam Thesauri prorsus neglexit. — 2. quos — caelo. 3. pascit. 4. 5. aliter collocatae sunt. coel. ex. curia. 8. iam. 10. dum cogn. 11. mente socia. 15. gregis — sternunt. 16. 17. transmutantur. hinc — hinc. 22. et spiritu — uni Deo.

8. Mone l. c. *Unter den h. Jungfrauen, die zu Köln gemartert und bereits im 9. Jahrh. (nach Usuardi martyrolog. um 875) daselbst verehrt wurden, hiess eine Saula, aus deren Namen wahrscheinlich die Ursula der Legende entstanden ist, weil man ihren Namen verändern wollte, wozu die Namens-*

änderung der Saulus in Paulus wohl den nächsten Anlass gab. Alio loco alia docet V. D. p. 547: *Aus der Chriemhilt der Heldensage ist wahrscheinlich der Name Ursula gebildet, denn er kommt von ursus, und der poetische Name des Bären war Grimo, der direct auf Grimhilt hinweist. Der geistliche Gegensatz der Ursula zur Chriemhilt liegt im Martyrium. Chriemhilt hat den heidnischen Eitzel geheirathet und dadurch Christen und Heiden zum Untergang gebracht; Ursula dagegen hat dem Heidenkönig die Ehe verweigert und ist deshalb mit ihren Gefährtinnen umgebracht worden.*

---

178. [*Virginalis turma sexus.* Undecim M. P. Virg.] Thes. II. p. 20. Mone III. 541 e codd. et libris saec. XIV. et XV. — 1. turmae — quae connubiis sanctis. 2. Theomotus. 7. recedunt. 10. clarum fl. M. magnum *ist nicht gut, denn den Rhein zu Basel hat „klares" Wasser (!)* hinc ad. 11. subter cuius. 13. viraginum M: *Der Sinn der Stelle ist: feliciora sunt connubia virginum sanctarum connubiis viraginum saecularium.* — Nos in Thesauro alia proposuimus.

---

179. [*In Wolfgangi canamus honorem Christo dulce melos.* De S. Wolfgango.]

In Wolfgangi
canamus honorem Christo
dulce melos.

Dignus pangi
5 conscendit in die isto
praesul coelos.

Qui nascens ex Suevia
huius mundi levia
puer sprevit;

10 Mox excellens artibus
in remotis partibus
fama crevit.

Post scholarum regimen
cogitur ad columen
15 decanatus;

Sed aspernens saeculum
fit in claustro speculum
monachorum.

Demum in Pannonia
20 fidei praeconia
frustra serit.

Ratisbona praesulem
caesar facit exulem,
dum non quaerit.

25 Hic errata corrigit,
lapsis manum porrigit,
Deus illum dirigit
prosperando.

Gregem Christi pastibus
30 fovet sine fastibus,
hostis obstat astibus
vigilando.

Fraudis haereticae victor prophetice
multa praedixit mirifice.

Coelo dans spiritum
post ingens meritum
gregem defendat nunc cre-
ditum.

Mone III. p. 562 ex ipso Brunderi Codice ac Sacrificali Lucrantium 1521.
M. 10. scholae. 14. culmen. 18. monachatus.

180. [*Omnes Sancti Seraphim* B. Notkeri De Omnibus Sanctis.]

Est inter Sequentias Notkeri. Thes. II. p. 26.

---

181. [*Supernae matris gaudia.* De OO. SS.]

Supernae matris gaudia
repraesentat ecclesia,
dum festa dolit unana,
suspirat ad perpetua.

In hac valle miseriae
mater succurrat filiae,
hinc coelestes excubiae
nobiscum stent in acie.

Mundus, caro, daemonia
diversa movent proelia,
incursu tot phantasmatum
turbatur cordis subbatum.

Dies festos cognatio
simul haec habet odio,
certatque pari foedere
pacem de terra tollere.

Confusa sunt hic omnia,
spes, metus, moeror, gaudium,
vix hora vel dimidia
fit in coelo silentium.

Quam felix illa civitas,
in qua iugis sollemnitas,
et quam iocunda curia,
quae curae prorsus nescia.

Nec languor hic, nec senium,
nec fraus, nec terror hostium,
sed una vox laetantium
et unus ardor cordium.

Illic cives angelici
sub ierarchia triplici
trinae gaudent et simplici
se monarchiae subiici.

Mirantur nec deficiunt
in illum, quem prospiciunt,
fruuntur nec fastidiunt,
quo frui magis sitiunt.

Illic patres dispositi
pro dignitate meriti
semota iam caligine
lumen vident in lumine.

Hi sancti, quorum hodie
recensentur sollemnia,
iam revelata facie
regem cernunt in gloria.

Illic regina virginum
transcendens culmen ordinum,
excuset apud dominum
nostrorum lapsus criminum.

Nos ad sanctorum gloriam
per ipsorum suffragia
post praesentem miseriam
Christi perducat gratia.

Thes. II. p. 89. Mone III. 10 e Cod. Branderi, Cod. Semin. Tridentini saec. XIV (B) et membrana Augiensi saec. XIV *(hat die V. 41—52 als ein besonderes Lied de quolibet sancto und demgemäss die Lesarten verändert).*

11. B. in cursu. 39. B. se mota. 52. B. gratiam.

---

182. [*Dies irae, dies illa.* Sequentia Romana districta et bona. Pro Defunctis ac praecipue die omnium fidelium Defunctorum et in depositionibus Magnatarum.]

Thes. II. p. 103—131. 395.

Etsi Monius cántum Thomae inter collectos hymnos non recepit, tamen in prima parte operis eius plus uno loco symbolas ad historiam huius clarissimae sequentiae datas videmus ponderis haud expertes et consideratione dignissimas. Iam Du Méril monuerat, carmen Dies irae esse celebratum florem de longa stirpe cantionum poenitentialium ac iudicialium, quae quidem per totum medium aevum adoleverit. Consulto earum e numero cantionum hac quoque syllóge quasdam recepimus Suppl. I. p. 127. 132. 171. 173. Tum Monius duabus cantionibus (no. 295. 296) in lucem editis demonstravit, vetustissimo tempore iam facta esse initia amplificandi ac per aliquas partes poetica arte retractandi ecclesiasticum Officium de mortuis. No. 295 „Versus de mortuis super responsorio Libera me Domine" ex quodam codice saec. XIV (von St. Georgen zu Karlsruhe) deprompsit, quo in libro quum quaedam eius cantionis verba per insolitas tunc literas scriptae sint, idem auctor inde colligit, ex antiquiore exemplari ea esse illuc transscripta. Atque in ea cantione hunc locum:

Lacrimosa dies illa
qua resurgens ex favilla
homo reus iudicandus —

animadvertit eo nomine, quod, quum Dies irae saeculo XIV in Germania nondum innotuerit, is ipse locus communem utriusque fontem antiquiorem exstitisse indicio sit. Quae suspicio plane comprobatur altero carmine (no. 296) ex pluribus cantionibus contexto, quod habet in fronte titulum: De die iudicii. Sed iam ipsum Monium de hoc disserentem audiamus (p. 408 sq.):

Reichenauer Hs. No. 60. Bl. 222 flg. mit den Noten, 12 u. 13. Jahrh. Diese Gesänge gehören sowohl zum Allerseelentag (2. Nov.), als auch zur Seelenmesse für einzelne Verstorbene. Die Todtenvesper mit dem Anfang: Placebo domino in regione vivorum (Ps. 114, 9.) geht voraus, dann folgen viele

Responsorien bis zu dem Schlussgesang der Seelenmesse: Libera me, womit ich obigen Auszug angefangen, weil einzelne Stellen desselben, nämlich in die illa und quando coeli bei vielen Responsorien als Rundreim gebraucht wurden. Nach diesem Schlussgesang ist eine ganze Seite abgeschabt, wovon ich nur wenige Stellen wieder lesen konnte; mit den Worten: horridus hic calix beginnt auf der folgenden Seite ein Text aus dem Anfange des 13. Jahrhunderts, wovon ebenfalls die zwei ersten Zeilen abgeschabt sind. Dieser Text geht fort bis: dolore inferni. In die, worauf wieder eine abgeschabte Seite folgt, deren lesbare Bruchstücke ich mitgetheilt habe. Der Text des 13. Jahrh. ist nicht auf abgeschabte, sondern auf unverletzte Blätter geschrieben. Es ergiebt sich daraus, dass die zweite Schrift nicht viel jünger ist als der erste Text, und dass am Ende des 12. und Anfang des 13. Jahrhunderts der Choral der Seelenmesse einige Veränderungen erhielt, daher man diejenigen Stellen, die nicht mehr gebraucht wurden, abschabte, ohne aber einen andern Text darauf zu schreiben. Zwischen diesen Responsorien und Antiphonen stehen manche Psalmenverse, die ich im Abdruck weggelassen, weil sie nicht in poetischer Form abgefasst sind. Die Responsorien haben zum Theil regelmässige Verse und Reime, zum Theil nicht, aber der Anfang einer gereimten Behandlung der Todtenvesper und Messe ist nicht zu verkennen. In dieser Beziehung ist die Stelle: Lacrimosa dies illa, Qua resurget de favilla Iudicandus homo reus: Tu peccatis parce, Deus — merkwürdig, denn sie kommt auch im Dies irae vor, und da diese Hs. älter ist als der Verfasser des Dies irae, Thomas von Celano, so hat er die Verse: Lacrimosa etc. nicht selbst gemacht, sondern aus einem ältern Kirchenliede beibehalten und sie an den Schluss seiner Sequenz gesetzt, weil sie zu seiner dreizeiligen Strophe nicht passten. — Dadurch erhält die Untersuchung über das Dies irae eine andere Richtung als bisher. Man war der Ansicht, diese Sequenz sei lediglich aus der individuellen Betrachtung eines Mönches in seiner einsamen Zelle hervorgegangen und hätte ihrer Vortrefflichkeit wegen allgemeine Anerkennung gefunden. Diese Meinung ist unhaltbar, denn obige Texte beweisen, dass die Quelle der Sequenz in den älteren Gesängen des Gottesdienstes lag. Es wird auch andere alte Choralbücher geben, die noch mehr Parallelstellen enthalten als die obigen. Diese älteren Gesänge waren theilweis sogar in demselben Versmasse geschrieben, wie die Sequenz Dies irae, ja dieser Anfang wurde durch den häufigen Rundreim des alten Chorals: In die illa tremenda etc. veranlasst, wie auch der andere Refrain: Quando coeli etc. in eine

Abfassung des Dies irae (Haemmerlini Thes. II. p. 105) aufgenommen wurde, wo es heisst:

quando coeli sunt movendi,
dies adsunt tunc tremendi.

Beide Rundreime sind aber aus dem Libera me der Seelenmesse entlehnt. Daher kommen auch die zwei letzten Verse der Sequenz im römischen Brevier vor:

pie Iesu domine,
dona eis requiem,

denn diese Worte werden dreimal in der Seelenmesse nach der Wandlung gesungen und passen nicht zu dem individuellen Gebete des Dies irae. — Da der alte Choral der Seelenmesse schon nach den mitgetheilten Bruchstücken weitläufig war, so lag das Bedürfniss nahe, ihn abzukürzen und seinen Hauptinhalt in einer einzigen Sequenz zusammenzufassen, welche ganz oder theilweis in der Seelenmesse zwischen der Epistel und dem Evangelium gesungen werden konnte. Damit wurden denn auch die heidnischen Namen Acheron, Cocytus etc. des alten Chorals beseitigt, welche beweisen, dass er aus einer frühen Zeit herstammt, wo diese Namen noch von dem Volke verstanden wurden, was später nicht mehr der Fall war und störende Missverhältnisse veranlassen konnte, welche Beziehungen in der Hymnologie zu untersuchen sind. — Der Verfasser der Sequenz war ein Italiener; das verrathen nicht nur die Reime praesta, sequestra, dextra, sondern auch die dreizeilige Strophe, die in Italien gebräuchlicher war als diesseits der Alpen. Damit stimmt auch die Verbreitung der Sequenz von Italien aus überein. Zu welcher Zeit sie aber in Frankreich und Teutschland bekannt wurde, ist noch nicht ausgemacht. Ihre erste Erwähnung geschieht durch Bartholomäus von Pisa, der 1401 starb, und man sollte hiernach glauben, sie sei erst im 15. Jahrhundert in Teutschland bekannt geworden. Dies kann man in so fern zugeben, als bei uns vor der zweiten Hälfte des 15. Jahrh. keine Abschriften der ganzen Sequenz Dies irae vorkommen. Ich fand nur eine einzige in der Hs. zu St. Gallen No. 546 f. 199 aus dem Ende des 15. Jahrh. als Sequentia Romana mit der Melodie und geringer Abweichung von dem gewöhnlichen Texte,) was für eine Un-*

---

*) In eo codice, uti scimus, inest Branderi Sylloge Sequentiarum. Nota illa a Brandero addita, quam supra integram expressimus, non indigna tamen est consideratione, quippe quae, testetur, id quod sane quidem non iam indiget testimoniis, etiam in peritissimo cantandi monasterio San-Gallensi notam fuisse italicam originem Sequentiae, et usitatam ipsam tunc iam per longinquum tempus apud San-Gallenses.—E lectionum varietate fere

tersuchung nicht hinreicht. Dagegen ist oben bei No. 262 nachgewiesen, dass manche Verse aus dem Dies irae in andere Lieder eingefügt wurden, und diese bereits im 14. Jahrh. bei uns bekannt waren.

Carmen No. 262, cuius Monius facit mentionem, psalterium est de nomine Iesu ex cod. Reichenov. No. 36. (saec. XIV) depromptum, strophis constans nonaginta sex, in duas partes divisum. Tertia pars desideratur; prima secundaque compendia et contractiones expertae sunt. In hoc igitur psalterium ex illorum saeculorum more loci aliarum cantionum tunc favorem nomenque habentium sunt intertexti, mirum quam multi ex Sequentia Dies irae petiti. Mone l. c. p. 354: *Darnach ist wahrscheinlich dieses Psalterium Jesu in Italien gemacht worden. Die Hs. gehört noch in das 14. Jahrh., aus welcher Zeit man diesseits der Alpen keine Abschrift des Dies irae kennt, da sie bei uns erst im 15. Jahrh. und da noch selten vorkommen. Die entlehnten Stellen aus Thomas von Aquino bestärken die Vermuthung eines italienischen Verfassers und geben zugleich seine Zeit an, nämlich das Ende des 13. oder den Anfang des 14. Jahrh. Da er so viel aus dem Dies irae genommen hat, so muss es ein damals eben so bekannter und beliebter Gesang gewesen sein wie das Pange lingua und Lauda Sion, aus welchen die andern Verse entlehnt sind. Findet sich dieses Psalterium de nomine Iesu noch vollständig in einer Handschrift, so wird es eine schätzbare Quelle für den Text des Dies irae, da es wahrscheinlich in dem fehlenden dritten Theile noch mehr Stellen aus demselben enthalten mag.*

Loci illi, de quibus Monius mentionem facit, omnes sunt in secunda parte, atque, id quod dignum videtur attentione, intra duodecim continuas strophas coacti. Str. 29, 4—6: oro supplex et acclinis, cor contritum quasi cinis, gere curam finis mei. Hic locus amplissimus inter depromptos e nostra Sequentia, eius stropham decimam septimam reddit integram, transpositis tantum versiculi tertii verbis, quo iis, quae antecedunt, miserere mei, consonent. — Str. 31. Iesu iudex ultionis, da donum remissionis in die iudicii: lacrimosa dies illa, cum resurgam ex favilla esto spes refugii. — Str. 32, 4. 5. iudicandus homo reus, o roganti parce Deus. — Str. 33, 4, 5. preces meae non sunt dignae, sed tu Iesu fac benigne. — Str. 35, 4. 5. confutatis maledictis voca me cum benedictis. — St. 36, 1. Iesu pie recordare. — Str. 38. 3—5.

---

haec videntur recensenda: Str. 1. solve. 3. sparget. 6. censebit. 12. per corruptelam: ruet.

cum veneris iudicare, inter oves locum praesta et ab haedis me sequestra. — Str. 39, 4. 5. qui Mariam absolvisti et latronem exaudisti. — Str. 41. Recordare Iesu pie, quod sum causa tuae viae, meas exaudi preces; qui salvandos salvas gratis, salva me, fons pietatis, diluens meas faeces. Versiculus hic: cum tremendae maiestatis num sit indidem petitus, minus certum est. Neque id negligendum, quod ex septem primis strophis Sequentiae Diae irae nullus locus invenitur psalterio insertus, quum strophae 8. 9. 13. 14. 15. 16. 17. 18. magis aut minus integrae sint receptae.

Inter Angliae hymnologos Trench fuit, qui Sequentiam Dies irae in syllogen suam recepit ac singulos locos explanavit. Ex iis, quae ei carmini praefatur, haecce reddimus: *The sublime use which Goethe has made of it in that drama (Faust) will be remembered by all. To another illustrious man this hymn was eminently dear. How affecting is that incident recorded of Sir Walter Scott by his biographer — how in the last days of his life, when all of his great mind had failed or was failing, he was yet heard to murmur to himself some lines of this hymn, which had been an especial favourite with him in other days. Nor it is hard to understand or explain the wide and general popularity which it has enjoyed. The metre so grandly devised, of which I remember no other example, fitted though it has here shewn itself for bringing out some of the noblest powers of the Latin language — the solemn effect of the triple rhyme, which has been likened to blow following blow of the hammer on the anvil — the confidence of the poet in the universal interest of his theme, a confidence which has made him set out his matter with so majestic and unadorned a plainness, as at once to be intelligible to all — these merits, with many more, have combined to give the Dies Irae a high place, indeed one of the highest, among the masterpieces of sacred song. — Verbis: teste David cum Sibylla haec adscripsit: An unwillingness to allow a Sibyll to appear in a Christian hymn, and bearing witness to Christian truth, has occasioned another reading here, and we sometimes meet Crucis expandens vexilla, as the last line of this first triplet. It rests on Matth. 24, 30, and on the notion that the apparition of a cross in the sky would be „the sign of the Son of man in heaven" there spoken of. There is no doubt, however, that it is a late alteration of the text; and the line as it stands above, is quite in the spirit of the early and medieval theology. In those ages the Sibylline verses were not seen to be that transparent forgery which indeed*

they are; but were continually appealed to as standing only second to the sacred Scriptures in prophetic authority. Thus see the use of them, which, on this very matter of the destruction of the world, Lactantius makes, Inst. Div. 1. 7. c. 16—24. Cf. Piper's Mythol. d. Christl. Kunst, p. 472—507. Nay, we may say that these Sibylline oracles, with other heathen testimonies of the same kind, were not so much subordinated to more legitimate prophecy, as coordinated with it. This and those were regarded as two parallel lines of prophecy, the Church's and the world's, bearing consenting witness to the same truths. Thus is it in a curious medieval Latin mystery, which M. Magnin has published in the Journal des Savans, 1846, p. 88. It is on the Nativity, and is of simplest construction. One after another, patriarchs and prophets and kings of the Old Covenant came forward and repeat their most remarkable word about Him that should come: but by their side come forward a series of heathen witnesses, Virgil (Eclog 4), Nebuchadnezzar, (Dan. 3, 25) and the Sibyl: and that it was the writer's intention to parallelize the two series, and to shew that Christ had the testimony both of these and those in his favour, is plain from some opening lines of the prologue:

O Iudaei, Verbum Dei
qui negatis, hominem
vestrae legis, testem Regis
audite per ordinem.
Et vos, gentes, non credentes
peperisse virginem,
vestrae gentis documentis
pellite caliginem.

And such, no doubt, was the meaning of the author here — „That there shall be such a day as this has the witness of inspiration, David — and of more natural religion, the Sibyl — the Jew and Gentile alike bear testimony to the truths which we Christians believe." To look at the matter from this point of view, puts it out of all doubt that in the first part of the line we ought to read Teste David, and not Teste Petro. It is true that 2 Petr. 3, 7—11 is a more obvious prophecy of the destruction of the world by fire; but there are passages enough in the Psalms, as Ps. 96, 13; 97, 3; 11, 6; to which the poet may allude; and the very obviousness of the passage in St. Peter is alone sufficient to make the reading, which introduces his name, suspicious.)*

*) Memoratu dignum est, Calderonem unam ex fabulis, qua

Frantz p. 71: *Ein wunderbares Gedicht. Es beginnt in grellen Vocalen mit dem niederschmetternden Gedanken an den Tag des Weltgerichts, dessen verkündenden Sturm uns die zweite Strophe onomatopoetisch darstellt. Und nun die einzelnen begleitenden Erscheinungen erbarmungslos geschildert, dann das Bewusstsein der Schuld, welches sich in der achten Strophe zum Gebete wendet, darin noch den letzten Trost suchend, dass (Str. 13.) selbst der Schächer am Kreuze Gnade gefunden hat u. s. w. — Es giebt vielleicht wenige Producte der Poesie, in denen eine so grossartige Idee, als die des Weltgerichts, unter so gewaltigen Bildern dargestellt ist. Dabei liegt in diesem Gedichte eine ausserordentliche Wahrheit der Empfindung, mit welcher es — um mit den Worten eines Gelehrten zu reden — wie mit einem dreifachen Hammer an alle Herzen schlägt.*)* — Idem auctor aliquot strophas parodiae publicat, quam clericus quidam catholicus in bellum a Philippo Hispaniae rege reformatae Hollandiae illatum tornavisse fertur.

1. Dies irae, dies illa
solvet foedus in favilla,
teste Tago, Scaldi, Scylla.

2. Quantus tremor est futurus,
dum Philippus est venturus,
has paludes aggressurus!

14. Preces meae non sunt dignae,
sed rex magne, fac benigne,
ne bomborum cremer igne.

17. Oro supplex et acclinis,
Calvinismus fiat cinis,
lacrymarum ut sit finis.

Versionum numerus, ex illo tempore, quo Thesaurus in lucem prodiit, nimirum multis nominibus adauctus est; ex

reginae austri ad Salomonem iter enarratur, appellasse: La Sibila de orientes. Alias paganorum sagas vocat Fitonisse (πυθώνισσα).

*) Haec sententia a nobis (Thes. II. p. 112) Guerickio adscripta est. Sed iam Kochius in Real-Encyclopädie f. protestant. Theologie und Kirche, herausg. von Herzog s. v. Dies irae nos edocuit, eam habere locum nativum in iudicio Friderici v. Meyer, deposito in Lichtbote, 1866 Apr. et his verbis expresso: Dies schauerliche Gedicht, arm an Bildern, ganz Gefühl, schlägt wie ein Hammer mit drei geheimnissvollen Reimklängen an die Menschenbrust. Mit dem Empfindungslosen, der es ohne Schrecken lesen und ohne Grausen hören kann, möchte ich nicht unter Einem Dache wohnen."

quibus laudamus exempla Schlosseri (I. p. 180.): Tag des Zorns, du Tag der Fülle; Königsfeldii (p. 155.): An dem Sonntag jenem hehren; Simrockii (p. 341.): Tagt der Rache Tag den Sünden.

183. [*Melodum dulcedo resonet in altum cum laude maxima beato Pirminio.* De S. Pirminio.]

Mone III. p. 482. ex ipso codice Branderi.

184. [*Veneremur hac die sollemni sanctum Leonhardum.* De S. Leonhardo.]

185. [*In laude Christi congaude caterva Christiana in Leonhardi festo.* De S. Leonhardo.]

186. [*Laudes Christo die nunc isto celebrent omnes ubique fideles magno tripudio.* B. Notkeri. De S. Willibrordo.]

1. Laudes Christo die nunc isto celebrent omnes ubique fideles magno tripudio
2. Ob venerationem patris eximii sancti Willibrordi.
3. Hunc coelitus delapsa enitens notavit luna,
4. Quae eius matri visa per coeleste horama.
5. Hinc veluti sidus clarissimum sui iubaris radium per mundi sparserat circulum,
6. Dum tetricas peccati tenebras, cordi hominum insitas, verbi splendore fugaverat.
7. Hoc gens Brittonum atque Hibernia cum omni Fresia,
8. Hoc testantur Franci et Germani, Gallorum populi,
9. Nec inclita ignoravit hunc urbs Romula, etsi potens mundi domina,
10. Angelico quando praesul doctus oraclo illum subsecravit domino.
11. Dehinc fidei fervore succensus aras daemonum fregit providus.
12. Gladii ictus attigit ipsius caput aliquid, sed non nocuit.
13. Nam lymphia suae preci tradita iam multorum agmina potavit in arida.
14. Tum vini auxit satis pocula, infirmis per plurima contulit subsidia.

15. Hic hodie verus Israhelita Aegypti tenebras evasit, vicini auctus spoliis,
16. Et veniens cum lucro fideliter audire meruit gratanter euge, intra feliciter!
17. Eia nunc, devoti, quem rogitemus cuncti ore corde psallentes ac dicentes:
18. Nos tui qui festa colimus mente pia, o clementis, clementer adiuva semper.

Mone III. p. 562. e Cod. Branderi. 1. est per coel. ὅραμα. 4. hocque.

Sequentia diligenter servat modum: Sacerdotem Christi Martinum. Itaque titulus est: Beatus vir qui tuus est. Expressit poeta non solum modos musicos Martiniani carminis sed ordinem quoque ne dicam voces. Cf. strophas 7, 8, 9.

---

187. [*Eia devotis mentibus Et suavibus concentibus Laudando sustollamus.* De S. Theodoro.]

---

188. [*Sacerdotem Christi Martinum.* B. Notkeri. De S. Martino.]

Notkeriana. Thes. II. p. 27. 384. III. 287. Mone III. p. 432. (Hs. zu Colmar, 11. Jahrh. Hs. zu Stuttgart. Bibl. 20. 12. Jahrh. Hs. zu Gratz $^{40}/_{12}$. 12. Jahrh. Andere Hs. daselbst $^{37}/_{21}$. 12. Jahrh. Hs. zu St. Gallen No. 378. Hs. im Stadtarchiv zu Strassburg. 12. Jahrh. Antiphonar von Reichenau No. 209. 14. Jahrh. Hs. zu Lichtenthal 14. Jahrh.) Codices nostros Vindobonenses saec. XI. et XII. et Berolinensem saec. XI. Monius non curavit: immo, quod maximae reprehensionis est, antiquissimum saeculi X. codicem Bibl. Reg. Parisinae MS. 5326., ex quo Du Méril Poésies Populairs Latines etc. p. 166 Sequentiam exscripsit, critica trutina haud examinavit.

1. Mone: *Daniel schliesst „pacis catholicae" als eine hinzugefügte Glosse in Klammern ein, weil es das Versmäss störe, indem das Lied aus 12 gut gebauten Strophen bestehe. Nach dem durchgängigen Parallelismus der Absätze hat aber das Lied 18 Strophen oder die regelmässige Anzahl von 9 Tropärien eines Kanons. Ich sehe nicht ein, wie Daniel daraus 12 Strophenpaare machen konnte. Selbst die V. 2. 4. stören das Strophenmass nicht, da sie am Eingang gleichsam als Vorspiele stehen, wie es in diesen Sequenzen oft vorkommt.* Cum omnes

codices vocem mihi suspectam retineant, lubenter fateor errorem. 9. Mone: *Hiezu macht Daniel die verfehlte Bemerkung „Noli putare, ecclesiam orientalem occidentali miraculosa operatione inferiorem; cogitat poeta de vetustis Aegyptiis, magicis artibus insignibus, de Graecorum septem sapientibus, quorum artem atque sapientiam a Martino longe superari autumat.“ Es ist befremdend, wie Daniel meinen konnte, ein Kirchendichter des Mittelalters habe die ägyptischen Zauberer und griechischen Philosophen für würdige Vergleichpunkte mit den Heiligen gehalten, oder geglaubt, durch eine solche Vergleichung die Heiligen zu erheben. An solche Abwege hat der Dichter nicht gedacht, sondern er bezieht sich einfach auf den Sulpicius Severus, der in seinen Dialog. 1, 23. 26. erwähnt, dass seine Biographie des h. Martin gleich nach ihrem Erscheinen in Carthago und Aegypten verbreitet worden sei, und man überall diesen Heiligen den andern damaliger Zeit vorgezogen habe. Die patres Aegypti des Liedes sind vorzüglich die ägyptischen Mönche (denn die Zauberer hat nie ein Christ patres genannt), und die Graeciae sapientes sind nicht die sieben Weisen Griechenlands, sondern die* Ἕλληνες σοφίαν ζητοῦντες, *wie sie Paulus nennt, 1. Cor. 1, 22.* — Haec verba qui legerit, primum miretur, quod ego magos patrum nomine notaverim. Atqui Thesaurus legit Aegypti partibus cum antiquissimo cod. Parisiensi, cum Vindobonensibus et Berolinensi, concordantibus e numero Monianorum codicum Argentino, Gracensi utroque et Missali Moguntino de a. 1482. Non deerunt, qui eam lectionem mecum veram existiment, ut nulli iam sint monachi Aegyptii. Dialogorum Sulpicii Severi, qui haud dubie Notkero ob oculos versabantur, lectio sane Monii sententiam commendat; licet gloriosior his in strophis loquendi modus aliquantulum offendat, et vox: Graeciae sapientes obscura in medio maneat. Ceterum sententia in Thesauro prolata non est quod a re tam aliena videatur. Martinus est alter Moyses, qui cum omnem magicam artem gentilium confundit, tum sapientissimos philosophos antiquos exsuperat; quibus ab illo discendum manet, quemadmodum iam e Mosaicis fontibus hauserunt. 17. ut qui. Ita cod. Parisinus, unus Vindobonensis, Berolinensis.

In Codice Monii San-Gallensi No. 378 adiicitur titulus: Beatus vir qui timet — *der des abweichenden Versmasses wegen nicht wohl die Melodie bezeichnen kann.* Nihil pertinet ad modos musicos, sed significat titulus ipsum S. Martinum, qui et in Graduali et in Communione Missae Beati viri nomen sortitus est. Cf. No. 17. 186.

189. [*Tuba nostrae vocis elevetur.* B. Notkeri De S. Martino.]

190. [*Eia fratres cari festivitatem Sancti Othmari Patris agamus.* B. Notkeri. De S. Othmaro.

1. Eia fratres cari festivitatem sancti
2. Otmari patris agamus, exultantes gaudio sancti spiritus,
3. Cuius gratiam per eius meritum nos consequi posse credimus
4. Laetetur Suevia prolis tantae glorioso partu, fecunda domino,
5. Exultet iuvenis tanti nutrix Curiensis Retianorum regio.
6. Ecce iste est, qui sacerdos in diebus suis Deo complacen
7. Legem Christi custodiendo reconciliavit mundum domino
8. Candelabrum ponite fratres lucernae huic aureum,
9. Ut sublime posita clarum iocundius spargat lumen,
10. Et diabolicas radio longe pellat errores,
11. Coelestis patriae semitam monstrans plebi credentum.
12. Hic igitur Otmarus spiritu sancto plenus in Scottigena Galli cella verendi
13. Coenobialis vitae tradidit instituta, Benedictus ut castr fecit Cassino,
14. Studiis hunc locum fovens, exemplis irradians.
15. Itaque cum lupis caulas domini vastantibus
16. Auctoritas viri optimi zelo Christi obstaret, raptus est ab eis
17. In insulam Rheni fluminis est detrusus, diuque miser tractatus
18. De carcere huius vitae coeli regnum petiit,
19. Inde suis supplicibus pacem Christi tribuens,
20. Qui nos Deo semper commendat.

Mone III. p. 471. (Hs. zu S. Gallen 378. 11. Jahrh. — Titulus Sequentiae procul dubio est Eia turma. Cf. Seq Eia recolamus Thes. II. p. 3.

---

191. [*Laude dignum sanctum canat Othmarum Suevia mater.* B. Notkeri. tituli: Metensis minor.]

1. Laude dignum sanctum canat Othmarum Suevia mater,
2. Talis nati profectu gratulans semper.
3. Hic velut sidus eximium placidus Deo
4. Inter fraternas caligines rutilans micat.
5. Hic Iesu Christi praeceptis paruit promptus,
6. Hic eius membris subvenit minimis largus.
7. Nunc suae perfectae vitae se testem exhibet

8. Debiles curando atque fovendo supplices.
9. Hunc iam coetibus coniunctum sanctorum cuncti precemur.
10. Ut nos fragiles semper conciliet domino Deo,
11. Qui regnat trinitas sancta.

Thes. II. p. 28. Mone III. p. 471.

192. [*Gaude Sion quod egressus.* De S. Elisabeth.]

Thes. II. p. 158. Mone III. 285. e cod. XIII. et XIV. saec. 3. et saporis. 4. signum novi. 6. luces signis. 7. virtutis.

193. [*Laetabundus Elisabeth decantat chorus Alleluia.* De S. Elisabeth.]

194. [*A solis occasu usque ad exortum.* De S. Columbano.]

1. A solis occasu usque ad exortum
2. Est cunctis nomen tuum Deus laudabile,
3. Qui inde novum solem mittis mira lege,
4. Qui lustret orbem radiis
5. Et fotu terras vegetet.
6. Hic Columbanus nomine columbinae vitae fuit,
7. Dignus habere Spiritus sancti pignus in hac vita.
8. Hic terram cum Abraham reliquit et cognatos propter Deum;
9. Hic cum Iohanne regis incestum increpare non metuit.
10. Huic pastum dat Deus in deserto cum Moyse;
11. Huic coelum obsequi est paratum cum Iosue;
12. Hic ferras mansuefacit et corvos ut Helias et Danihel;
13. Hic persecutiones cum apostolis Christi perpetitur;
14. Huic ipse veritatis hostis nutu Dei
15. Testatur, quod hic veritatis cultor foret.
16. Nos ergo te te poscimus,
17. Beate, quo nos Domino tu commendes.

Thes. II. p. 28. Est Sequentia inter quatuor Ekkehardi, quae adiectae sunt libro San-Martii, et descripta est a Ven. Greith e cod. San-Gallensi saec. XII. Huius membranae damus scripturam. Accedit varietas Pezii p. 37. — 12. mansuefecit. 13. persecutionem. 16. deposcimus. 16. commendas. Mone III. p. 256. Cod. San-Gallensis offert titulum: Beatus vir qui suffert.

195. [*Altissima providente* in Praesentatione B. M. V.]

Thes. II. p. 209.

196. [*Sponsa Christi gaudens coeli convivia quae meruisti cum sponso felix Caecilia.* B. Notkeri. De S. Caecilia.]

197. [*Christi martyris colamus festa Clementis.* B. Notkeri. De S. Clemente.]

1. Christi martyris colamus festa Clementis,
2. Qui hunc diem passione propria fecit sollemnem,
3. Atque nobis venerandum tribuit esse colendum.
4. Hic primum philosophiae artibus claruit in hoc mundo, atque saeculi studiis erat intentus,
5. Et post haec apostolici dogmatis degustatis pocula, meruerat ecclesiae coniungi sacrae.
6. Cui donavit Petrus apostolus hanc potestatem,
7. Ut illum sequens regat ecclesiam, dimittens culpam.
8. Qui tunc accepta potestate data, post eius vitam iam sibi commissam rexerat ecclesiam,
9. Districte ligans, quos cognovit reos, magis assuetus quos ligati erant clementer absolvere.
10. Interim dum Christiana crevit religio sub ipso,
11. E nutu Dei tulit martyrium pro Christo,
12. Quem manus impia mersit in mare,
13. Obviabant ei angeli Dei parantes mansionem,
14. Ut iter sit credenti populo venienti.
15. Qui illis subvenisti, nunc miserere nostri,
16. O Clemens, nobis sis clemens.

Mone III. p. 252. e Branderi codice. 10. II. legit Christi — pertulit ob metricas rationes.

---

198. [*Salve sancta Catharina, Flos inplacius carens spina, Gemma nitens gratiae.* De S. Catharina.*)

Mone III. p. 355. e codd. saec. XIV.

---

199. [*Sanctissimae Catharinae virginis votiva festa recolamus.*]

Thes. II. p. 197.

*) No. 198—205. de S. Catharina V. M.

200. [*Laetabundus exultet virgini Catharinae.*]

---

201. [*Regi regum decantet fidelis chorus Alleluia.*]

---

202. [*Salve nobilis regina Regis sponsi Catharina Regis regum omnium.*]

Mone III. p. 353. e Cod. saec. XIII.

---

203. [*Hac in die Laudes piae Coeli iungant armoniae Plausus et tripudia.*]

---

204. [*Digna Deo Catharina Virgo martyr et regina.* Antiquorum San-Gallensium.]

---

205. [*Gaude virgo Catharina Quam refecit lux divina Ter quaternis noctibus.*]

Mone III. p. 372. e codd. saec. XIV.

---

206. [*Adornata laudibus canticorum dulcibus personet ecclesia.* De S. Conrado.]

Thes. II. p. 240. Mone III. p. 261. e codd. saec. XIV. XV.

---

207. [*Deus in tua virtute S. Andreas gaudet.* B. Notkeri. De S. Andrea.]

Thes. II. p. 28.

---

208. [*Regi regum decantet fidelis chorus Alleluia. Nam Barbara triumphans ascendit coelos gloria.* De S. Barbara.]

---

209. [*Laetabundi cordis mundi demus laudes Alleluia.* De S. Barbara.]

Mone III. p. 220. e cod. saec. XV.

---

210. [*Ave martyr gloriosa.* De S. Barbara.]

Ave martyr gloriosa
Barbaraque generosa,
paradisi vernans rosa,
castitatis flum.
5 Ave virgo pulchra tota,
caritatis fonte lota,
dulcis, mitis et devota,
vas virtutum omnium.
10 Ave criminis ignara,
sponsum audis voce clara:
veni pulchra, veni cara,
veni, coronaberis.
Ave Barbara serena,
cara quasi luna plena,
15 singulari candidata
sponsum agnum sequeris.
Ave Barbara beata,
quae cum sponso praeparata
nuptiarum ad optata
20 transiisti gaudia.
Ave fulgens margarita
in corona Jesu sita,
tam in morte quam in vita
sis nobis propitia.

Mone III. p. 212. e codd. et libris saec. XV.

211. [*Gaude Barbara beata Summe potens in doctrina Angeli mysterio.* De S. Barbara.]

212. [*Gloriosa fulget dies, exultet ecclesia, angelis et hominibus pax et laetitia.* De S. Nicolao.]

Thes. II. p. 175. adaptatur Translationi S. Valentini.

213. [*Laude Christo debita.* De S. Nicolao.]

Thes. II. p. 252. Mone III. p. 456. e tribus codd. saec. XII. et septem codd. et libris posterioris aevi. 6. claflio in op. 7. convertere. 17. unde. 24. unde.

214. [*Perpes laus et honor tibi summe Pastor.* De S. Nicolao.]

Mone III. p. 450. e cod. San-Gallensi 380. saec. 1 „unter Notkers Sequenzen." Teste codice sequitur modus Sequentiae Psallat ecclesia no. 170.

215. [Congaudentes exultemus Vocali concordia.

De S. N[ico]la[o.]

1. Congaudentes exultemus
vocali concordia,
ad beati Nicolai
festiva sollemnia;

Qui in cunis adhuc iacens
servando ieiunia
ad papillas coepit summa
promereri gaudia.

Adolescens amplexatur
literarum studia,
alienus et immunis
ab omni lascivia.

2. Felix confessor,
cuius fuit dignitatis
vox de coelo nuptia,
per quam provectus
praesulatus sublimatur
ad summa fastigia.

Erat in eius animo
pietas eximia
et oppressis impendebat
multa beneficia.

3. Auro per eum virginum
tollitur infamia,
atque patris earundem,
levatur inopia.

Quidam nautae navigantes
et contra fluctuum
saevitiam luctantes,
navi paene dissoluta,
Iam de vita desperantes
in tanto positi
periculo clamantes
voce dicunt omnes una:

4. O beate Nicolae,
nos ad portum maris trahe
de mortis angustia!
trahe nos ad portum maris,
tu qui tot auxiliaris,
pietatis gratia.

Dum clamarent, nec incassum,
ecce, quidam dicens, assum
ad vestra praesidia,
statim aura datur grata
et tempestas fit sedata,
quieverunt maria.

Ex ipsius tumba manat
unctionis copia,
quae infirmos omnes sanat
per eius suffragia.

5. Nos, qui sumus in hoc
mundo,
vitiorum in profundo
iam passi naufragia,
gloriose Nicolae,
ad salutis portum trahe;
tibi pax et gloria!

Illam nobis unctionem
impetres ad Dominum
prece pia,
qua sanasti laesionem
multorum peccaminum
in Maria.

Thes. II. p. 78. Du Méril I. p. 170. e Cod. Bibl. Reg. No. 1084. saec. XI. (A) Mone III. p. 455. e codd. et libris saec. XII. XIII. XIV. XV. (M): *Die Abweichung der Texte ist gross, ich habe desswegen die Absätze numerirt, um die Uebersicht des Strophenbaues und der ganzen Anlage zu erleichtern.*

1. M. a papillis. A. hom. summus. 2. M. coelis. A. postquam prov. — praesulatu. 3. A. nam de. 4. A. maris portum. M. dicit, contra omnium codicum auctoritatem. — Monius quintam stropham sic disponit: Ex ipsius etc. Illam nobis etc. Huius festum celebrantes Gaudeant per saecula, Et coronet nos Christus Post vitae curricula.

---

216. [*Dies festa celebretur.* Concentio B. M. V.]

Thes. II. p. 212. (Dies laeta cel.) — 12. Nealius pro omnibus es domina in Missalibus legit: omnibus es omnia, nec dubitat quin ita recte legatur, 1. Cor. 9, 22.

---

217. [*Coeli regem attollamus Et in voces erumpamus Laudum iam per cantica.* De SS. Ioachim et Anna.]

1. Coeli regem attollamus
et in voces erumpamus
laudum jam per cantica
quod per Annam radiare
sidus fecit salutare
in matre deifica.

2. Anna namque Deo grata,
gratiosa sit vocata,
diu mansit sterilis;
cum marito conversata
prolis paene spe frustrata
consternatur flebilis.

3. Ambo sic infructuosi
vivunt tanquam odiosi
suis contribulibus,
saepe quoque redargati
sunt ab ipsis quoque muti
templi sacerdotibus.

4. Hinc pudore rubricati
templum petunt adunati,
culpas flentes scelerum;
votum illic emiserunt,
dare Deo promiserunt
nasciturum puerum.

5. Mox in fletu consolantur,
bona quia nunciantur
affatu angelico.
Anna tandem gravidatur
et Maria generatur
ordine mirifico.

6. Felix dies haec et laeta,
qua prophetae sunt impleta
prisca vaticinia,
virgo Iesse generosa
tam relucet fructuosa
mira per insignia.

7. Fructus ille tam sublimis
coelo, terris et in imis
attulit laetitiam;
tortuosi nam serpentis,
malo suasu nos nocentis,
contrit superbiam.

8. Ergo tu cum matre nata
dulci nexu foederata
culpis nos absolvite;
tu nepoti tuque nato,
carnis hoste propulsato,
interventu iungite.

Thes. II. p. 211. Mone III. p. 186. (Hs. zu St. Paul in Kärnthen No. 48. 14. Jahrh.)

218. [*Christus ecclesiae praedilectus sponsus. Ad nos venit sic absconsus Qui totum mundum latuit.* De S. Ioseph.)

219. [*Salve Thoma gloriose, Palmes vitis fructuosae, Te doctore virtuose Gloriatur India.* De S. Thoma.]

Salve Thoma gloriose,
palmes vitis fructuosae,
te doctore virtuose
gloriatur India.

Quam horrebas seriose,
hanc convertis gratiose,
tecum plebis copiosae
mittens ad coelestia.

Qui sic es praedestinatus
et a Christo vocitatus,
nostros dilue reatus
pietatis gratia.

Tangis sacrum Christi latus
sic ad fidem conformatus;
iam coruscans laureatus
in coelesti curia.

Vas insigne rationis,
testis resurrectionis,
piae consolationis
nobis fer subsidia.

Nostrae memor concionis
posce nos repleri donis
charismatum, ut cum bonis
laetemur in gloria.

Mone III. p. 126. ex ipso Branderi Codice.

220. [*Salve Thoma Didyme, Dux pugnae legitimae Salutis signaculum.* De S. Thoma.]

Mone III. p. 127. e libro Branderi.

221. [*Mittit ad virginem.* De Beata Virgine.*)]

Thes. II. p. 59. 285. Missale Sarisburiense. (S) Mone II. p. 31. (Hs. zu München Clm. 17645. des 14. Jahrh. A. Hs. zu Admont No. 717. des 14. Jahrh. B. Hs. zu S. Paul in Kärnthen No. 48. des 13. Jahrh. C.) M. Du Méril II. p. 423.: *Dans le quatrième livre de son Elucidatorium Clichtovaeus a publié une prose, en l'honneur de la Vierge, que sur la foi de Démocharès et de Bellote il attribue à Abailard, et du Chêne l'a réimprimée dans le recueil de ses ouvres, probablement d'après un autre manuscrit, puisqu'il a ajouté une strophe à l'édition de Clichtovaeus.* Clichtovaeus. (D)

*) No. 221—250. Sequentiae Marianae.

1. D. suum. 3. D. superet — imperet — tollat. 4. D. calcans. 5. S. sponsamque faciat. 6. D. dicere. 8. Omnes codd. Monii, Vindobonensis noster S. D. suscipias, quod recipimus. Item legendum est cum S. perficias — teneas. D. S. casta. 9. D. suspicit: admodum placet scriptura, non obvia tamen in libris Germaniae. 10. MD. S. in pace. M.: *Daniel fügt noch folgende drei Strophen bei:* Cuius stabilitas — et donet patriam in arce siderum. *Die zwei ersten schliesst D. als verdächtig in Klammern ein, sie fehlen auch in ABC und passen durch ihre gesuchte Wortspielerei nicht zu dem vorigen Texte, die letzte muss aber auch als unächt wegbleiben, denn ihr Schlussvers hat keinen Reim, weil keine Parallelstrophe vorausgeht, wie im übrigen Texte, und sie überhaupt eine Wiederholung der vorletzten Strophe ist. Das ganze Lied hat also nur 10 Strophen und 50 Verse, welche den 5 Abtheilungen und den 50 Ave Maria des Rosenkranzes entsprechen. Je ein Strophenpaar konnte daher zu den Abtheilungen des Rosenkranzes gesungen werden.* — Minime Abaelardus Rosarii rationem habuit, quod sequenti demum saeculo popularibus usibus accommodatum est. D. habet strophas a nobis uncis inclusas (11. humana lab.), addit aliam, quae apud unum Du Chesne legitur: Natura premitur In partu virginis Rex regum nascitur. Vim celans numinis Et rector superum. Finem facit: Qui nobis etc. Et sane hac carminis οἰκονομίᾳ adest, quem Monius desiderat, vocalium concentus in superum et siderum. Magni nobis erat Viri Docti de illa nova stropha iudicium: sed in Abaelardi carmine constituendo haud in auxilium vocasse videtur Du Mérilis librum. Ut mihi videtur, D. integram interpolatoris scripturam exhibet. Omissa est stropha Natura premitur ab hominibus, qui magis spectabant argumentum carminis quam vocalium consensum. Repeti noluerunt quod poeta iam cecinit str. 2. et 3 — S. omittit str. 13.

Exordio carminis recte haec adiicit M: *Ist dem Gregor M. hom. in evang. 2, 34. 8. nachgeahmt, wo es heisst: hinc est enim, quod ad Mariam virginem non quilibet angelus, sed Gabriel archangelus mittitur, ad hoc quippe ministerium summum angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat. Eine ähnliche Aeusserung hat Abälards Zeitgenosse Bernard. homil. 1, 2.: non arbitror, hunc angelum de minoribus esse, qui qualibet ex causa crebra soleant ad terras fungi legatione, quod ex eius nomine palam intelligi datur, quod interpretatum fortitudo Dei dicitur. — nec discordat nomen a*

nuntio, Dei quippe virtutem Christum quem melius nuntiare decebat quam hunc, quem simile nomen honorat?

Du Méril l. c. p. 426: Aucun caractère particulier ne distingue ce cantique ecclésiastique des autres proses du XIIe siècle; c'est la même facilité de style, la même richesse de rims, les mêmes jeux de mots puérils, la même vulgarité d'idées. Rien n'y rappelle l'inspiration d'un poète et ne porte l'empreinte d'une imagination réellement enthousiaste: c'est le thème inintelligent d'un moine, et non la prière, nous ne dirons pas d'un philosophe, mais d'un homme convaincu de la vérité de ses paroles. On ne peut pas même remarquer le soin constant avec lequel l'auteur a évité le concours des voyelles, et l'accentuation de l'avant-dernière syllabe de chaque vers; l'habitude du chant en avait fait une indispensable nécessité à toutes les oreilles sensibles à l'harmonie.

---

222. [*Missus Gabriel de coelis Verbi baiulus fidelis.*]

1. Missus Gabriel de coelis,
verbi baiulus fidelis,
sacris disserit loquelis
cum beata virgine;
verbum bonum et suave
pandit intus in conclave,
et ex Eva formans Ave,
Evae verso nomine.

2. Metum pellit, dat solamen,
nam, per sacrum, inquit, flamen
et virtutis obumbramen
Deo gravidaberis.
Mater fiam, inquit illa,
cuius vere sum ancilla;
salva tamen sint sigilla
pudoris, ut loqueris.

3. Signum audi novitatis:
crede solum, et est satis,
non est tuae facultatis
solvere corrigiam:
grande signum et insigne
est in rubo et in igne;
ne appropiet indigne
calceatus quispiam.

4. Consequenter iuxta pactum
adest Verbum caro factum:
semper tamen est intactum
puellare gremium;
parem pariens ignorat,
et quam homo non deflorat,
non torquetur nec laborat
quando parit filium.

5. Virga sicca sine rore,
novo ritu, novo more
fructum protulit cum flore;
sic et Virgo peperit.
Benedictus talis fructus;
fructus gaudii, non luctus;
non erit Adam seductus
si de hoc gustaverit.

6. Iesus noster, Iesus bonus,
piae matris pium onus,
cuius est in coelo thronus,
paritur in stabulo.
Qui sic est pro nobis natus
nostros deleat reatus:
quia noster incolatus
hic est in periculo.

Mone II. p. 55. (Hs. zu München Cgm. 716. des 15. Jahrh.) M. Neale Sequentiae p. 256. e Missali Sarisburiensi a. 1555. (S) et Andegavensi 1523. (A) — 1. A. format. Verba: verbum bonum et suave alius sequentiae efficiunt exordium Thes. II. p. 93. 2. om. in S.A. 3. S.A. audi — tantum. 4. in S.A. stropha secunda. A. virginale grem. S.A. patrem. Sensus: nulla ex mulierum numero intacta peperit. S.A. nec torq. 5. S. non erit. A. non erit homo. S.A. ex hoc si. 6. S.A. nascitur in.

---

223. [*Hac clara die turma festiva dat praeconia.*]

Mone II. p. 131: *Eine Hs. zu Pommersfelden enthält ein Lied auf Lichtmesse ans dem 14. Jahrhundert mit diesem Anfang: Hac clara die etc.*

---

224. [*Ave praeclara maris stella.*]

Thes. II. p. 32. 384. Missale Rhenoviense No. 23. saec. XIII. (Rh) Missale Sarisburiense. (S) Mone II. p. 355. (Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. f. 72. des 12. Jahrh. (A) Andere Hs. daselbst Breviar. 123. f. 203. 12. Jahrh. mit Neumen. (B) Reichenauer Hs. No. 151. auf dem letzten Blatte mit den Neumen oder Noten, 13. Jahrh. Ist ein Bruchstück, das mit V. 47. anfängt. (R) Hs. zu Würzburg Mss. theol. f. 116. des 11. Jahrh. mit Neumen. (W). Bei Gropp script. rer. Wirceburg. 2. 885. steht diese Sequenz mit noch mehreren Liedern aus dem Würzburger Messbuche von 1485, der Abdruck scheint aber nach den fehlerhaften Lesarten nicht genau zu sein, daher dieselben von zweifelhaftem Werthe sind. (G) M.

2. S. coeli porta. 4. Rh. lignum vitae. 5. te plenam fide. Similiter voces collocat B. adnuente Monio. 4. Rh. desideraverunt. S. sacro rorante. 9. S. hic. Mone contra omnium codicum (etiam Rh.) scripturam delet veri ante Abrahae: *dieses veri duldet das Versmass nicht, es ist eine Wiederholung der Abschreiber.* 10. Rh. demonstravit. S. succinge. 11. M. flamma in uno G, incertae auctoritatis. M. discincto in uno R. M. mundis. 14. M. fac fontem. Rh. puros. 15. M. sapiat.

---

225. [*Salve proles Davidis, salve virgo nobilis, cuius partus admirabilis.*]

Mone II. p. 297. e codd. saec. XII.

---

226. [*Salve mater salvatoris, vas electum, vas honoris.*]

Thes. II. p. 82. Mone II. p. 309. (Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. 13. Jahrh. Aus geschriebenen Zusätzen des 15. Jahrh. in einem alten Messbuche zu Neuhausen bei Pforzheim. Auch in der Mainzer Hs. Karth. No. 599. Hs. zu Gratz 41/12 des 13. Jahrh. Hs. zu St. Peter in Salzburg V. 16. des 14. Jahrh. als Sequentia. Hs. zu Lichtenthal, 15. Jahrh.) — 2. flos de spina. 3. superans. 5. Praecedit tu convallis humilis, sequitur flos campi convallium — quae Deum part. 6. habens. 7. es thronus — aurum fulvum. 8. praefers — habens priv. 10. sol ecl. 12. superno — nos commenda. 13. solve reos. Cum stropha 13. legatur in codd. Monii, pro genuina carminis parte habenda est.

De ista sequentia S. Albertus Magnus (Opp. XII. 187.) Quod autem B. V. sit vas gratiae, testatur sequentia in qua sic canitur: Salve Mater etc. — Et rursus: Ipsa enim Dei Filium secundum carnem concepit, et in utero suo mundissimo novem mensibus baiulavit. Unde cantatur de ipsa: Salve mater pietatis etc.

---

227. [*Salve mater pietatis Et totius Trinitatis Notile triclinium.*]

Pars Sequentiae sub No. 226. commemoratae.

---

228. [*Ave Maria gratia plena, Dominus tecum virgo serena.*]

Thes. II. p. 92. Mone II. 112. e codd. XIII. et XIV. saec. *(Die Verse 42. 43. (8) sind aus der marianischen Antiphone: Ave regina coelorum entlehnt, und 33. (6) aus Ps. 39, 2., welche Stelle auch in einem Hymnus in Italien vorkam, die Alb. Mussatus, der zu Anfang des 14. Jahrh. schrieb, in seiner Chronik bei Muratori script. rer. Ital. 10, 796. so anführt: hymnum cantent, qui eos eduxit hodie de lacu miseriae et de luto faecis. — Obiges Lied hat die französische Form der Troparien und ist ein halber Kanon derselben. Die Franzosen gebrauchten fünffüssige Jamben vorzüglich in ihren Heldenliedern, aber auch in lyrischen Gedichten.)* 6. reformas. 7. quod mater es et regis filia.

---

229. [*Ave stella ortus solis, Ave mater summae prolis, Ave Dei filia.*]

---

230. [*Salve nobilis virga Iesse mater Christi Maria.*]

---

231. [*Ave virgo gloriosa Coeli iubar, mundi rosa, Coelibatus lilium.*]

1. Ave virgo gloriosa,
caeli iubar, mundi rosa,
coelibatus lilium;
Ave gemma pretiosa,
super solem speciosa,
virginale gaudium!

2. Spes reorum es, Maria,
redemptoris mater pia,
redemptorum gloria:
Finis lethi, vitae via,
tibi triplex hierarchia
digna dat praeconia.

3. Virga Iesse florida,
stella maris fulgida,
sidus verae lucis,
Fructum vitae proferens,
et ad portum transferens
salutis, quos ducis.

4. Florens hortus, aegris gratus,
puritatis fons signatus,
dans fluenta gratiae.
Thronus veri Salomonis,
quem praeclaris coeli dònis
ornavit rex gloriae.

5. O regina pietatis
et totius sanctitatis
flumen indeficiens,
In te salva confidentes,
salutari sitientes
potu nos reficiens.

6. Ad te flentes suspiramus,
te gementes invocamus,
Evae proles misera;
Statum nostrae paupertatis
vultu tuae bonitatis
clementer considera.

7. Cella fragrans aromatum,
apotheca charismatum
salutaris,
Tuam nobis fragrantiam
spirans infunde gratiam,
qua ditaris.

8. Dulcis Iesu mater bona,
mundi salus et matrona
supernorum civium,
Pacem confer sempiternam,
et ad lucem nos supernam
transfer post exilium.

Mone II. p. 318. (Hs. des Seminars zu Trient. 14. Jh.)

---

232. [*Salve sancta parens, Salve virgo labe carens, salve decus virginum.*]

---

233. [*Ave plena dignitatis gratia, Ave digna hymnis et melodia.*]

---

234. [*Salvatoris mater pia, mundi huius spes Maria*]

Mone II. p. 317. e cod. saec. XIV.

---

235. [*Alma redemptoris mater Quam de coelis misit pater Propter salutem gentium.*]

1. Alma redemptoris mater,
quam de coelis misit pater
propter salutem gentium,
tibi dicat mundus ave!
quia mundum solvens a vae
mutasti vocem flentium.

2. Sonet vox iocunditatis,
quia tempus est aestatis,
iam enim hiems transiit:
iam vineae floruerunt,
flores odorem dederunt,
imber recedens abiit.

3. Novitate partus casti
virgo cuncta renovasti,
cum paris clauso cardine:
stupet usus et natura,
quod tu, virgo, paris pura
sine virili semine.

4. O Maria, gignens florem,
cuius mirantur odorem
coelum, tellus, maria;
partus tuus singularis,
purum pure pura paris
genitorem filia.

5. Audi, mater pietatis,
nos gementes pro peccatis,
et a malis nos tuere,
ne damnemur cum impiis
in aeternis suppliciis,
peccatorum miserere.

Mone II. p. 260. (Hs. zu St. Gallen No. 452. 13. Jahrh. G) Antiphonar von Reichenau zu Karlsruhe No. 209. 14. Jahrh. (K) M. Neale Sequentiae p. 72. e Missali Salzburgensi 1515. (S) Nealii varietatem Monius haud adnotavit. 1. S. quem. G. dicent. M. tibi dicunt omnes ave, ed G.K.S. mundus ave. S. tollens. 2. Secuti sumus K. Mone sequitur K: iam vineae fl. Flores od. ded. am enim t. tr. Sonet vox ioc. etc. S. facit cum G., ta tamen ut iam hiems transiit agmen claudat. S. reans abiit, sed Cant. 2, 17. legitur „imber recessit.“ 3. 1. dum — quum tu — contra morem feminae. 5. L. S. ave virgo.

Mone l. e.: *Der erste und letzte Vers dieses Liedes ist der Anfang und Schluss der marianischen Antiphone; welche*

von der Vesper des Samstags vor dem ersten Adventsonntag bis zu Mariä Lichtmesse gesungen wird, also eine Umbildung des Kirchenliedes.

---

236. [*Stella maris o Maria.*]

Stella maris o Maria,
expers paris parens pia,
plebem tuam respice!

Vitam portans vitae porta,
5 nos supportans nos conforta
nosque fortes effice!

O Maria, stella maris,
tu nos semper tuearis,
en ad te confugimus.

10 Ad te, pia, suspiramus,
si non ducis, deviamus,
ergo doce quid agamus
post hunc finem, ut vivamus
cum sanctis perenniter.

15 Ihesu Christe, fili Dei,
tota salus nostrae spei,
tuae matris interventu
angelorum nos concentu
fac gaudere iugiter.

Mone II. p. 317. (Hs. des Seminars zu Trient. 14. Jahrhundert.)

---

237. [*Gaude virgo speciosa Benedicta gloriosa Christi mater praeelecta Spiritalis cella facta.*]

---

238. [*Post partum virgo Maria genitrix fecunda gratia tonantis plena.*]

---

239. [*Iesu fili summi patris, Iesu fili sanctae matris et intactae virginis.*]

---

240. [*Fecunda verbo tu virginum virgo.*]

Mone II. p. 48. e codd. saec. XII.

---

241. [*Gratuletur orbis totus Sacri fontis unda totus.*]

Mone II. p. 72. e codd. saec. XIV.

342. [*Salve mater gratiosa, Iam in coelis gloriosa, Te laudamus speciosa, Per bissena gaudia.*]

Salve mater speciosa,
jam in coelis gloriosa,
te laudamus pretiosa
per bissena gaudia.

Quorum primum habuisti,
quando Christum concepisti,
Gabrielem audivisti:
ave plena gratia!

Secundum, quod exclamavit
Elizabeth, te vocavit
Christi matrem, exultavit
Iohannes in utero.

Tertium de Ihesu nato,
per pastores publicato,
ab angelis venerato,
cantantibus puero.

Quartum, magi cum venerunt,
infantem adoraverunt,
procidentes obtulerunt,
sibi tria munera.

Quintum, templo praesentatur,
ulnis senis deportatur,
qui dimitti se testatur
tunc in pace libera.

Sextum fuit, cum monetur
Ioseph, ut reverteretur
ab Aegypto, tolleretur
genitrix cum filio.

Septimum, cum postulatum
invenisti, virgo, natum
et in templo collocatum
in doctorum medio.

Octavum sex hydriarum
tunc in vinum conversarum,
ad decorem nuptiarum
convivas laetificans.

Nonum fuit, cum revixit,
sicut antea praedixit,
his, in morte quos afflixit,
se vivum testificans.

Demum vero te praesente
et in coelos ascendente,
tuos ergo attendente
clamores et gemitus.

Undenum, cum visitavit
et amicos confortavit,
confortator inflammavit
septem donis spiritus.

Duodenum, cum coelorum
intrans regna, angelorum,
sociata es sanctorum,
regina, agminibus.

Vidisti, quem diligebas,
ad quem ire cupiebas
et quo frui sitiebas
angelis cantantibus.

Ergo omnes te rogamus,
ut qui tua frequentamus
gaudia, te videamus
in aeterna gloria.

Mone II. p. 170. (Hs. zu Lichtenthal vom Jahr 1400. Hs. zu Karlsruhe, o. No. vom Jahr 1440, als Gaudia b. M. v. Reichenauer Hs. daselbst No. 36 des 14. Jahrh.

243. [*Gaude virgo mater Christi Quae per aurem concepisti.*]

Mone II. p. 172: Hs. zu München Clm. 4432 des 15. Jahrh.

---

244. [*Gaude virgo de coelis.* De septem gaudiis B. Thomae Episcopo per Mariam revelata.]

---

245. [*Ave virgo virginum Ave lumen luminum Ave virgo regia.* Per Octavam Pentecostes.]

---

246. [*Ave mundi spes Maria, Ave mitis, ave pia, Ave plena gratia.*]

Ave mundi spes, Maria,
ave mitis, ave pia,
ave plena gratia:
ave virgo singularis,
5 quae per rubum designaris
non passum incendia.

Ave rosa speciosa,
ave Iesse virgula,
cuius fructus nostri luctus
10 relaxavit vincula.

Ave carens simili,
mundo diu flebili
reparasti gaudium:
ave cuius viscera
15 contra carnis foedera
ediderunt filium.

Ave virgo, de qua nasci
et de cuius lacte pasci
rex coelorum voluit.
20 ave virginum lucerna,
per quam fulsit lux superna
his, quos umbra tenuit.

Ave gemma, coeli luminarium,
ave sancti spiritus sacrarium.

25 O quam mirabilis,
et quam laudabilis
haec est virginitas,
in quae per spiritum,
facta paraclitum
30 fulsit fecunditas!

O quam sancta, quam serena,
quam benigna, quam amoena
esse virgo creditur,
per quam servitus finitur,
35 porta coeli aperitur
et libertas redditur.

O castitatis lilium,
tuum precare filium,
qui salus est humilium,
40 ne nos pro nostro vitio
in districto iudicio
subiiciat supplicio.

Sed nos tua sancta prece
mundans a peccati faece
45 collocet in lucis domo;
amen, dicat omnis homo.

Mone II. p. 303. e codd. saec. XII. XIII. XIX.

---

247. [*Uterus virgineus Thronus est eburneus legis Salomonis.*]

---

248. [*Mater patris nati nata Specialis advocata peccatricis animae.*]

---

249. [*Iubilemus in hac die.* Sabbato.]

Iubilemus in hac die
quam reginae coeli piae
dicavit ecclesia.

Haec est dies, in qua sua
5 vota tibi, Virgo, tua
reddit haec familia.

Omne saeclum omni die
servit virgini Mariae,
sed in hac devotius.

0 In hac psallas, in hac ores,
in hac laudes et labores
et cantes iocundius.

Virgo quae non habet parem,
diem sibi singularem.
5 non iniuste vindicat.

O quam digne sibi dari
diem hunc et consecrari
res inspecta praedicat:

Hodiernae lux diei
0 dies fuit requiei
plasmatoris omnium,

Sic quievit in Maria,
dum ipsius in hac via
virgo fit hospitium.

5 Cunctae tunc sunt creaturae
factae, dum opus naturae
complet Deus hodie,

Universa tunc refecit,
dum in matre, qui nos fecit,
30 complet opus gratiae.

Dies olim benedicta,
dies quoque sancta dicta
fuit ista septima.

Quam benedicta dicaris
35 scimus, virgo singularis,
et quam sis sanctissima,

Dum transis ad gaudiosum
diem, relinquens poenosum,
dies est haec media.

40 Haec de poenis nos educit
mediatrix et adducit
ad superna gaudia.

In hac die dum desperat
grex pussillus, qui tunc erat,
45 finem tenet firmius.

In hac die suspirantes
ad seseque deprecantes
obaudit frequentius.

Veneremur ergo, fratres
50 ut sanxerunt sancti patres,
in hac die virginem,

Exorantes, ut conducat
nos hic, et tandem perducat
ad illam dulcedinem.

Mone II. p. 54. (Hs. des Seminars zu Trient 14. Jahrh.)

---

250. [*Hodiernae lux diei Celebris in matris D Agitur memoriam.*]

1. Hodiernae lux diei
celebris in matris Dei
agitur memoria:

2. Decantemus in hac die
semper virginis Mariae
laudes et praeconia.

3. Omnis homo omni hora
ipsam ora et implora
eius patrocinia.

4. Psalle, psalle nisu toto
cordis, oris, voce, voto;
ave plena gratia!

5. Ave domina coelorum,
inexperta viri thorum,
parens maris nescia;

6. Fecundata sine viro
genuisti modo miro
genitorem filia.

7. Florens hortus austro flant
porta clausa post et ant
via viris invia,

8. Fusa coeli rore tellus,
fusum Gedeonis vellus
deitatis pluvia.

9. Salve decus firmamenti,
tu caliginosae menti
desuper irradia;

10. Placa mare maris stella,
ne involvat nos procella
et tempestas valida,

11. Sed ad coeli palatium
nostrum tum solatium
subleves, o pia
coeli regina.

Mone II. p. 53. (Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. 13. Jahr (S). Hs. des 14. Jahrh. im Seminar zu Trient (A). Hs. : Gratz 41/13. des 14. Jahrh. (B.). Hs. zu München, Cl 17645. des 14. Jahrh. (D). Hs. daselbst Clm. 10075. d 14. Jahrh. (C). Hs. zu S. Peter in Salzburg IV. 11. d 12. Jahrh. (P).

3. Omnes codices Monii praeter A hanc adora implora. 11. om. ACDP.

---

251. [*Imperatrix gloriosa Potens et imperios Iesu Christi generosa Mater atque filia.*]

Thes. II. p. 235. Mone II. 78. e codd. XIII. XV. sae 1. mater. In Thesauro errore typographi martyr. 2. quo fr. 3. istam-temeravit fl. 4. concretaeque-vi ginis in situlam. 5. carnali quo.

---

252. [*Gaude mater luminis Quam divini numin Visitavit gratia.*]

Thes. II. p. 191. Mone II. p. 398. e duobus codd. saec. XIII. Thesauri, vel ut rectius dicam, Wolfii scripturam sibi non adscivit sociam VD. Str. 3. Plena. Str. 4. Tu virtutum. 3. illustrasti. 7. suo tua prece.

---

253. [*Clemens et benigna Iugi laude digna.*]

---

254. [*Imperatrix angelorum Consolatrix orphanorum Audi nos o Maria.*]
Mone II. p. 399 e cod. saec. XIII.

---

255. [*Tibi cordis in altari Decet preces immolari Virgo sacratissima.*]
Mone II. p. 316 e codd. saec. XIV.

---

256. [*Orbis totus gratuletur Christianus praelaetetur Signum sacrum admiretur Quo creator collaudetur.*
Mone II. p. 72. e cod. saec. XIV.

---

257. [*Ave virgo virginum, Ave lumen luminum, Ave stella praevia.*]

Ave virgo virginum,
ave lumen luminum,
ave stella praevia!

Mediatrix hominum
5 ablutrixque criminum,
ave virgo regia!

Castitatis lilium,
consolatrix omnium,
peccatorum venia.

10 Munda sordes scelerum,
cicatrices vulnerum
terge plena gratia.

De peccati vinculo
hoste, carne, saeculo
15 libera nos Maria.

Tu nostrum refugium,
da reis remedium,
procul pelle vitia.

Infirmos tu visita,
20 mortuos resuscita,
da moestis solatia.

Per te iustis gratia,
per te reis venia
datur et laetitia.

25 Virgo carens simili,
tu quae mundo flebili
contulisti gaudia,

Nos digneris visere,
ut cum Christo vivere
30 possimus in gloria.

Mone II. p. 61: Aus handschriftlichen Zusätzen des 15. Jahrh. in einem alten Messbuch zu Neuhausen bei Pforzheim. Das Eigene des Liedes besteht darin, dass die dritten Verse nur auf la reimen. Ist dem Veni sancte spiritus nachgeahmt.

---

258. [*Mater patris nati nata.*]
Cf. No. 248.

---

259. [*Dies festus celebretur In qua pie recenseatur.*]
Cf. No. 216.

---

260. [*Clare sanctorum senatus apostolorum.* B. Notkeri. De Apostolis.]
Est Sequentia Notkeriana. Thes. II. p. 29. 384.

---

261. [*Coeli coelos imitantes.* De Apostolis.]
Thes. II. p. 211. Mone III. p. 66. *(Hs. zu Coblenz No. 12. mit der Melodie, aus dem 14. Jahrh. Auch bei Clichtoveus und bei Daniel. Jene beiden Texte stimmen überein, dieser ist interpolirt, weil man den Apostel Matthias einfügen wollte, wofür eine Erweiterung des Liedes nöthig war. Da jedoch Daniel keine Vergleichung seiner Quellen beigefügt hat, so lässt sich über ihr Verhältniss nicht urtheilen.)* — 1. efferunt: ortum solis. 2. Ber. gens Pharisaea. 3. om. 5. sic super se. 6. 7. om. Praebent strophas Thesauro proprias Missale Tegernseense 1494 et Missalia Eremitarum.

---

262. [*Qui sunt isti qui volant ut nubes per aera.* De Apostolis.]
Thes. II. p. 181. Mone III. p. 65 e codd. saec. XIV.

---

263. [*Plausu chorus laetabundo.* De Evangelistis.]
Thes. II. p. 66. 386. (Scriptura Missalis Brixinensis ms. saec. XV.) Mone III. p. 130. „De S. Matthaeo et ceteris Evangelistis. (Reichenauer Antiphonar zu Karlsruhe No. 209. 14. Jahrh., die Halbstrophen zu Wechselchören eingerichtet (K), und Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. 14. Jahrh. (S) Hs. zu Admont No. 751 14. Jahrh. (A).“ M. Trench. p. 66. 2. cautelam. Trench: des *A. juristic word. Ducange, with no allusion to this passage, yet gives its perfect explanation: Cantelae sunt instrumenta*

et Chartae, quibus privilegia, iura, possessiones etc. asserunt, hinc cautelae dictae, quod sint veluti cautio (ἀσφάλισμα) res illas ita se habere. 3. M. citra citra omnium codicum auctoritatem. Nescio quid V. D. in vulgata scriptura offendat. M. Clicht. Miss. Brix. stili priv. A. sibi. 4. M. Brix. comprehendit. 6. K. victus. S. ritus. Tr.: *Daniel reads rictus, without however saying from whence he got it. However tempting at first sight, I have not admitted it into the text. No edition of Clichtoveus that I have been able to examine, so reads; and I have, moreover, come back to believe ritus the trut reading.* At rictus bovis optime respondet ori humano prosapiam Christi dictanti et leoni rugienti. Accedit codicum auctoritas. 7. M. excitatus. Tr.: *The middle-age legend, that the lion's whelps were born dead, and first roused to life on the third day by the roare of their sire, was ofter alluded to in connexton with, and as a natural type of the resurrection: so is it here.* 8. In quibusdam libris sic legitur: Paradisi etc. sacr. quae descendunt coelitus, his quadrigis etc. istis arcae vectibus. Edit. Clichtov. a. 1556 pluunt. Tr.: *Clichtoveus sees here, but wrongly as I think, an allusion to Zech. VI.: Zacharias vidisse ipse dicit in spiritu quatuor quadrigas egredientes de medio duorum montium, et equos in eis varios, quibus iussum est ut totam terram perambularent: Hae autem quadrigae figura sunt SS. quatuor Evangelistarum, quibus Dei cognitio per universum orbem defertur et promulgatur. But I can find but one, and that the very slightest, trace of such an application of Zechariah's vision of the four chariots: St. Jerome (in loc.) giving a whole series of mystical interpretations of the passage, yet does not give this; while he has another passage which abundantly illustrates the words before us, and shews that the poet is still drawing his imagery from that grand vision of Ezekiel. He says (Ep. 50): Matthaeus, Marcus, Lucas et Johannes, quadriga Domini et verum Cherubim, per totum corpus oculati sunt, scintillae emicant, discurrunt fulgura, pedes habent rectos et in sublime tendentes, terga pennata et ubique volitantia. Tenent se mutuo, sibique perplexi sunt, et quasi rota in rota volvuntur, et pergunt quoquumque eos flatus S. Spiritus perduxerit. It is needless to observe that every word here is an allusion to Ezekiel 1. Cf. Augustine, De Cons. Evang. 1, 7; and Durandus, Rationale 7, 46, who however suggests quite another allusion, namely to Cant. v. 11.* — vectibus. Tr.: *The allusion is to Exod. 25, 13—15. The vectes, which were of shittim-wood overlaid with gold, were the staves by which the ark was lifted from the ground; they*

passed through the four golden rings at the four corners of the ark; and though beeing only in fact two pieces of wood, would have themselves also four extremities. Sometimes these, but oftener the four golden rings through which they pass, are made symbolic of the four Evangelists. Thus H. de S. Victore: Quatuor annuli, qui arcae inhaerent, quatuor sunt Evangeliorum libri. Clichtoveus unites both: Per hos autem quatuor circulos et vectes illis insertos, quibus deferebatur arca, intelliguntur Evangelistae, quorum narratione Christus, arca mystica et spiritualis, in omnem mundi partem, quantum ad sui notitiam, est delatus. 9. M. deo iunctus. Tr.: *The allusion is to Rev. 21, 16. The house stands firm which stands on a foursquare foundation: in this shape is the greatest strength an stability of all. See the symbolic use of the* λίθος τετράγωνος *in the Tabula of Cebes, c. 18. Even so the Lord's life the* εὐαγγέλιον τετράγωνον *is the strong foundation, not to be shaken, on which the faith of the Church reposes. Thus Durandus (Rational. 7, 46): Sicut enim inter caeteras formas quadratum, sic inter caeteras doctrinas Evangelium solidius et stabilius perseverat; nam illud undique stat, et ideo legitur (Apocal. c. 21) quod civitas in quadro posita est.*

---

264. [*Iocundare plebs fidelis.* De Evangelistis.] Thes. II. p. 84. Trench p. 60. 8. Tr.: *Irenaeus, in his famous passage about the Evangelists, (contr. Haer. 3, 11. §. 8.) which is the foundation of so much that has followed in the same line, does not allude to the four streams of Paradise, as prefiguring the four Evangelists, near as such an application seems to have lain to him, and likening as he does the four Gospels to the four principal winds,* πανταχόθεν πνέοντας τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ ἀναζωπυροῦντας τοὺς ἀνθρώπους. *Nor does St. Ambrose, at least in his treatise De Paradiso, c. 3, however he may find a mystical meaning in the four streams, find this one. We meet it in Jerome (Ep. ad Euseb.): Quemadmodum unus fluvius erat Paradisi, qui in quatuor capita dividitur; ita unica Christi evangelica doctrina per quatuor ministros ad irrigandum et fecundandum ecclesiae hortum est distributa. Cf. Augustine, De Civ. Dei, 13, 21, and Durandus, Rational 7, 46. The image has past on into the region of Christian art, (Aringhi, v. 1. pp. 181, 183, 195.) where we often find in the early mosaics a hill surmounted with a cross, or sometimes with a lamb holding a cross upon its summit, and four streams flowing out in different directions froms its base, — this, as the symbol of*

Christ and his four Evangelists;— in the words of Paulinus of Nola:

Petram superstat Ipse, petra ecclesiae,
De qua sonori quatuor fontes meant,
Evangelistae, viva Christi flumina.

9. Tr.: *In some copies* e b r i e t a t i s; *but thus, plainly in ignorance of there beeing such a word as* d e b r i o. *It is a medieval form of* i n e b r i o; *(see Du Cange s. v.) I find it as early as Gregory the Great (*H o m. *6. in Ezek.)*

Adscribimus optimam Nealii translationem, Mediaeval Hymns p. 78.

Faithful flock, in whose possessing
Is your Heavenly Fathers blessing
Gladness, in His lore progressing,
From Ezekiel's Vision draw:
5 John the Prophet's witness sharing,
In the Apocalypse declaring,
„This I write, true record bearing
Of the things I truly saw."

Round the thron, 'midst Angel natures
10 Stand four holy living creatures,
Whose diversity of features
Maketh good the Seer's plan:
This an Eagle's visage knoweth:
That a Lion's image showeth:
15 Scripture on the rest bestoweth
The twain forms of Ox and Man.

These are they, the symbols mystic
Of the forms Evangelistic,
Whose four Gospels, streams majestic,
20 Irrigate the Church of God:
Matthew first, and Mark the second:
Luke with these is rightly reckoned:
And the loved Apostle, beckoned
To the shore his Master trod.

25 Matthew's form the man supplieth,
For that thus he testifieth
Of the Lord, that none denieth
Him to spring from man He made;
Luke's the ox, in figure special,
30 As a creature sacrificial,
For that he the rites judicial
Of Mosaic law displayed.

Mark the wilds as lion shaketh,
And the desert hearing quaketh,
35 Preparation while he maketh
That the heart with God be right;
John, love's double wing devising,
Earth on eagle plumes despising,
To his God and Lord uprising
40 Soars away in purer light.

Symbols quodriform uniting
They of Christ are thus inditing;
Quadriform His acts, which writing
The produce before our eyes:
45 Man — Whose birth man's law obeyeth:
Ox — Whom victim's passion sclayeth:
Lion — when on death He preyeth:
Eagle — soaring to the skies.

These the creature forms ethereal
50 Bound the Majesty imperial
Seen by Prophets; but material
Difference 'twixt the visions springs:
Wheels are rolling, — wings are flying —
Scripture lore this signifying; —
55 Step with step, as wheels, complying,
Contemplation by the wings.

Paradise is satiated,
Blossoms, thrives, is foecundated,
With the waters irrigated
60 From these streams that aye proceed:
Christ the fountain, they the river,
Christ the source, and they the giver
Of the streams that they deliver
To supply His people's need.

65 In these streams our souls bedewing,
That more fully we ensuing
Thirst of goodness, and renewing
Thirst more fully may allay:
We their holy doctrine follow
70 From the gulf that gapes tho swallow,
And from pleasures vain and hollow
To the joys of heavenly Day.

---

265. [*Regnum tuum regnum omnium saeculorum.* B. Notkeri forte. De Evangelistis.]

1. Regnum tuum regnum omnium saeculorum Domine, rex regum.
2. Cuius regni gloriam et potentiam tuam loquuntur
3. Plena oculis quatuor animalia ante et retro:
4. Marcus, Lucas, Matthaeus, Iohanhes, occulta verhi eructuans;
5. Leo, vitulus, homo, aquila, profunda rimans mysteria.
6. Quorum forma et doctrina, Christe, cum regina sponsa tua significaris ecclesia.
7. Homo factus, bos in cruce, leo cum resurgis, aquila super astra Deus volitans.
8. Et ecclesiae nati homines, ut membra novi sint hominis.
9. Crucifigentes se cum vitiis, in ara crucis sint vituli,
10. Vultu sint leonino ad resistendum fortiter diabolo.
11. Aquilam tum exprimunt, in verum solem figunt ut intuitum.
12. Hi sunt enim, Christe, quadrigae tuae, salvatio.
13. Quadrifida cruce quam rotae dant evangelicae.
14. Auriga tui currus super hos equos scandens, domine,
15. Viam fac equis tuis in luto multo nostri pectoris,
16. Ut subvecti hoc in curru maris de tumultu portum perpetuae contingamus patriae,
17. Ubi sanctus, sanctus, sanctus nato maris stellae tibi clamemus his cum animalibus,
18. Quorum sit nobis oculorum multitudo, bonae vitae circumspectio.

Thes. p. 181. Mone III. p. 135. (Hs. der Universität zu Gratz, 42/6 des 12. Jahrh.) Neale Seq. p. 193. e Missali Pragensi 1522. — 4. apud N. 5. Pr. eructant. N. metri causa coeructant. 6. N. sponsa om. 11. N. tunc — vultus figunt et intuentur. 13. N. evangelistae. 17. N. natus — tibi clamant.

---

266. [*Agone triumphali militum regis summi.* B. Notkeri. De Martyribus.]

1. Agone triumphali militum regis summi dies iste celebris est populis Christo regi credulis.
2. Hi delectamentum respuerant mundanorum
3. Et crucem tunc turpem quotidie baiularunt.
4. Hos nullius feritas a Christo separat:

5. Quin ad eum morbus millenis properent.
6. Non carcer ullus aut catena mollium fortia in Christo pectora.
7. Sed nec ferarum morsus diri martyrum solidum excavant animum.
8. Non imminens capiti gladius territat
9. Fortissimos milites optimi domini.
10. Nunc manu Dei complexi persequentum insultant furoribus quondam crudelibus,
11. Et plebi Christi solamen suppeditant in cunctis laboribus lubrici saeculi.
12. Vos Christi Martyres
13. Nos valde fragiles
14. Precibus nos iusto iudici sinceris fugiter commendare curate.

Notkeriana. Thes. II. p. 30. Pezius p. 38. P. Mone III. p. 144. (Hs. zu München Clm. 14322. 11. Jahrh. Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. 12. Jahrh. Hs. zu Lichtenthal des 14. Jahrh. Hs. zu Heidelberg No. 9. des 13. Jahrh. Steht auch im Messbuch der Bursfelder Congregation v. 1518. Hs. von St. Peter zu Karlsruhe No. 16. 14. Jahrh.) M. Neale Sequent. p. 219. e Missali Ordinis S. Benedicti Spirensi 1498. (Sp.), Ratisbonensi, et Salzburgensi. (S) — 1. Om. Sp. S. regi. 2. M. respuerunt. 3. Sp. S. Rat. baiularant. 4. Sp. S. quos. 5. Sp. S. Rat. properant. 8. Sp. terrebat. 10. Nealius correxit persequentium metri gratia. 11. Sp. S. Rat. plebi Christi. Sp. lubricia. 14. Neale: *Verisimilius videtur addendum beatissimi, vel simile quid, ut hic versus primo respondeat. Ita rectissime procedunt omnia.*

267. [*Turbam bellicosam quam Dei non verentes servi.* B. Notkeri. De Martyribus.]

Thes. II. p. 58.

268. [*O beata beatorum.* De Martyribus.]

Thes. II. p. 204. Mone III. p. 142. (Hs. zu Admont o. No. 15. Jahrh. A. Hs. daselbst No. 751. des 14. Jahrh. mit Neumen. B. Hs. zu St. Peter in Salzburg VII. 20. des 14. Jahrh. mit der Melodie. C. Bei Gropp. script. Wirceburg. 2, 895. D. Hs. von St. Peter zu Karlsruhe No. 16. p. 397. mit der Melodie, 14. Jahrh. E.) Mo.

1. Mo. mart. certamina — vict. sollemnia. Sollemnia EAB, *so haben auch die meisten Ausgaben, ich nahm jedoch die Lesart von C auf, weil sie auf 2. Tim. 4, 7. beruht, wo* bonum certamen *ebenso mit* corona *verbunden ist, wie hier* beata certamina *mit* victoria. Ut mihi videtur, nihil coniunctionis habet stropha cum loco Paulino. Accedit quod sollemnia minus apta est voci victorum.

Neale Med. H. p. 144: *This very elegant sequence is of German origin.*

---

269. [*Quid tu virgo mater ploras.* B. Notkeri. De Martyribus. Tit.: Virgo ploransˌ]

1. Quid tu virgo mater ploras, Rachel formosa,
2. Cuius vultus Iacob delectat?
3. Heu sororis anniculae lippitudo eum iuvat!
4. Tergé, mater, fluentes oculos,
5. Quam te decent genarum rimulae!
6. Heu heu heu, quid me incusatis, fletus incassum fudisse,
7. Cum sim orbata nato, paupertatem meam qui solus curaret?
8. Qui non hostibus cederet angustos terminos, qui mihi Iacob acquisivit,
9. Quique stolidis fratribus, quos multos proh dolor extuli, esset profuturus?
10. Numquid flendus est iste,
11. Qui regnum possedit coeleste,
12. Quique prece frequenti miseris fratribus apud Deum auxiliatur?

Notkeriana. Thes. II. p. 30. Mone III. p. 151. (Hs. zu S. Gallen. No. 378. p. 273. mit Neumen. Von Notker. No. 380. p. 241. 11. Jahrh. mit Neumen. Hs. zu München Chr. 14322. f. 40. mit Neumen. 11. Jahrh.)

---

270. [*Miles inclite fortissimi regis.* B. Notkeri. De uno Martyre.]

Thes. II. p. 56.

---

271. [*Martyris Christi militisque clari.* B. Notkeri. De uno Martyre.]

---

272. [*Spe mercedis et coronae.* De uno Martyr

1. Spe mercedis et coronae,
stetit martyr in agone
ad mortem obediens,
morte Christum imitatus,
fide firmus et firmatus,
firmo gressu gradiens.

2. Furit furor militaris,
ut vir sacer sacris aris
immoletur hostia;
quem occidunt saevientes,
introducunt nescientes
ad aeterna gaudia.

3. Christi felix hic athleta,
qui subire mente laeta
mortem non abhorruit,
ut sit salus infirmorum
et medela peccatorum
gratiam promeruit.

4. Caeci, claudi, surdi, muti
sunt ad usum restituti
divina clementia;
non est morbus, quem u
curat,
dum morbosum non obdur
tarda diffidentia.

5. Hostes Christi Christo c
dant
signa signis dum succeda
argumenta fidei;
ergo martyr invocetur,
ut per eum nobis detur
ad aeterna proveni.

[6. Ad coeli palatium
tuum nos solatium
relevet, o pie.]

Neale Seq. p. 220. e Missali Ordinis S. Benedicti S
rensi 1498. (N) Mone IH. p. 153: Hs. zu S. Peter in Kar
ruhe No. 16. 14. Jahrh. (M) 4. N. curet — aduret.
N. cedunt — succedunt. 6. N. om.

---

273. [*Hi Sancti quorum hodie celebrantur solle*
nia. De Confessoribus.]

---

274. [*Rex regum Deus noster colende.* De Doct
ribus.]

1. Rex regum, Deus noster colende,
2. Tu moderaris militiam christianam,
3. Bellandi gnaros horribili proelio destinando,
4. Consules scios reipublicae
5. Dando magistros tuis populis.
6. Nec enim falleris eligendi sapiens,
7. Quem cui subroges ministerio, Deus.
8. Ex quibus est sacer iste sacerdos,
9. Qui in pace degens ecclesiae sanctae
10. Consiliatus est, qualiter hostis inruptionem,
11. Quae solet incautos depopulari, praemonuisset.

12. Ita haereticis inimicus atque paganis, nec non legi omnium pravorum,
13. Gaudet se domini participatum tenere, hostes eius perferens cum illo.
14. Tu nobis triticum, dispensator optime,
15. Doctrinae domini impertire iugiter,
16. Coelestem quatenus remeare patriam
17. Possimus abundantibus alimoniis,
18. O miles Christi praecelse.

Thes. II. p. 30. Mone III. 154. De Confessoribus. (Hss. zu München, Clm. 14845. aus dem 12. Jahrh. Clm. 14322. 11. Jahrh. Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. de uno confessore. 12. Jahrh.) Sequitur Sequentia modum Dilecte Deo Galle perenni.

---

273. [*Ad laudes salvatoris ut mens incitetur humilis.* De Conf. Pontifice.]

1. Ad laudes salvatoris ut mens incitetur humilis,
2. Sentiat hunc diem iusta de causa celebrem,
3. Gaudeat et sese sic pia vota promere.
4. Hodie coelorum secreta petit lux confessorum,
5. Iugiter in choro sanctorum splendens, ut sidus amoenum;
6. Et gaudium angelis factum est ex adventu comparis,
7. Fuisse quem angelum domini constat exercituum,
8. Qui cuique suam tritici dans mensuram, ad fidei caulas congregans oviculas, lupi praevidit insidias.
9. Fidelis et prudens credita distribuens sic dedit ad mensam domini pecuniam, ut dignam faceret usuram.
10. Beatus hic servus, quem cum venerit dominus, ita inveniet:
11. Probatum in tetra super omnia statuet illum in patria.
12. Ad tanti patris gloriam celebrandam clerus concinat laudem dignam, et populus laetis respondeat vocibus.
13. Dicamus omnes carmen tanto patri, (iungat se suo grex pastori) et precibus fusisque lacrymis clamemus:
14. Pastor bone, miserere Ecclesiae, tuisque precibus refove: confer
15. Opem plebi tuae: preces intende; et pro iuvamine maculas dilue:
16. In via nos adiuva: colloca nos in patria: redde quae speramus bona.

Neale Seq. p 231. e Missalibus Traiectensi 1513. et Salzburgensi 1515. 3. S. dia. 6. T. confessoris. 8. T.

tempore mens. Q. S. hic. Neale: *Una syllaba mensuram iustam excedit versus. Potest ergo legi* ut digna esset usura. Ego alia sentio. Sequitur Sequentia diligenter modum Marianae: Congaudent angelorum chori. No. 183. Huius stropha nona XXXV. est syllabarum. Contra versus octavus una caret syllaba. 15. N. scripsit dele pro dilue, ut constaret mensura. Sed stropha 15. carminis Congaudent est XXV. vel XXVI. syllabarum. Versus 15. 16. carminis corruptelam tulerunt.

---

276. [*Ave gemma sacerdotum. N. Pontifex.* De Conf. Pontifice.]

---

277. [*Dilectus Deo et hominibus et erit angelicus adspectus eius.* De Confessoribus.]

Thes. II. p. 189.

---

278. [*Psallens Deo Sion gaude.* De Confessore vel Martyre.]

Psallens Deo, Sion, gaude
laeta voce, digna laude
concinens praeconia.

Celebrentur in hac die
5 famulatu plebis pie
N. solennia.

Oret ipsum omnis homo,
ut mereri lucis domo
vitae possit praemia.

10 Psalle, psalle, plebs devota,
puro corde, mente tota
summa dans tripudia.

Ave martyr pretiose,
sedis consors gloriosae,
15 sanctis pax in gloria.

Ferens nobis spem salutis
lava labem a pollutis
mali data venia.

Foeda carnis luxus pelle,
20 et purgato cordis felle
Deo nos concilia.

Funde preces pro peccatis,
notam dele pravitatis
et mentem irradia.

25 Sana morbos et languores,
cura pestes et dolores
et fuga daemonia.

Placens Deo placa eum,
ne condemnet plasma reum
30 carnis post exitia.

Mone III. p. 153: de uno martyre vel simplici confessore. (Aus geschriebenen Zusätzen des 15. Jahrh. zu einem alten Messbuch von Neuhausen bei Pforzheim.)

---

279. [*Laudes Deo referamus.* De quolibet Sancto.]

---

280. [*Scalam ad coelos subrectam tormentis cinctam.* B. Notkeri. De Virgine Martyre.]

1. Scalam ad coelos subrectam, tormentis cinctam,
2. Cuius ima draco servare cautus invigilat iugiter,
3. Ne quis eius vel primum gradum possit insaucius scandere;
4. Cuius ascensus extracto Aethiops gladio vetat, exitium minitans;
5. Cuius supremis innixus iuvenis splendidus ramum aureolum retinet:
6. Hanc ergo scalam ita Christi amor feminis fecit perviam, ut dracone conculcato, et Aethiopis gladio transito
7. Per omne genus tormentorum coeli apicem queant capere et de manu confortantis regis auream lauream sumere.
8. Quid tibi profecit, profane serpens, quondam unam decepisse mulierem,
9. Cum virgo peperit incarnatum Dei patris unicum dominum Iesum?
10. Qui praedam tibi tulit et armilla maxillam forat,
11. Ut egressus Evae natis fiat, quod tenere cupis.
12. Nunc ergo temet virgines vincere cernis, invide,
13. Et maritatae pascere filios Deo placitos,
14. Et viduarum maritis fidem nunc ingemis integram.
15. Qui creatoris fidem negare persuaseras virgini,
16. Feminas nunc vides in bello contra te facto duces existere
17. Quae filios suos instigant fortiter tua tormenta vincere;
18. Quin et tua vasa meretrices dominus emundat,
19. Et haec sibi templum dignatur efficere purgatum.
20. Pro his nunc beneficiis in commune dominum nos glorificemus et peccatores et iusti,
21. Qui et stantes corroborat, et prolapsis dexteram porrigit, ut saltim post facinora surgamus.

Thes. II. p. 57. Mone III. 157. (Hs. zu Kolmar, o. No. 11. Jahrh., Hs. zu Stuttgart Brev. 123. f. 200. 12. Jahrh, mit Neumen. Diese Hs. hat die Angabe der Melodie in der Ueberschrift (Puella turbata). In der Hs. zu S. Gallen No. 380. steht diese Sequenz unter Notkers Sammlung. Das Lied No. 341. Ecce sollemni hac die geht nach derselben Melodie, der Absatz 5 lässt sich aber nicht wie dort abtheilen, und ist vielleicht in der Wortstellung fehlerhaft.) — Partitionum legitimarum dux et auctor est cantus: Cantemus cuncti melodum nunc Alleluia. Thes. II. p. 52. Nam et huic vetustae Sequentiae teste Brandero est titulus Pu-

ella turbata. Partitio Monii quinta. Quid tibi profecit — tenere cupis respondet versiculis 8. 9. 10. 11. carmina Cantemus, ita tamen, ut una syllaba desit. Fortasse legendum: incarnatum patris filium,

---

281. [*Virginis venerandae de numero sapientum* B. Notkeri. De Virginibus.]

Thes. II. p. 30. Miss. Sarisbur. 10. tuque.

---

282. [*Exultent filiae Sion in regno suo.* B. Notkeri. De Virginibus.]

Thes. II. p. 48. Mone III. 159. (Hs. zu Stuttgart. Bibl. No. 20. des 13. Jahrh. A. Hs. zu München Clm. 14845. des 12. Jahrh. B.) M. — 4. M.B. gratiae. A cum Thesaur. gratia. M.A.B. merita. 10. M.A.B. virginem vincere. 11. M.A. tentantum vitio typorum pro tentatum. B. tentatus. 12. M.A.B. sibi, male. 14. M.A.B. loris. 15. M.A.B. cuius.

---

283. [*Gaude coelestis sponsa summi regis.* De Virginibus.]*)

Thes. II. p. 175.

---

284. [*Ave Iesu Christe qui pro humana salute de virgine Maria nasci voluisti.* De Passione Domini.]

Thes. II. p. 171.

---

285. [*Laus sit regi gloriae Cuius rore gratiae Totus orbis irrigatur.* De Passione.]

Neale Seq. p. 70.

---

286. [*Coeli terrae maria Et in eis omnia Laudent salvatorem.* De Corona Spinea.]

Mone I. p. 181: *Ein Lied auf die Dornenkrone steht in dem Mainzer Messbuch von 1482 und hat 12 Strophen, deren erste so lautet:* Coeli etc. — creatorem.

---

*) Explicit annus ecclesiasticus. Nunc relictas spicas colligit Branderus.

287. [*Ave verum corpus Christi quod in cruce pependisti.* De S. Cruce.]
Mone I. p. 283 271.

288. [*Laetare mater ecclesia cum sancta filia.* De S. Cunegunde.]
Mone III. p. 384. e cod. saec. XV.

289. [*Laetabundus exultet nunc fratrum chorus. All. Thomae odorem profudit dulcem.* De S. Thoma Aquinate.]

290. [*Ad exemplar triumphantis.* De S. Thoma Aquinate.]

291. [*Gaude mater ecclesia Laeta ducens sollemnia Huius almi confessoris.* De S. Vincentio Ferrerio.]

292. [*Salve beata Catharina de Senis.* De S. Catharina de Senis.]

293. [*Adest dies celebris Quo lumen de tenebris Exortum emicuit.* De S. Petro M.]

Adest dies celebris,
quo lumen de tenebris
exortum emicuit:
nam ab infidelibus.
5 Petrus dispar moribus
ortus mundo claruit.

Mundum mundus abiicit.
ordini se subiicit
evangelizantium:
10 fit salutis speculum,
mirumque spectaculum,
vas virtutum omnium.

Carnis pudicitiam
et baptismi gratiam
15 conservat viriliter:
verbi semen severat,
errores exterminat,
verbo pugnans fortiter.

Dum non cedit hostibus,
20 resistens erroribus,
iusti sanguis funditur:
a profanis manibus
sanctus diris ictibus
invasus occiditur.

25 Christi factus hostia
coeli transit ostia
cum palma martyrii:
sempiterna gaudia
possidet cum gloria
30 tercenteni praemii.

Morbi, mors, daemonia
Petri per suffragia
depelluntur penitus:
credit plebs incredula
35 videns haec miracula
fieri divinitus.

Nobis ergo veniam
det Deus et gloriam
Petri preco sedula:
40 et post hanc miseriam
largiatur gloriam
per aeterna saecula.
Dedimus scripturam Missalis Aboensis.

---

294. [*Hodiernae lux diei Celebris martyris D*
Clarescit memoria. De S. Adalberto.]

Transcribimus non nullas strophas.

Hodiernae lux diei
celebris martyris Dei
clarescit memoria:
decantentur harmoniae,
5 sonent cordis symphoniae,
recitentur cantica.

Plebs Bohema iocundatur,
Adalbertus cui datur
flos ut sancte germinans:
10 castitatis vi refertus,
labem carnis inexpertus,
in candore rutilans.

Florem rosae maritavit
castitati, dum perlavit
15 eius pectus lancea:
rore coeli suos pavit,
quem Prussorum gens pi
strav
nec admisit ferrea.

Salve martyr coronate,
20 Adalberte, vir beate,
audi nostra cantica:
advocatus indefessus
tuae plebi sis concessus
in coelesti curia.

---

295. [*Ad clara festa regis Currit ovans Chri*
gregis Psallentes cum laetitia. De S. Sigismundo.]

---

296. [*Haec concordes nos Florine colamus fes*
beati. De S. Florino.]

S. Florinus Confessor, apud Helvetios et praecipue Co
fluentinos celebris, colitur die XVII. Nov. Fortasse dies Tra
lationis incidit in Maium.

---

297. [*Gaudeamus hodie Et immensae laetiti*
Laudes extollantur. De duabus Mariis, sororibus Be
tae Virginis.]

298. [*Sancto Dei famulo Fridolino merito Detur laus a populo.* De Translatione S. Fridolini.]

Celebratur festum die XXV. Iunii.

299. [*Lauda plebs Alsatica.* De S. Theobaldo.]

Colitur S. Th. die VII. Iulii.

---

300. [*Laudet omnis spiritus Christum, qui divinitus Coronavit gloria.* De S. Henrico.]

Laudet omnis spiritus
Christum, qui divinitus
coronavit gloria
gloriosum confessorem,
5 quem patronum et auctorem
haec colit ecclesia.

Homo vetus in peccatis
primam stolam novitatis
recipit cum annulo,
10 quisquis mente puriore
plaudit manu, psallit ore
digne Dei famulo.

Post sex legens dubitat
rex, quem sensum teneat
15 oratio truncata:
dictus annus volvitur
et problema solvitur
corona duplicata.

Purgatura criminis
20 totum virgo virginis
vendicat pudorem:
purgat adulterium,
ignitorum vomerum
non sentiens calorem.

25 In Cassino monte curam
Benedicti post pressuram
longam sentit calculi,
quem cum nusquam sit contactum.
corpus tamen inde tractum
30 admirantur singuli.

Angelus fortis
militat in castris,
victor victorem
gloria coronat
35 hoste fugato.

Precibus crebris
instat, alienis
curis vacuus
Deo vacans saepius
40 orbe pacato.

Cum migraret ex hac vita,
finem rei heremita
didicit ex daemone:
nil inventum morte dignum,
45 neque foenum, neque lignum,
nil hominis in homine.

Talis Christo deservivit,
talis Christo vivens vivit
in aeterna patria;
50 servus tuus et amicus,
tua, Deus, nos Heinricus
consoletur gratia.

Mone III. p. 335. Strassburgen. Hs. E. 160. Steht auch in Sollerii acta Henrici imp. p. 82. aus dem Bamberger Messbuch. Auch in zwei Gradualien v. Heinrici des 12. Jahrh. in der Bibliothek zu Bamberg C. D., wovon dieses am Anfang defect ist, und in der Hs. zu Bamberg, Ed. III. 6, des 12. Jahrh., sowie in der Hs. zu S. Paul in Kärnthen No. 48. des 15. Jahrh. Die Worte V. 13. post sex beziehen sich auf eine Erscheinung des Kaisers (vita c. 2. Soller p. 45.), wonach er diese Worte an der Kirchenband sechs Jahre vor seiner Kaiserkrönung sah. Nach V. 6. ist dieses Lied für die Domkirche zu Bamberg gemacht worden, deren Stifter Kaiser Heinrich II. war.

---

301. [*Mundi decor mundi forma Qua vivendi datur norma In vita sollicita.* De B. Martha.]

---

302. [*Redemptae gentes plaudite.* De S. Martha.]

---

303. [*Ave Martha gloriosa.* De S. Martha.]
Thes. II. p. 234. Mone III. 427.

---

304. [*Gaude Christi sponsa mater ecclesia Omnique de natione.* De S. Iacobo. Ioannes Custos S. Galli edidit.]
Cf. No. 125.

---

305. [*In coelesti hierarchia Nova sonet harmonia Novo ducta cantico.* De S. Dominico.]

In coelesti hierarchia
nova sonet harmonia,
novo ducta cantico,
Cui concordet in hac vita
5 nostri chori melodia,
congaudens Dominico.

Ex Aegypto vastitatis
virum suae voluntatis
vocat auctor saeculi,
10 In fiscella paupertatis
flumen transit vanitatis
pro salute populi.

In figura catuli
praedicator saeculi
15 matri praemonstratur,
Portans ore faculam
ad amoris regulam
populos hortatur.

Hic est novus legis lator,
20 hic Helyas aemulator
et detestans crimina,
Vulpes dissipat Samsonis
et in tuba Gedeonis
hostis fugat agmina.

A defunctis revocatum
matri vivum reddit natum,
vivens adhuc corpore.

Signo crucis imber cedit,
turba fratrum panem edit
missum Dei munere.

Felix, per quem gaudia
tota iam ecclesia
gaudens exaltatur.

Urbem replet semine,
in coelorum agmine
tandem collocatur.

Licet granum occultatum,
sidus latet obumbratum,
sed plasmator omnium

Ossa Ioseph pullulare,
sidus iubet radiare
in salutem gentium.

O quam probat carnis florem,
omnem superans odorem
tumuli fragrantia!

Aegri currunt et curantur,
caeci, claudi reparantur
virtutum frequentia.

Laudes ergo Dominico
personemus mirifico
voce plena.

Clama petens suffragia
eius sequens vestigia,
plebs egena.

Sed tu, pater, pie, bone
pastor gregis et patrone,
prece semper sedula

Apud curam summi regis
derelicti vices gregis
commenda per saecula.

Mone III. p. 271. (Hs. von St. Peter zu Salzburg VII. des 14. Jahrh.)

---

306. [*Regi regum immortali Nostri regis in natali.* De S. Oswaldo.]

---

307. [*Christe tui praeclari militis Wenceslai.* De S. Wenceslao.]

1. Christe, tui praeclari militis Wenceslai colentes solemnia adiuvemur tua semper gratia;
2. Ut eius exemplo continue inhaerendo morum atque vitae placeamus puritate:
3. Hic summus ecclesiae gentis Bohemiae martyrii fulgida donatur gratia.
4. Dum matutinum tibi, Christe, pergit obsequium solvere debitum,
5. Illum germanus, bonis eius invidens actibus, prostravit pallidus.
6. Quem protinus carneis solutum vinculis coronis victoriae decorans hodie.
7. Nam inter plures coelorum mansiones, quas primitus credulis parasti populis,

8. Concivem tui victoris Abel iusti hunc martyrem septime collocas, domine.
9. Quo nunc praeiudicio laetus consortio
10. Nos tibi sedulis commendet precibus iugiter Wenceslaus, oramus.

Thes. II. p. 174. Mone III. p. 557. (Hs. zu Admont, No. 703. des 15. Jahrh.)

---

308. [*Pleno cantu cordis oris Laudes canent intus foris.* De S. Ludmilla.]

---

309. [*Salve decus singulare Sidus novum et vernale.* S. Nicolai de Tolentino.]

---

310. [*Benedictio trinae unitati.* De S. Trinitate. S. Notkeri.]

Thes. II. p. 172.

Media vita in morte sumus.
Audi tellus.

---

311. [*Adest dies celebris Quo peccatus miseris Deus demonstratur.* Transfiguratio Domini.]

---

312. [*Salve sancta facies nostri redemptoris.* De Facie Christi.]

Carmen quod et hymni et sequentiae locum obtinuit quaeras in Thes. II. p. 232. Suppl. I. p. 222.

---

313. [*In supremis concors choris Melodiae dulcioris Canticum depromitur.* De Ursula et SS. MM.]

---

314. [*Plebs parentis pietatis.* De S. Petro. Ekkehardi Palatini.]

Iam legitur No. 179.

---

316. [*Cantum cum discipulis.* De Passione Domini.]

Thes. II. p. 236. Neale Hymni p. 116. carmen (quod consonantiam ab illo Patris sapientia absonum) e multis melioribus libris dedit, praesertim Sarisburiensi. II. 2. se humi prostravit. 6. istud commendavit. III. 3. 4. ut quid inquit Dominus amice venisti, rectius ad quid Matth. XXVI. 50. 8. irruunt. IV. 4. praestabatur. VI. 2. vinculis artatur. Omnino et omittendum. VII. 7. emanent. VIII. 5. ad fores ad ostia. IX. 1. cumulum. Thes. tumulum. Neale p. 249: Aeque ferri possunt lectiones. Haec Salvatorem ita denudatum fuisse, ut omnis effugerit, et quasi mortuus fuerit, pudor: illa, ad extremum usque pudoris insultum, significat. Tumulus pudoris procul dubio est tumulus Golgatha. X. Terris ligno brachiis Manus conclavantur Christi membra trucibus Clavis perforantur Nervi venae servuli Modo laniantur Pedum plantae etiam Ferro vulnerantur. XI. 4. tristis. 7. frequenter. XIII. 3. conquerens. 5—8. Sarisb. Nunquid haud doloribus Magis sitiebas, Sed salutem potius Nostram sentiebas. Nealius emendavit: Non quod hanc doloribus Magis sentiebas, Sed salutem potius Nostram sitiebas. XIV. 8. opus consummasti. XVI. 1. cuius valeat. XVII. corpus cuius. Nunc Nealius suadet: caput quidem. Malim legere corpus quidem. 4. conscindebat. XVIII. 1. 2. hos — fontes. 6. om. et. 7. 8. quo tua curatio profluat.

---

316. [*Dominus Iesus Nazarenus, Iudaeorum rex amoenus Pius pulcher et floridus.* De Nomine Iesu.]

Thes. II. p. 262. (Iesus dulcis Nazarenus.) Neale Hymni p. 165. e Missali Sarisburiensi. I. in torm. II. munit eos. V. spinis patuit, quod minus placet. VI. qui est prae — am. const. amat benignissime. VII. naturae. VIII. omnem tonum tenet fac. d. s. IX. livor, vigor sanas. X. inhaerentiam.

---

317. [*Verbum sapientiae Regem regum gloriae Laudent Sion filiae.* De S. Afra.]

---

318. [*Botrus Cypri reflorescat De labrusca palma crescat Germen aromaticum.* De S. Afra.]

---

319. [*Dignis extollamus laudibus.* De S. Sebastiano.]

1. Dignis extollamus laudibus, carissimi,
2. Regis aeterni gratiam, quae dat palmam et gloriam,
3. Et per triumphos martyrum confert nobis solatium et gaudium.
4. Ex quorum numero vir beatus micat nobis Sebastianus inclytus,
5. Amictu chlamydis obumbratus et occultus sub militari habitu.
6. Dei veri cultor honestus, gratus erat et acceptus omnibus,
7. Gratia perfusus divina placuit in tota Romae curia.
8. Hic amicus erat principum ob fidele servitium,
9. Idem iam Christo sedulum exhibebat officium,
10. Et Deo reddebat animas, quas captabat Satánas,
11. Athletasque Dei defessos reddidit intrepidos.
12. Eloquio carenti hoc bene credenti facultatem loquelae reddidit prece.
13. Geminos quoque fratres et martyrum quam plures cum agonis corona misit ad alta.
14. Imperatori tandem vir Dei est proditus,
15. Ut reus statitur, sagittis totus configitur.
16. His plagis curatis ocius sanitati perfectae postquam est redditus,
17. Ultro se offerens iterum inter ictus fustium emisit spiritum.
18. Christi miles fortissime, palmam gestans gloriae,
19. Promptae tibi clientelae clemens reminiscere,
20. Martyr clare Sebastiane.

Mone III. p. 498: Hs. von S. Peter zu Salzburg IX. 11. des 12. Jahrh.

Si conferas Sequentiam cum carmine Eia recolamus aliisque eiusdem metri, agnosces titulum Eia turma. In secunda tantum stropha quatuor syllabae desiderantur.

---

320. [*Lauda sponsa genitricem Te amantem et altricem Dulcibus cum canticis.* Visitatio.]

Thes. II. p. 219.

---

321. [*Laudes Deo pange sincera voce fidelis ecclesia.* De S. Arbogasto.]

---

322. [*Salve pater et patrone.* De S. Nicolao.]

---

323. [*Maiestati sacrosanctae Militans cum triumphante Iubilet ecclesia.* De S. Gereone.]

Thes. II. p. 199. Mone III. p. 321. (Hs. zu München Clm. 10075. des 14. Jahrh.) 8. immolare — vocare ex emendatione Monii. Recte cod. Monac. immolari — vocari. 10. decimas, 12. destinati sunt. 14. nulla. 19. amme bone.

13. Mone l. c.: *Verona ist der urkundliche Name für Bonn, Troja für Xanten und Agrippina bekanntlich für Köln. Daniel wiederholt die ganz verfehlte Bemerkung des Adelphus, der unter Troja Troyes in Frankreich oder Troja nuova in Italien verstehen will, welche Städte mit den thebäischen Märtyrern am Niederrhein nichts zu thun haben. Iene Namen waren im 11. und 12. Jahrh. gebräuchlich, daher scheint das Lied auch im 12. Jahrh. gemacht zu sein und mit der Erhebung seiner Reliquien im Iahr 1121 zusammenzuhängen. S. Surii vitae SS. ad 24. Nov. tom. 6, 618.*

---

324. [*Eia Christo cantica Nostra sonet musica Vocum per discrimina.* De S. Bartholomaeo.]

---

325. [*Eia laudes grex pastori Friderico plebs doctori Traiectensis inlona.* De S. Friderico.]

---

326. [*Coeleste organum hodie sonuit in terra.* De Nativitate Christi.]

Mone II. p. 84.

---

327. [*Gaude canora curia Coeli decantant Gloria in excelsis.* De Nativitate Christi.]

---

328. [*Misit Herodes Innocentum perdere gloriosa corpora.* De SS. Innocentibus.]

---

329. [*Zyma vetus expurgetur.* Paschalis.]

Thes. II. p. 69. 5. Trench p. 149: *Daniel has made this verse unintelligible, printing visus (pro risus), whether by mistake, or intending a correction. The emendation, if such*

it be, and no mere error of the press, rests on an entire ignorance of that ever recurring thought in early and mediæval theology, of Christ as our Isaac, in that he made us to laugh, and thus, or laughter, with allusion to Gen. XXI. 6. (Vulg.): Risum fecit mihi Deus: quicunque audierit, corridebit mihi. Thus Ambrose (De Isaac et Anima c. 1.): Ipso nomine gratiam signat. Isaac etenim risus latine significatur, risus autem insigne laetitiae est. Quis autem ignorat quod in universorum laetitia sit, qui mortis formidolosae vel pavore compresso, factus omnibus est remissio peccatorum? That the thought was a familiar one with our poet we have proof in another poem of his (Quam dilecta tabernacula) in which he expresses himself thus:

> *Prole sera tandem foeta*
> *anus Sara ridet laeta*
> *nostrum lactans gaudium.*

The use of forma in this line as equivalent to figura, τυπος is not unfrequent. Thus Hugh of St. Victor: Melchisedek, qui est forma Christi. 8. Trench: *Daniel reads arreptitius* — *a non existent word: but afterwards suggest, in a supplement to his third volume, p. 271., that arreptitius is probably the right reading. This is careless enough, seeing that all editions of Clichtoveus, — the three at least that I know — had so given the passage from the first. Nor can there be any doubt that arreptitius (= arreptus furore) is the right reading. The allusion is to 1 Sam. XXI. 14, where instead of the Vidistis hominem insanum? of the Vulgate, the older Latin Version must have had arreptitium. This is plain from Augustine, Enarr. 1, in Ps. XXXIII., where we have a long exposition of the mystery of David's supposed madness, and the prophecy [illegible]ich was herein of Christ, of whom the people said, „He is [illegible] and hath a devil." David's escape from the presence of [illegible]h is Christ's escape at his resurrection from the Jews. [illegible]estine uses again the word arreptitius, De Civ. Dei 2, 4.* — 5 *Daniel is again at fault, when in the next line but one, Et passer effugiunt: he makes his reference to Ps. XI. 1.: Transmigra in montem sicut passer. It should clearly have been to Lev. XIV. 49—53.* — 9 Trench: *Thus Hugh of S. Victor: Sampson apportans portas Gazae ascendit montis supercilium, et Christus, fractis portis inferni, ascendit in coelum. The typical character of what Samson did, is brought out more at length ad with admirable skill by Gregory the Great, Hom. 21. in Evnng.; and by Augustine, Serm, 364.*

330. [*Gaudé caterva diei praesentis.* De S. Ioanne Apt.]

331. [*Mater solis Carens dolis Lux in polis siderum.* De Beat. Virg.]

332. [*Virgines castae virginis.* De SS. Thecla, Agnete, Lucia, Agata et omnibus aliis. Unus ex coenobiis hanc sequentiam composuit.]

333. [*Christo inclito candida nostra canunt melodia agmina.* De Omnibus Sanctis. B. Notkeri.]

Mone III. p. 434. commemorat exordium hymni in Translatione S. Martini prorsus conveniens cum supra scripto. Exstat in cod. saec. XV. in arce Pommersfelden.

334. [*Clara chorus dulce pangat voce nunc Alleluia.* In Dedicatione ecclesiae. Cuiusdam antiqui patris Galli, forte S. Notkeri.]

Clara chorus dulce pangat
voce nunc Alleluia
ad aeterni regis laudes,
qui gubernat omnia,

Cui nos universalis
sociat ecclesia,
scala nitens et pertingens
ad coeli fastigia;

Ad honorem cuius laeta
psallamus melodia,
persolventes hodierna,
fratres, illi debita.

O felix aula, quam vicissim
confrequentant agmina
coelica,

Divinis verbis alternatim
iungentia mellea
cantica.

Domus haec, de qua vetusta
sonuit historia,
et moderna protestatur
Christum fari pagina;

Quoniam elegit eam
thronum sine macula,
requies haec erit mea
per aeterna saecula.

Turris supra montem sita
indissolubili
bitumine fundata,
vallo perenni munita.

Atque aurea columna
miris acuariis
lapidibus ornata,
stylo subtili polita.

Sponsa mea speciosa,
inter alias formosa,
super solem splendida;

Caput tuum ut camelus
et ipsius comae tinctae,
uti regis purpura;

Oculi ut columbarum,
genae tuae punicorum
ceu malorum fragmina.

Collum tuum ut columna
45 turris et eburnea;
mel et lac sub lingua tua,
favus dulcis labia.

Ergo nobis sponsae tuae
famulantibus, o Christe,
50 pietate solita,

Clemens adesse dignare
et in tuo salutari
nos ubique visita;

Ipsaque mediatrice,
55 summe rex perpetue,
voce pura
flagitamus, da gaudere
paradisi gaudia.

Mone I. p. 327. Hs. zu S. Gallen No. 383. 13. Jahrh.

---

335. [*Lauda Sion et laetare Plebs devota iocundare.* De Confessore Pontifice.]

336. [*Gratuletur orbis totus Praesens coetus sit devotus Iubilans in gaudio.* De S. Margareta V. M.]

Gratuletur orbis totus,
praesens coetus sit devotus
iubilans in gaudio
ad honorem Margaretae,
5 quam locavit in quiete
sua grandis passio.

Plaudit phalanx superorum,
quod conscendit ad polorum
haec felix palatia:
10 laudat turba virginalis
verbi sponsam, nam sub alis
sancta sunt solatia.

Ista sponsa summi regis
expers erat falsae legis,
15 Christum colens dominum;
soror Sion filiarum
unionem fatuarum
haec contempsit virginum.

Inter quinque sapientes
20 puellas hanc reponentes
veneremur laudibus:
huius lumen caritatis
ex liquore suavitatis
ardescit lampadibus.

25 Haec in annis iuventutis
excultrix viae salutis,
vana sprevit idola,
cum praefecti vota sperit,
mox adesse poenas cernit
30 haec dulcis christicola.

Constans fide carceratur,
nec a Christo separatur
tenella virguncula,
praeses ut hanc imperavit
35 caedi virgis, non expavit
Christum orans sedula.

Fortis haec in passione
pugnam gessit cum dracone,
quem scidit per medium;
40 post haec demum cruciata
est ardore concremata
lampadum ardentium.

Virgo vitam ferens mundam
poenam vasis perfert undam,
45 collum tradens iugulo:
ergo laudes hymnisemus
Christo, per quem nos vi-
demus,
haec signa in populo.

Trier Hs. p. 214. Mone III. p. 407. (Hs. zu Freiburg No. 66. des 15. Jahrh. Sacrificale itinerantium 1521.)

337. [*Hanc diem sacram celebremus Odas laudis personemus Festinando laetius.* In Conceptione B. M. V.]

Mone II. p. 24. *Die Hs. 2888. zu Pommersfelden des 15. Jahrh. enthält ein Lied de conceptione-b. v. in 7 Strophen mit diesem Anfang:*

Hanc diem sacram celebremus,
Odas laudis personemus
Festinando laetius,
Qua beata mater Christi
Est concepta, desit isti
Murmur indiscretius.

338. [*Hoc die festo concinit multimoda carmina Collaudant coeli dominum cum dulci cantitena.* In Festo [Circumcisionis et Novi Anni.]

339. [*Genovefae sollemnitas Sollene parit gaudium.* De S. Genovefa.]

Genovefae sollemnitas
sollemne parit gaudium,
cordis erumpat puritas
in laudis sacrificium.

Felix ortus infantulae
teste Germano praesule,
quod praevidit in spiritu,
rerum probatur exitu.

Hic ad pectus virgineum
pro pudoris signaculo
nummum suspendit aereum
crucis insignem titulo.

Genovefam divinitus
oblato dotat munere,
in templum sancti spiritus
sub Christi ditans foedere.

Infantem manu feriens
mater privatur lumine,
matri virgo compatiens
lucis dat usum pristinae.

Genovefa magnanimis
carnem frangit ieiunio
terramque rigans lacrimis
iugi gaudet martyrio.

Coelesti duce praevio
coelos lustrat et tartara,
civesque precum studio
servat a gente barbara.

Divino diu munere
sitim levat artificum,
confractum casu misere
matri resinat unicum.

Ad primam precem virginis
contremiscunt daemonia,
35 pax datur energumenis,
spes aegris, reis venia.

In eius manu cerei
reaccenduntur coelitus,
per hanc in sinus alvei
40 redit amnis coercitus.

Ignem sacrum refrigerat
post mortem vivens mortis,
quod prius in se vicerat
aestus interni fomitis.

45 Morti, morbis, daemonibus
et elementis imperat,
sic Genovefa precibus
naturae leges superat.

Operatur in parvulis
50 Christi virtus magnalia,
Christo pro tot miraculis
laus frequens, iugis gloria.

Mone III. p. 314. (Hs. zu Pommersfelden 14. Jahrh. Sacrificale Itinerantium 1521.)

---

340. [*Doctori gentium Pangat praeconium Mater ecclesia Cuius virtutibus Atque laboribus Crevit in gloria.* De S. Paulo.]

---

341. [*Gloriosus suffragator Sanctus Rochus consolator Cunctis venerabilis.* De S. Rocho.]

---

342. [*In Thebaeorum triumpho coelus angelorum gaudet.* De S. Mauritio.]

---

343. [*Gaude coelum Terra plaude Flos novellus dignus laude.* De S. Francisco.]

---

344. [*Insistentes cantilenae Conformemus philomenae Voces et praecordia.* De S. Brigitta.]

Mone III. p. 243: *Ein Lied auf die h. Brigitta in 17 dreitheiligen Strophen im Sacrificale Itinerantium, Oppenheim 1521. fol. 46. und fängt so an: Insistentes cantilenae.*

---

345. [*Gloriosa fulget dies laetetur ecclesia.* Rupertus in die Omnium Animarum.]

Cf. No. 242. Quae scripsit Branderus, ea corruptelam talisse videntur. Mone III. p. 495: *Die Hs. zu München Clm. 1104. f. 2. des 13. Jahrh. enthält eine Sequentia ss. Ruperti et Virgilii, die aber sehr verdorben ist und so anfängt:*

Gloriosa fulget dies, exultat ecclesia,
angelis hominibus(que) pax (sit) et laetitia,

Inmortalis (l. inmortali nam) translatus emicat memoria
Rudpertus pontifex spes nostra, salus et gloria.

Gaudet (iam) coelum inclita praesulis ex anima,
terra meritis, corpore triumphat [felix] Iuvavia.

Suavitatis odor, fons . . . . coelestis gratiae etc.

---

346. [*Immortali translatus emicat memoria Cassianus.* De S. Cassiano M.]

---

347. [*Innoventur hac in die Soni dulces symphoniae Ad festiva gaudia.* SS. Ingenuini et Albuini Episcoporum.]

Recoluntur Sancti Episcopi die V. Febr.

---

348. [*Domino decantent laudes filiae Sion omnes.* De S. Afra.]

---

349. [*Surgit radix Iesse florem florum gestans.* In Conceptione B. M. V.]

---

350. [*Ave virgo gratiosa Virgo mater gloriosa Mater regis gloriae.* De Beata Virgine.]

---

351. [*Salve lucis almae stella maris Sedans bella Stella sole clarior.* De Beata Virgine.]

---

352. [*Omnis sexus et aetas festa Thebaeorum martyrum Hodie honore summo certatim celebret.* De S. Mauritio.]

353. [*Laetabundus exultet fidelis chorus. Alma Katharina, Maxentii vicit fraudem. Ecce mirande.* De S. Catharina.]

354. [*Sacrosancta hodiernae festivitatis praeconia.* De S. Andrea.]

Mone III. p. 102.

355. [*Laude clara canticorum. Ipsum regem angelorum Laudent Sion filiae.* De Martyribus.]

Laude clara canticorum
ipsum regem angelorum
laudent Sion filiae,
qui de matre incarnari
venit, ut sic reformari
posset status gratiae.

In praesepi reclinatus
et a magis adoratus
post haec templo sistitur:
fame, situ cruciatur,
reprobatur, perforatur,
vita morte clauditur.

Samson portae valvas pandit
et asportans montem scandit
mira cum potentia:
sic de tribu Iuda fortis
leo portis fractis mortis
die surgens tertia.

Victor turmis cum duabus,
angelis et animabus,
redit ad palatia:
nova festa, mira gesta,
regis nutum et obtutum
trina tremit regia.

O quam felix civitas,
quam iocunda curia,
in qua sponsi claritas
datur omnis gratia.

Sancti quorum hodie
aguntur sollemnia,
clara regem facie
iam vident in gloria.

Illic regina coelorum
super choros angelorum
fulgens in rosario,
rosa rubens et flos florum,
cum exercitu sanctorum
nos commendet filio,

Ut in fine sine fine
det nos frui cum beatis
suae vultu maiestatis. amen.

Mone III. p. 22. (Hs. zu Konstanz 14. Jahrh. Hs. zu Lichtenthal aus gleicher Zeit.) Mone l. c.: *29—34, hängen mit No. 633, 41—46* (Supernae matris gaudia 181) *zusammen, hier unterbrechen die V. 25—32 das Strophenmass, und 39—41 verändern dasselbe auch: es scheint mir daher der Schluss dieses Liedes verdorben und Zusätze aus andern Liedern beigemischt zu sein, wie es auch in No. 631, 16—19. ersichtlich ist.* — Stropharum dispositio a Victorinis sequentiis haud aliena videtur.

356. [*Dulci corde iubilemus, voce plena consonemus. Quae pastorum honoremus Beatum N.* De Confessoribus.]

Mone III. p. 281: *In dem Mainzer Messbuch von 1482 und in der Sammlung von Gamans S. 512. steht eine andere Sequenz auf diese Heilige (Dorothea). Sie fängt an:*

Dulci corde iubilemus,
voce plena consonemus etc.

und hat 6 vierzeilige Strophen. — Erat Sequentia ita comparata, ut nomine mutato diversorum Sanctorum honoribus idonea sit.

---

357. [*O Brigitta mater bona, Dulcis ductrix et patrona Nobis fer suffragia.* De S. Brigitta.]

---

358. [*O Narcisse Promisisse.* De Sanctis Augustanis.]

---

359. [*Sancti Spiritus assit nobis gratia Quae sanctos semper suos facit esse conspicuos.* De S. Gebehardo Ep.]

---

360. [*Urbs imperialis Plaude Turicensis Dulci laude martyrum praeconia.* De SS. Felice et Regula.]

---

361. [*Laetetur hodie sanctae matris ecclesiae devotio.* In Transfiguratione Domini.]

---

362. [*Hodierna lux diei Celebris in viri Dei Agitur memoria Decantentur Patris sancti Et praeconia Huius tanti Laudes et praeconia.* De S. Antonio Er.]

---

363. [*Sancte Dei pontifex Sis reorum opifex Nicolae praesulum lucerna.* De S. Nicolao.]

---

364. [*Hoc loco venerando merito gratulentur omnes inhabitantes.* De SS. Gallo et Othmaro.]

---

365. [*Sancti spiritus adest nobis gratia.* Et infra: *Hic Notkerò monacho Doctori sanctissimo Quis humanum exortus sanguine* etc. De S. Notkero.]

---

366. *Laudes Christo persolvamus. Nos qui sanct celebramus Iudoci sollemnia.* De S. Iodoco.]

---

367. [*Gaude prole Graecia Glorietur Gallia Patre Dionysio.* De S. Dionysio.]

Est Adami carmen. Thes. II. p. 87. Mone III. p. 268: *Ein Lied auf den hl. Dionysius steht auch in einer Hs. des 14. Jahrh. zu Pommersfelden, die aus Frankreich stammt, mit diesem Anfang:* Gaude prole Graecia etc.

---

368. [*Laudemus Dominum devotis cordibus.* Decem Millium MM.]

---

369. [*Collaudetur rex virtutum Gloriosus et ad nutum Faciens prodigia.* De S. Theodulo. Ep.]

---

370. [*Beati Martyris Viti dies celebris.* De S. Vito.]

---

371. [*Laetabundus Baptistam te laudat mundus All.* De S. Ioanne Baptista.]

---

372. [*Alme confessor et professor.* De S. Antonio Er.]

Thes. II. p. 187.

---

373. [*Gratulare plebs modesta Et conceptae cole festa.* In Conceptione B. M. V.]

---

374. [*Laudemus Christum qui est Sanctorum verus splendor.* De S. Hieronymo.]

---

375. [*Coeli regem attollamus Et in voce cum-*
—panemus. De Sanctis.]

---

376. [*Dum supremus melodia Sonat dulcis armonia Psallat vox angelica.* De Apostolis.]

---

377. [*Resonent angelicae laudes confessori Notkero.* De S. Notkero. Laurentius Praedicator monasterii S. Galli edidit.]

378. [*Sancti spiritus assit nobis gratia Quae sanctos suos semper facit esse conspicuos. E quibus hic divinus exstat Notkerus.* De S. Notkero. Composita a venerando Domino Abbate tunc temporis Francisco Gaisberger.]

II.

Alius Earum Sequentiarum Delectus, Quae Apud Branderum Desiderantur.

379. [*Salus aeterna, indeficiens mundi vita.* In Dominica Prima Adventus. Thes. II. p. 185.]

Neale Seq. p. 3: *Haec sequentia inter eas est, quarum multas hic dabimus, quae constanter in A, et quibus intercisiones, et quoad versus desinant. Eis abundat Missale Sarisburiense. Exstat et in Redonensi (1523), et plerisque Gallicanis. E Clichtovaeo desumpsit Daniellis. At cum manifeste eundem auctorem habeat quem et tres sequentes, malui de regulâ nostrâ abire. „In Germania nusquam," inquit Dan., „quod sciam, infra Adventum locus dabatur sequentiae." Contra Miss. Sarisbur.: — „Nulla die Dominica per annum dicitur sequentia ad missam quando de Dominicâ agitur, nisi per Adventum, et in Tempore Paschali, et in festis Nativitatis Domini." Saeculi XIV. haec sequentia videtur.* Adde Martène de ant. eccl. disc. p. 69: *Eadem ratione prosae, seu sequentiae, quas in signum laetitiae ante Evangelium decantare usus obtinuit, toto adventus tempore reticentur. In ordinario tamen B. Mariae Remensis reperio: „Ad missam prima tantummodo Dominicâ adventus canitur sequentia salus aeterna.". Verum hac regula non adstringitur missale Ecclesiae Tolosanae, in quo pro omnibus adventus Dominicis habetur prosa missus est Gabriel fidelis. Neque Bituricense in quo tres prosae pro tribus primis adventus Dominicis assignantur: sed neque Ecclesiae Cenomanensis in qua prosa „salus aeterna cantatur in choro a quatuor canonicis in cuppis nigris omnibus Dominicis in adventu" ex ordinario ms. eiusdem Ecclesiae.* Ascensius: *Accipitur hic numina pro motibus sive suggestionibus: ut tentantis numina sint instigationes diaboli tentatoris.* — 3. Neale quae fuerunt perdita „ut metro consuleretur." 7. Sarisb. in secundoque. Andeg. Redon. in secundo nosque. And. vivifica. 8. Neale: inc. tua subsequâmur mox vestigia quoc. visa. Amen.

---

380. [*Regnantem sempiterna per saecla.* In Dominica secunda Adventus. Neale Seq. p. 5. e Missali Sarisburiensi, Redonensi, Andegavensi.

1. Regnantem sempiterna per saecla susceptura, concio devota concrepa.

2. Divino sono factori reddendo debita.
3. Cui iubilant agmina coelica eius vultu exhilarata,
4. Quem expectant omnia terrea eius nutu examinanda:
5. Districtum ad iudicia;
6. Clementem in potentia.
7. Tua nos salva, Christe, clementia, propter quos passus es dira:
8. Ad poli astra subleva nitida, qui sorde tergis saecula.
9. Influat salus vera effugans pericula:
10. Omnia ut sint munda tribue pacifica:
11. Ut hic tua salvi misericordia
12. Laeti regna post adeamus supera:
13. Quo regnas saecula per infinita. Amen.

8. Andeg. quem. 10. Andeg. mundo. — „quo rationi melius, metro haud ita consulitur."

---

381. [*Prope est claritudinis magnae dies.* In Dominica Tertia Adventus. Neale Seq. p. 6. e Missali Pictaviensi 1524.]

1. Prope est claritudinis magnae dies
2. Quo rex aeternus humanitatis (haec) infirma
3. Volens ad poli transire regni palatia,
4. Nuncia misit mirifica
5. Ad aures verba virgineas;
6. Ut procrearetur inde proles propria,
7. Intemeritate vigente corporea.
8. Cuius confestim benigna Virgo, fulgore praeclara, Spiritu fuit plena.
9. O quanta pietas Dei! summa gratia ostensa fuit ista,
10. Per quam redempta humanitas, tota morte fugata, prima fugit detrimenta,
11. Quae peccaverat Adam, novum plasma, male servata dum praeteriit mandata.
12. Quam saeva monita dedit Virago prima!
13. Sed fugaverunt ea nova medicamina per quae redempta sunt saecula. Amen.

1. N: *forsitan* dies magna *ut in A desinat versus.* 2. Neale addidit haec *et metro et sensu postulantibus.*

---

382. *Qui regis sceptra forti dextra solus cuncta.* In Dominica Tertia Adventus. Neale Seq. p. 7. e Missali Sarisburiensi.]

3. Christus hac ut sponsus, materna, die, processit clausula
4. Exultans ut gigas ad huius vitae currendas semitas.
5. Angelica gloriam reboant in excelsis agmina,
6. Pacem in terra homines teneant cum benevolentia.
7. Iam se replicat saeculi series maxima: venit etiam vatis Cumaeae veridica iam aetas carminis ultima:
8. Virgo remeat, saecula revehens aurea; adsunt tempora quo gens ferrea iam desinat: et mundo pullulet aurea.
9. Adauctas solis iubar die pluscula menses producere inchoat;
10. Nocturnas stella fugat, magos excitat, Balaeamitica, tenebras.
11. Impleta quae praedixerat plebs utraque, et Gentilitas, et Hebraea, oracula, Christo nascente, sunt omnia:
12. Sunt cuncta iam nunc scelerum recidiva, et recentia et antiqua vestigia: quaeque remanserant irrita.
13. O mira atque nova genitura! fit Virgo gravida, fideliter credula,
14. Et porta quae fuerat semper clausa, reserata,
15. Naturam dum hominis induit Deitas.
16. Conserva haec quaesumus Christe nobis munera tanta, a te praerogata. Amen.

2. Ita Nealius, ut metro consuleretur. Liber addat se vox nostra. 11. Liber Hebraeae.

390. [*Heri mundus exultavit.* De S. Stephano, Thes. II. p. 64. Trench p. 189 sq.]

---

391. [*Unus amor et una concordia.* De S. Stephano. Neale Seq. p. 83. e Missali Leodiensi 1513.]

1. Unus amor et una concordia: una est et charitas.
2. Unum Deum amat dilectio una: singularis charitas.
3. Tantum ea, quae nectit unitas, servat charitas.
4. Quae dissipant lis et discordia, fugat charitas.
5. Martyria et eleemosynas, angelorum hominumque linguas praestat charitas.
6. Manent tria; fides, spes, charitas; maior horum extat caeteria Deo charitas.
7. Ut Christus nostram vellet gestare formam suasit charitas.
8. Ut coeli claram Stephanus intret aulam facit charitas.
9. O Domine! o quem fecit nostra petere ima, insita tua charitas!

10. O Stephane! o quem dedit celsa scandere aethra, impensa tibi charitas!
11. Credit cuncta, suffert universa, atque sustinet cuncta charitas.
12. Non est vana, non ambitiosa; non quaerit sua lucra charitas.
13. Et ipsa est flamma, et lampas, ignis, carbo, charitas.
14. Est Pater, est Patris doxa, Flamen sacrum charitas. Monas trinas est charitas.

Neale l. c.: *Cum de S. Stephano oret Ecclesia: „Da nobis, quaesumus, Domine, imitari quod colimus, ut discamus etiam inimicos diligere, quia eius natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus orare D. N. J. C. F. T.“, haud inopportune de charitate disserit poeta, ex Cap. XIII. Ep. I. ad Corinth. haud pauca mutuatus.* — 13. Neale omisit et metri gratia.

---

392. [*Gratulemur ad festivum.* De S. Ioanne Ev.] Thes. II. p. 66.

---

393. [*Celsa pueri concrepent melodia.* De SS. Innocentibus.]

Thes. II. p. 173. Neale Seq. e Missali Sarisburiensi 1555. et Gallicanis.

1. Celsa pueri concrepent melodia
2. Eia innocentum canentes tripudia.
3. Quos infans Christus hodie vexit ad astra,
4. Hos trucidavit frendens insania
5. Herodianae fraudis, ob nulla crimina,
6. In Bethleem, et per ipsius cuncta confinia,
7. A bimestri et infra, iuxta nascendi tempora.
8. Herodes Rex Christi nati verens infelix imperia,
9. Infremit totus, et erigit arma superba dextera:
10. Quaerit lucis et coeli Regem cum mente turbida,
11. Ut extinguat qui vitam praestat, per sua iacula,
12. Dum non valent intueri lucem splendidam nebulosa quaerentis pectora.
13. Ira fervet: fraudes auget Herodes saevus, ut perdat puerorum agmina.
14. Castra militum dux iniquus aggregat: ferrum figit in membra tenera.
15. Inter ubera lac effundit, antequam sanguinis fierent coagula.
16. Hostis naturae natos eviscerat atque iugulat:

17. Ante prosternit quam aetas parvula sumat robora.
18. Quam beata sunt Innocentium ab Herode caesa corpuscula!
19. Quam felices existunt matres quae fuderunt talia pignora!
20. O dulces Innocentium acies! O pia lactantum pro Christo certamina!
21. Parvulorum trucidantur millia: membris ex teneris manant lactis flumina.
22. Cives angelici veniunt obviam: mira victoria: vitae captant praemia turba candidissima.
23. Te Christe, petimus mente devotissima, nostra qui venisti reformare saecula, Innocentum gloria.
24. Perfrui nos concedas per aeterna. Amen.

Sequitur carmen modum celebratissimae Sequentiae: Spiritus sancti adsit nobis gratia, genuina tamen scriptura ut videtur nonnunquam in peius mutata.

13. Neale: Libri repugnante metro vel piorum vel puerum. Verum vidit Vir Doctus: nam clausula tertia decima Sequentiae Spiritus Sancti XXIII. est syllabarum. 20. Andeg. dulcis. 23. Neale correxit votissima, cum syllaba redundet: sed in universum turbata est metrica carminis ratio.

---

394. [*Laureata novo Thoma.* De S. Thoma Cantuariensi. Neale Seq. p. 86. e Missali Tornacensi 1540.]

1. Laureata novo Thoma,
Sicut Petro suo Roma,
Gaude Cantuaria:
Imo tota sit devota,
Pia laudum solveas vota,
Militans Ecclesia!

2. Thomas iste dum tuetur
Legem Dei, promeretur
Iram Regis Angliae:
Ergo pulsus urbe cedit,
Et transcurso mari credit
Sese Regi Franciae.

3. Qui gratanter et condigne,
Tam devote quam benigne
Sicut patrem visitat:
Ibi, velut novus tiro,
Thomas in fervore miro
Regi regum militat.

4. Tandem pace reformata,
Pace dolis palliata,
Regressus ad propria,
Iura servans Deo servit;
Inde saevit et protervit
Hostis arte varia.

5. Nunc ut vulpes fraudulenta,
Nunc ut tigris violenta,
Tentat omnes aditus:
Nunc minatur, nunc blandiitur;
Ille nihil emollitur,
Idem manens penitus.

6. Rex compertus non terreri
Virum assertorem veri,
Nec frangi propositum,
Oves armat in pastorem,
Cohortatus in cruorem
Cohortem satellitum.

7. Ergo nequam parricidae,
Tam infandi quam infidi,
Libertatis ut patronum
Tollant et usurpent thronum,
Ruunt in Ecclesiam;
Praesul orans in secreto
Palam prodit hoste spreto,
Nec turbatur quies mentis
Turbae metu saevientis,
Sed procedit obviam.

8. Sancti caput sacerdotis,
Exoptatum mille votis
Sanctae matris gremio,
Eorum bibit, cruor manat,
Et ibidem caecum sanat,
In tumultu medio.

9. Quid loquamur quae sequuntur?
Per se satis eloquuntur
Ubique miracula:
Daemon cedit; mors obedit:
Desperatis salus redit;
Leprae fugit macula.

10. Angulose Rex Anglorum,
Regem nescis Angelorum
Universa singulorum
Ponderantem merita?
Quisque metit id quod serit;
Impunitum nihil erit:
Nec capillus ullus perit:
Nedum ipsa capita.

11. Cleri gemma, clare Thoma,
Motus nostrae carnis doma
Precis efficacia;
Ut in Christo vera vite,
Radicati, verae vitae
Capiamus praemia.

395. [*Sollemne canticum hodie resonet in terra.* De S. Thoma Cantuariensi. Neale Seq. p. 89. e Missali Sarisburiensi.]

1. Sollemne canticum hodie resonet in terra,
2. Ad palmam Martyris exultet superum caterva.
3. Quid facis, turba iucunda? gratulare cum supera.
4. Iubilet mens laetabunda: psallat Christo vox libera.
5. Celebat festa Dominica devota Cantuaria:
6. Instaurat iussa tyrannica turbulenta militia.
7. Dirae leges et mandata insolenter sunt prolata:
8. Loca Christo consecrata profanavit vis armata:
9. Sed Christi sic in vestigio stabant Thomae pedes recti, ut nequirent inde flecti.
10. In sui Regis obsequio arbitratus lucrum mori caput offert percussori.
11. Gaude, Thoma, de cuius victoria ortus Christi cumulantur gloria.
12. Martyris declaratur gloria crebra per indicia.
13. Curantur per eius suffragia languidorum millia.

Trucidatur flos pastorum
Inter sanctuaria,
Nec diei, nec locorum
Obstat reverentia.

Stella maris quae laetaris
Te lactasse Filium;
Hunc precamur assequamur
Ut Thomae consortium,
Eius prece gloriosa. Amen.

5. Festa Nativitatis Domini. 11. Rubrica Sarisb.: *Iste sequens versus ter dicatur.* Ideoque responsorio caret.

---

396. [*Epiphaniam Domini canamus gloriosam.* In Epiphania Domini. Thes. II. p. 174.]

397. [*Gaudete vos fideles, gentium pars electa.* In Epiphania Domini. E Missali Pallantino anni 1562.]

1. Gaudete vos fideles, gentium pars electa:
2. Aethiopum nigredo in Iudaeam est translata.
3. Offerunt Arabes aurum, Tharsis myrrham, thus Saba.
4. Ostendunt mystice quis sit cui sua praebent dona.
5. Rex per aurum, per thus Sacerdos et per myrrham sepultura.
6. Offeramus re vera Christo quod reges in figura.
7. Examinemus mentes; et aurum est in ara.
8. Mortificemur culpis; et sic offertur myrrha.
9. Thuris odor balsami, quod Sabaea protulit, ad virtutum pertinet sacramenta.
10. Cuius salutifera, lustrent nostra vitia ad salutem, annua flagramenta.
11. Ad ultimum laus est dicta: psallat chorus Amen Alleluia.

Una illa Hispanorum Sequentia, quam publicavit Neale in Ecclesialogista August. 1853. Cf. Disput. Nealii p. 6. — 2. An legendum transvecta? 5. Neale addit et propter metrum.

---

398. [*Quem non valent propria magnitudine.* In Epiphania Domini. Neale Seq. p. 262. e libro Cilichtovaei.]

1. Quem non praevalent propria magnitudine
2. Coeli, terrae, atque maria amplissimi
3. De virgineo natus utero ponitur in praesepio
4. Ut propheticus sermo nunciat, stant simul bos et asinus:
5. Sed oritur stella lucida, praebitura Domino obsequia,
6. Quam Baalam ex Iudaica orituram dixerat prosapia.

7. Haec Magorum oculos fulguranti lumine praestrinxit providos;
8. Atque ipsos praevia ad Christi cunabula perduxit lucida
9. Offerentes Regi aurum, thus, et myrrham munera.
10. Ipsa sed tamen mysticis non carent munera figuris:
11. Aurum ut Regi, thus ut Deo et magno offerunt Sacerdoti,
12. Atque myrrham in sepulturam.

1. Nealius valent ut constaret metrum.

---

399. [*Ecce arbor salutaris.* De S. Cruce.]

1. Ecce arbor salutaris,
lignum sanctum, expers paris,
fulgens Christi sanguine:
hoc vexillum triumphale,
inter ligna nullum tale
tanto clarum germine.

2. Aeneus hoc fixus anguis,
pretiosus, cuius sanguis
plagas nostras abstulit,
dum percussus a serpente,
ipso nobis condolente,
se spectandum obtulit.

3. Hic est dectus, quo perfectae
caritatis dat dilectae
sponsus sponsae pignora,
dum eius amore motum
tribuit se ipsum totum
mortis serens vulnera.

4. Hic, dilectum rubicundum
sponsa cerne, da cor mundum
et amplecti cupido:
da amplexus, liga nexus,
hic amoris, cordis, oris
ut fruaris candido.

5. O crux, avis dulce lignum,
orthodoxa laude digna
dignumque memoria!
te salvator sublimavit
et te nobis consecravit,
tu es nostra gloria.

6. Contra hostes tu tutela,
contra morbos tu medela,
salus in periculis:
in virtute gratiosa,
in triumphis gloriosa,
veneranda saeculis.

7. In te mortem mors necavit,
dum se ipsum immolavit
vera Christus hostia:
per te Christus hoste strato,
inferno despoliato,
ad se traxit omnia.

8. Crucem tuam qui portasti,
et nos lapsos reparasti
propriis doloribus:
fac nos ipsos abnegare,
crucem nostram baiulare
sanctis in operibus.

9. Laude crucis qui laetamur,
Christe da, ut munimur
crucis beneficio:
ut in cruce gloriemur,
tuo vultu satiemur,
in coeli palatio.

Mone I. p. 144: *Hs. zu Darmstadt No. 1228. des 15. Jahrh. Die Anfangsworte der beiden ersten Verse verweisen*

auf den Gesang am Charfreitag: ecce lignum crucis etc. und der Anfang des V. 25. bezieht sich auf das schöne Lied: o crux ave spes unica etc., das auch am Charfreitag gesungen wird. V. 4. vexillum triumphale spielt auf den Hymnus an: vexilla regis prodeunt, und V. 5 flg. erinnern an No. 101, 2. 3. (Pange lingua gloriosi); endlich V. 33. an No. 111, 3. (Salve crux sancta, salve mundi gloria).

---

400. [*Salve crux sancta arbor digna.* De Sancta Cruce. Thes. II. p. 181. Mone I. p. 147. (Hs. zu München Clm. 14845. 12. Jahrh.)]

1. Salve crux sancta, arbor digna,
2. Cuius robur pretiosum mundi ferret talentum,
3. Et hostis per lignum victor ligno revinceretur,
4. Quodque exortu mortis primis erat terrigenis paradiso propulsis
5. Causa, etiam vitae foret cunctis morte Christi vere vivificatis.
6. Horrificum tu es semper signum inimicis, crux sancta, saevis.
7. Quam mors pavet infernusque timet, quae Christo suos reconsignet.
8. Cui laus et honor sit in aevum.

---

401. [*Nunc crucis alma cantet gaudia.* De Sancta Cruce. Thes. II. p. 57. Mone I. p. 147. (Hs. zu München Clm. 14845. 12. Jahrh. Clm. 14083. 11. Jahrh.)]

1. Nunc crucis alma cantet gaudia
2. Plebs cruce sanguine Christi redempta, laudans, proclamans, voce sonans clara,
3. Quoniam benignus est dominus per cuncta saecula, qui morte sua a morte nos salvans ac trucis diaboli servitute dira liberat.
4. Etenim mala nostra pius pater miserans
5. Filium sibi consimilem misit in terram,
6. Ut deus verus homo verus fieret absque sordis macula,
7. Obediensque patri venit in mundum summa sapientia.
8. Ecce deus virginis filius famem, sitim tolerat, pro nobis plorat,
9. Probra suffert, alapas, flagella, coronatur corona caput spinea.

10. Cruce clavis fixus in alta, vita nostra moritur atque die resurgit tertia.
11. Ipsi honor, laus et potestas perpetue in saecula sit sempiterna. amen.

---

402. [*Veneremur crucis lignum.* In Commemoratione Sanctae Crucis. Neale Seq. p. 263. e Missali Nidrosiensi (Hafniae 1519).

1. Veneremur crucis lignum,
Quod hoc die fecit dignum
Ferre saecli pretium:
Hoc est namque sacrum signum
Per quod vincimus malignum,
Et fugamus vitium.

2. Primus parens ligni fructum
Carpens, generatum luctum
Posteris promeruit:
Ligno fixus in hoc Deus
Damna, velut homo reus
Innocens restituit.

3. Salve lignum triumphale!
Mundi vera salus vale!
Tu vexillum es regale:
Tu nos hinc per modum scalae
Ducas ad coelestia.
Iesu, crucis consecrator,
Morte mortis triumphator,
Nos per tuam passionem
Duc praesentem post agonem
Ad aeterna gaudia.

2. Liber: Ligno fixus hoc Deus domum velut reus. 3. Ob mentem versatur poetae carmen Adami: Laudes crucis attollamus. Versus mundi vera salus vale Adami est, aeque atque vox consecrator crucis.

---

403. [*Ave crucis dulce lignum.* De S. Cruce. Neale Seq. p. 258. ex Missali MS. (Acad. Cantab. Dd. I. 15). Quod in membrana superscriptum est: In Missa pro Benefactoribus, haud carere videtur errore.

1. Ave, crucis dulce lignum,
Ave, triumphale signum,
Quod solum fuisti dignum
Sustinere Dominum:
In te Christus exaltatus
Mortem vicit ad hoc natus:
Ut Isaac immolatus
In salutem hominum.

2. Ave, scala peccatorum,
Qua ascendit rex coelorum,
Ut ad choros Angelorum
Homo sic ascenderet;
In te vitam reparavit
Auctor vitae, proles David,
Et sic se humiliavit,
Ut mundum redimeret.

3. Ave, signum novae legis,
Et vexillum summi Regis,
In te culpas sui gregis
Bonus pastor abstulit.
Ipsum habeamus ducem
Ad coelestis regni lucem,
Qui cruore suo crucem
Consecrare voluit.

404. [*Dulcis sonet harmonia.* De corona Domini
Thes. II. p. 156. Mone I. p. 174. e Cod. Monacensi CIm
5512. saec. XIV.]

1. Dulcis sonet harmonia,
dulci dignum melodia
pangamus praeconia.
Sic cantetur laus in ore,
ut concordet cum canore
affectus psallentium.

2. Crux insignis palmae signum,
mortis fuga, vitae lignum
nostris datur finibus.
Christi comes est corona,
pretiosa sunt haec dona
Christum confitentibus.

3. Adest cum his sanguis
Christi,
per quem mundo venit tristis
salus et solatium.
Panni simul praesentantur
et cum sceptro comitantur
clavi et sudarium.

4. Illa quondam acetosa
auro magis pretiosa
simul adest spongia,
Et catena, qua ligatus
agnus est immaculatus
pravorum invidia.

5. Ferrum nobis est allatum
perforato consecratum
salvatoris latere.
Per haec semper protestamur,
ut postremo perducamur
hinc ad partem dexteae.

1. Recte M. mutavit praeconium. 29. Cod. a pos
Mone I. 8. *In diesem Liede sind alle Marterwerkzeuge bei der Kreazigung Christi angeführt, obgleich es nur von der Dornenkrone überschrieben ist. Jene Werkzeuge wurden die Wappenbilder (arma) Christi genannt, worüber ich aus des H. au Freiburg No. 91. f. 67. des 15. Jahrh. folgende Salutatio ad arma Christi hersetzen will:*

Cruci clavis coronae spineae,
flagellis sacroque ferro lanceae,
honorem impendamus:
haec sunt enim vexilla regia,
per quae coronae gaudia
perpetuae speramus.

405. [*Diadema salutare.* De Corona Spinea. E Missali Upsaliensi. Eccles. Apr. 1854. p. 118.]

1. Diadema salutare
toto corde nos laudare
condecet et viribus;
voci vitam concordemus,
ut coronam reportemus
pro coronae laudibus.

2. Spina pungit campi florem:
late spirat flos odorem
per quem vivunt omnia;
caput laedit punctione,
membra sanat unctione
spinarum molestia.

3. Vide, Sion filia,
coronae ludibria
veri Salomonis:
aurum, gemmas repulit,
et coronam pertulit
tribulationis.

4. Spinae poena Christum pungit,
poenas nostras Christus ungit
miranda dulcedine:
iam fit dulcis praesens poena,
cruentata vitae vena
spinarum acumine.

5. Vae coronae superborum:
spinam portat, spreta florum
gloria rex gloriae;
spinae plecta nostros plectit
inimicos, et nos nectit
Deo nexu gratiae.

6. Spinas profert sceleris
ager Adae veteris,
terra maledicta;
redit benedictio
dum fit spinae punctio
carne benedicta.

7. Dum corona pungens cinxit
Christi caput, et constrinxit
spinarum angustia:
spinae nostrae confringuntur
nam dolores leniuntur,
et purgantur vitia.

8. O quam felix haec punctura,
cuius surgunt ex laesura
virtutes et praemia!
Benedicta sit haec spina,
per quam profluit resina
mala curans omnia.

9. Laudes ergo dominico
serto demus mirifico,
voce plena:
per quod salus acquiritur,
vita redit, mors moritur,
perit poena.

10. Supplicamus, Iesu bone,
nos perducas vi coronae
ad coronam gloriae;
tua spina nos confortet,
ut mens nostra laeta portet
spinas poenitentiae.

406. [*Synagoga praeparavit.* De Corona Spinea. E Missali Strengnensi (Lubecae 1487). Ecclesiolog. Octob. 1853. p. 353.]

1. Synagoga praeparavit
Sertum, de quo coronavit
Caput regis gloriae.

Ut a spinis liberemur
Spinam serti veneremur
Nostrae datum patriae.

2. Dum immundum et egenum
Et immundis mundum plenum
Mundavit a crimine,
Christus spinam hanc sacravit,
Et spineti spinas lavit
Suo sacro sanguine.

3. Spinas fert pro galea
In corona spinea;
Hostis superatur:
O qualis victoria!
Quae victoris gloria
Qui spinis armatur!

4. Spinis vincens, carens spina
Spinis victos a ruina
Nos defendat iugiter:
Per quem perit mortis spina
Nostrae spinae medicina
Nos salvet perenniter. Alleluia.

---

407. [*Iucundu resonent.* De Corona Spinea. Thes. II. p. 192.]

---

408. [*Si vis vere gloriari.* In Festo Coronae Domini. Neale Seq. p. 165. e Missali Sarisburiensi.]

1. Si vis vere gloriari,
Et a Deo coronari
Honore et gloria,
Hanc coronam venerari
Debeas, atque sectari
Portantis vestigia.

2. Hanc coelorum Rex portavit,
Honoravit et sacravit
Sacro suo capite;
In hac galea pugnavit,
Cum antiquum hostem stravit
Triumphans in stipite.

3. Haec pugnantis galea,
Triumphantis laurea,
Tiara Pontificis;
Primum fuit spinea:
Postmodum fit aurea
Tactu sancti verticis.

4. Spinarum aculeos
Virtus fecit aureos
Christi Passionis;
Quae peccatis spineos
Mortis aeternae reos
Adimplevit bonis.

5. De malis colligitur,
Et de spinis plectitur
Spinea perversis:
Sed in aurum vertitur
Quando culpa tollitur,
Eisdem aversis.

* * *

6. Iesu pie, Iesu bone,
Nostro nobis in agone
Largire victoriam;
Mores nostros sic compone,
Ut perpetuae Coronae,
Mereamur gloriam.

---

409. [*Florem spina coronavit.* In Susceptione Sanctae Coronae Dominicae XI. Aug. Neale Seq. p. 164. e Missali Rodonensi 1523.]

1. Florem spina coronavit:
Sed flos spinam procreavit
Flos Mariae filius:
Flos effecit pretiosam
Spinam quamvis tortuosam:
Flos spineti nescius.

2. Florem floris spina pungit,
Sed spinetum flos inungit
Pietatis oleo:
Arbor vitae nunquam spinam
Gerit viris medicinam
Et mel sub aculeo.

3. Fructum vitae spina laedit;
Exul fructu vita redit;
Vivit fructu gratia:
Surge fortis et laetare,
Et coronam venerare,
Qua ditatur Gallia!

4. Super aurum haec corona,
Pretiosa, digna, bona,
Vernans agni sanguine:
Forte gerens diadema
Hostem fallit per problema
Deitas in hominem.

5. Vernans super Cethim ligna,
Quibus arca fuit digna
Legis tabernaculo:
Hanc coronam veneremur,
Ut cum Christo coronemur
In futuro saeculo.

5. Exod. XXXVII, 1. *Fecit autem Beseleel et arcam de lignis Setim.*

---

410. [*Moestae parentis Christi Mariae.* De Compassione Virginis. Neale Seq. p. 37. e Missali Leodiensi 1513.]

1. Moestae parentis Christi Mariae lacrymas eia nunc recita plebs Agni mitis cruore redempta.
2. Qui generis humani collapsi maculas purpurea lavit in Cruce, vulnera passus cruenta:
3. Sputa, clavos, atque ludibria, spinas tulit et saeva verbera.
4. Mater cernens tanta supplicia flet discerpens pectus et ubera.
5. Heu me! clamat: heu me! congeminat: plorans, tristis, quod saepe replicat: Fili dulcissime, cur ista pateris?
6. Cur confixus in Cruce moreris, ac si reus fuisses sceleris? cum nil unquam mali compiseris.
7. Heu me! clamans, dat alta suspiria: dicens, Cur vita durat sic anxia? cur non morior? mors aut cur mihi parcit?

8. Quae mater unquam, quaeve puerpera nati dilecti tanta supplicia videre simul et ultra vivere possit?
9. Est istane gratia, quam mihi retulisti, Gabriel dicens: Ave Maria, gratia plena?
10. Sunt mihi contraria, quae prius promisisti, cum mihi nunc pro gratia sint dolor atque poena.
11. Inter omnes mulieres me dixisti benedictam;
12. Omnes nunc videre possunt me gementem et afflictam.
13. De hoc senex Symeon prophetat
14. Dicens, ut Evangelista narrat,
15. Ecce positus (est) in ruinam tuus iste Filius,
16. Et tuam animam ipsius pertransibit gladius.
17. Mater laeta concepisti,
et dolorem non sensisti,
quando virgo peperisti
tuum Unigenitum.
Cum usura nunc solvisti
poenas quas tunc evasisti;
videns modo morte tristi
mori tuum Filium.
18. Sic stat Mater desolata
iam non mater, sed orbata
dulci suo Filio:
Plangit, plorat, praestolatur,
quoadusque deponatur
corpus de patibulo.
19. O lacrymosus intuitus! sedet semimortua parens: et extincti funeris in gremio tenet exuvias.
20. Omnia pererrat stigmata, locaque cruenta clavorum, nec non et plagas cruentas: videt spinosa praecincta tempora
21. Serto; et in latere patentes cordis
22. Ianuas; o gravis dolor et gemitus!
23. Nati quondam speciosi membra modo livida tractat mater inter manus teneras.
24. Amplexatur, osculatur, ora facta pallida, propter poenas atque plagas asperas.
25. Manus extorquens exclamavit, fletuque corpus irrigavit stillans ut ros lacrymis.
26. Venit tandem Ioseph pius corpusque involvit sindone:
27. Venit atque Nicodemus, perfundens illud unguine:
28. Post in monumento novo praeparabant recondere.
29. Quis poterit lacrymas tenere, licet sit corde saxeo,
30. Et non simul condolere in hoc planctu virgineo?
31. Qui cum ipsa nescit flere, non est ei compassio.

32. Qui scrutator Scripturarum
est, videbit foeminarum
planctus amarissimos.
Anna Samuelis orat,
temulentaque dum plorat
putatur apud aemulos.
33. Vox Rachelis eiulantis
in Rama personuit:
Suos filios plorantis
consolari noluit.
34. Tristis Noemi dolebat,
raptus mortis dum trahebat
maritum cum filiis;
Annaque Tobiae flebat
quando pater hunc mittebat
in Rages pro pecuniis.
35. Anna mater Samuelis, Annaque Tobiae, et Noemi et Rachelis, si credamus Hieremiae, planctant cum lacrymis,
36. Sed ad lacrymas amaras Virginis Mariae, matris Christi crucifixi verique Messiae, non erat planctus similis.
37. Ergo Mater Iesu Christi,
propter poenas quas tulisti
pro tuo dulci Filio,
Des ut tecum hic ploremus,
et cor nostrum perforemus
compassionis gladio.
38. Sic, o Virgo dolorosa,
fac nos tecum lacrymosa
sentire suspiria:
Ut post vitam infelicem
habeamus te ductricem
ad aeterna gaudia. Amen.

Recte Nealius l. c. prosam sequiori aevo adsignat, quae partim Notkeriana est, partim Victorina. 5. Neale: *Vel* ista *debet abesse vel in proximo versu post* unquam *addendum est* in te. Ego omittere malim vocem tristis. 7. Neale metri ductus ratione scripsit autem. 15. Est offendit metrum. 19—22. corruptissime quoad distinctionem leguntur. 20. Neale omittit nec non ut constet metrum. 25. Liberas stillans ut ros lacrimas. Neale e coniectura stillans ut ros effundensque lacrimas, ut et metro et sensui satisfiat. Clausula 24. XXVI., 25. XXV. syllabarum est. Fortasse 24. legendum et plagas.

411. [***Festinemus omnes vere.*** De Pietate Mariae Virginis. Neale Seq. p. 41. e Missali Andegavensi 1523.

1. Festinemus omnes vere
Matri Christi condolere,
In eius Martyrio:
Laboremus cum fervore,
Et speremus cum amore,
In eius auxilio.

2. Immolandus bona serit,
Passionis locum quaerit,
Natus Matris Virginis:
Quando Christus vinculatur,
Palmis strictis flagellatur,
Caesus flagris plurimis.

3. Virgo suum videt natum,
A Iudaeis mane captum,
Magnum dans suspirium:
Flagellatum, coronatum,
Foedis sputis attrectatum,
Saevum fert Martyrium.

4. Extra castra ductus Iesus,
Unctus sputis, pugnis caesus,
Crucem fert in publicum;
Mater sequens Agnum mitem,
Repraesentans Sunamitem,
Natum deflet Unicum.

5. Virgo videns flagellari,
Et in cruce conclavari
Suum Unigenitum,
Patienter sufferebat,
Et constanter requirebat
Dextrae Dei digitum.

6. Virgo Mater stat sub Cruce,
Triumphante Christo duce
Per mortem turpissimam.
Luctus, planctus et ploratus,
Dolor, metus, eiulatus,
Stringunt eius animam.

7. Christus Crucis in ambone
Constitutus, in agone
Septem verba protulit:
Mater praesens tribulata
Tam patrata quam plorat
Secum silens contulit.

8. Calvum rident Helisaeum
Iesum nudum, Verum Deum
Illudebant aemuli:
Et sic Natum dehonestant
Dolorosam commolestant
Matris mentem stimuli.

9. Inter fures deputatur,
Iesus felle tunc potatur,
Moritur inoxius.
Lanceatus, depositus
Est a cruce et sepultus,
Sic torquetur Filius.

10. Cum haec videt Mater Christi
Percussa est plaga tristi,
Stillant eius lachrymae
Palluerunt Matris genae,
Turbant nam mille poenae
Atque plagae plurimae.

11. Cor praedulce, cor amoris
Globus factus est doloris,
Vas amaritudinis.
Virgo corde lacessita,
Quasi fuit sine vita,
Corruit exanimis.

12. In amara Christi morte,
Illa Martyr fuit corde,
Mortis fert supplicium:
Dolor ingens dolor ille:
Dicunt sancti plusquam mille
Praecellit Martyrium.

13. Cuncta tremunt elementa:
Carpunt luna, sol, lamenta
Condolente Virgine.
Deo compar voluntate,
Pari flagrat charitate
Pro salvando homine.

14. Sola Virgo tenet fidem:
Constans docet et quod idem
Resurget in gloria;
Verae doctrix disciplinae,
Nobis donet sine fine
Perfrui laetitia. Amen.

Nealii doctrina haec Sequentiae adiecit: 5. *Minus opportune imitatus est poeta versum illum: „dextrae Dei tu digitus."* 6. Liber: met. et singultus. 7. *Ex re ecclesiastica documentum petiit poeta. Sicut enim in ambonem ascendit diaconus, ut verba Evangelii populo nuntiet: ita Christus, qui formam diaconi, id est servi, receperat, in ambonem crucis ascendit, ut septem sua verba inde Ecclesiae pronuntiaret.* — 8. Nealius: vi natam. 9. depositus. *Latet ulcus, quod emendare nequeo.* 12. *Ecclesia enim semper inter Martyres B. Virginem numeravit, quippe quae dirissimum in Filii sui Passione perpessa fuerit martyrium. Sic quoque cantilena Anglica: „Heyl Maydem, heyl Modur, heyl Marter trowe."*

---

412. [*Virgini Mariae laudes concinant Christiani.* De Compassione Virginis. Thes. II. p. 198.]

---

413. [*Is qui prius habitum mortis induit.* Paschalis. Thes. II. p. 55., Mone I. p. 205. (Hs. der ehemaligen Abtei Murbach, jetzt zu Colmar 12. Jahrh. A. Hs. zu St. Gallen 378. Dominica II. post Pascha 10. Jahrh. B. Andere Hs. zu St. Gallen 380. 11. Jahrh. C.)]

1. Is qui prius
2. Habitum
mortalem induit,
pugnaturus,
immortale iam nunc
Resurgens
et impassibile
corpus sumpsit,
imperaturusque
coelis, terris
et mari.
3. Qui ad consessum
patris eius
Exaltatus
manu dextera
Inde cursum
fluminibus
dat et vocem.
4. Et christianum orbem
firmat semper
Et marinos fluctus
compescit sic,
Ut stabile fundamen
ecclesiae suae
potenter componat,
5. Et domus eius
splendescat
In finem usque
dierum.

Servavimus Monii intercisiones: discrepant codices. Mone l. c.: *Das Lied ist ein halber Kanon von Troparien und besteht aus 4 Abtheilungen, daher sind 10, 11 zu 1 zu zählen, womit sie die Eingangsstrophe bilden, weil sie in keiner Hs. mit einem grossen Buchstaben anfangen, sonst wären sie das dritte Glied des Absatzes 2. Die Hss. haben keinen Absatz mit grossen Anfangsbuchstaben bei 2, dagegen BC bei induit 3, bei 4, 6, 11, 18, bei orbem 19, bei fluctus 20. B hat keinen Abs. bei 19 und C keinen bei 24, 28. A keinen bei 14, 21, 28.*

Titulus Sequentiae: Dominus regnavit decore vel Decorem induit fortasse respicit ad festivum paschalis festivitatis argumentum.

---

414. [*Christe Domine laetifica.* Paschalis.] Mone I. p. 210: *Hs. von Murbach zu Colmar, 12. Jahrh. A. Hs. zu St. Gallen No. 378. 10. Jahrh. von Notker. B. noch eine Hs. daselbst No. 380. 11. Jahrh. C. Beide Hss. DC mit der Bestimmung: feria III post dominicam II paschae ad vesperam.*

1. Christe domine, laetifica
sponsam tuam ecclesiam,
In his festis, quibus eam,
Christe, tibi sponsaveras
Allatis illi dotalibus
valde miris.

2. Tunc morte tua tristes
sanctas feminas atque
viros mulsisti resurgendo;
Nunc residens ad patris
dextram omni mortis ab
incursu nos, Christe, tuere.

Monius affert titulum Obtulerunt nec tamen vocem explicat. Tamen quod vocat troparium, est antiphona, composita ad normam alius Obtulerunt pro eo Domino quae cantatur inter processionem in Purificatione Virginis. Abundant in carmine supra scripto syllabae decem.

---

415. [*Carmen suo dilecto.* Paschalis. Thes. II. p. 53. Mone I. p. 216. (Hs. zu München Clm. 14083. 11. Jahrh. Murbacher Messbuch des 12. Jh. zu Colmar 12. Jh.)]

1. Carmen suo dilecto

2. Ecclesia Christi canat,
ob quam
patrem matremque deserens
Deus nostra se vestiit
natura
et synagogam respuit.

3. Christe, tuo sacro latere
sacramenta manarunt illius,
Tui ligni adminiculo
conservatur in salo saeculi

4. Hanc adamans coniugem
clauderis Gazae,
sed portas effracturus illius,

Hanc etiam hostibus
eruiturus
es congressus tyranno Goliath,
Quem lapillo
prosternis unico.

5. Ecce sub vite
amoena, Christe,
ludit in pace
omnis ecclesia
Tute in horto;
resurgens, Christe,
hortum florentis
paradisi tuis
Obstructum diu
reseras, domine,
rex regum.

Apparent strophae Monianae. Murbacensis omittit 23—26.

---

416. [*Ad coenam uberem.* Paschalis. Mone I. p. 26. *Reichenauer Hs. No. 260. 14. Jahrh. mit Noten. Die sequenz hat keine Ueberschrift, dem Inhalt nach gehört sie her zu den Osterliedern. Sie ist mir sonst nicht vorgekommen. Durch die theilweise Abgeriebenheit der Melodie wird ie Herstellung des Versmasses schwierig.*]

1. Ad coenam uberem
invitati surgite! alleluia.

2. Agni paschalis
occisi postes de sanguine
propter angelum signantem
Israhelitas transiens
percussit Aegyptios,
Superato iam
surrexit mortis imperio
messias, leo fortissimus,
piis humeris reportans,
quod perierat,
sicut pastor bonus;
Qui potestate
divina posuit,
quamdiu voluit,
moriens animam suam.

3. Originali macula
morti deditis
Et penitus serpentino
morsu prostratis,
Nisi succurreret
ovibus suis

4. Archimandrita, qui
pro suo benignitatis
piae studio,
Patre deo non parcente
sibi filio,

5. Nullo nos praecedente
meritis grege
nobili, exemplum mori
dignatus est.

In cod. 1. invitate. 3. deditur morte prostratus. ortasse cantata est Sequentia inter Communionem Paschalem.

---

417. [*Lux illuxit dominica.* Paschalis. Thes. II. p. 71.]

---

418. [*Ecce dies celebris.* Paschalia. Thes. II. p. 71.]

Ecce dies celebris!
Lux succedit tenebris,
Morti resurrectio.
Laetis cedant tristia,
5 Cum sit maior gloria,
Quam prima confusio.
Umbram fugat veritas,
Vetustatem novitas,
Luctum consolatio.

10 Pascha novum colite;
Quod praeit in capite.
Membra sperent singula;
Pascha novum Christus est,
Qui pro nobis passus est,
15 Agnus sine macula.

Hostis, qui nos circuit,
Praedam Christus eruit:
Quod Samson praecinuit,
Dum leonem lacerat.
20 David fortis viribus
A leonis unguibus,
Et ab ursi faucibus,
Gregem Patris liberat.

Qui in morte plures stravit,
25 Samson, Christum figuravit,
Cuius mors victoria:
Samson dictus Sol eorum;
Christus lux est electorum,
Quos illustrat gratia.

30 Iam de crucis sacro vecte
Botrus fluit in dilectae
Penetral Ecclesiae.
Iam calcato torculari,
Musto gaudent ebriari
35 Gentium primitiae.

Saccus scissus et pertusus
In regales transit usus;
Saccus fit soccus gratiae,
Caro victrix miseriae.
40 Quia regem peremerunt,
Rei regnum perdiderunt:
Sed non deletur penitus
Caïn, in signum positus.
Reprobatus et abiectus,
45 Lapis iste, nunc electus,
In tropaeum stat erectus,
Et in caput anguli.
Culpam delens non naturam,
Novam creat creaturam,
50 Tenens in se ligaturam
Utriusque populi.

Capiti sit gloria
Membrisque concordia!
Amen.

Splendet Sequentia doctissimis Trenchii p. 144 sq. et Nealii Mediaev. H. p. 86 sqq. adnotationibus, quas transscribimus, 16. 17. Neale: *This allusion is not very clear. There seems to be a reference to Saul, in the wilderness of Maon, when, having compassed David and his men round, he was only prevented from destroying them by the intelligence that the Philistines had invaded the land. The thought of the Philistines introduces the great destroyer of the Philistines-Samson.* Si quid sapio, poeta simpliciter meditatur locum Apostoli 1 Petri 5, 8. adversarius vester circuit. 24—26. Trench: *Our Lord's ministry during his life bore scanty fruits compared to the large incomings through the after-preaching of his cross. Gregory the Great (Moral. 1. 29, c. 14.):*

Paucis enim ex plebe Israelitica ipso praedicante crediderunt: innumeri vero gentium populi viam vitae moriente illo secuti sunt, Quod bene Samson in semetipso dudum figuraliter expressit, qui paucos quidem, dum viveret, interemit; destructo autem templo, hostes innumeros, cum moreretur, occidit. 27. Trench: *This quite unwarrantable etymology of Samson's name the poet has derived from Jerome, who (De Nom. Heb.) explains Samson: Sol eorum, vel solis fortitudo — their light, or, the light of them that are his. Thus Augustine (Enarr. in Ps. IXXX. 10): Unde Samson noster, qui etiam interpretatur Sol ipsorum, eorum scilicet quibus lucet; non omnium. sicuti est oriens super bonos et malos, sed sol quorundam, sol justitiae, figuram enim habebat Christi.* 31. Trench: *Among the Old Testament types of Christ and his cross, that of Num. XIII. 23, 24., was ever counted as one: thus Hugh of St. Victor (Inst. Mor., I. 4): Christus est Botrus de terra promissionis in desertum translatus; the type of the cross being the pole on which this bunch of grapes was suspended. Augustine (Enarr. in Ps. VIII. 1): Nam et Verbum divinum potest Uva intelligi. Dictus est enim et Dominus botrus uvae, quem ligno suspensum, de terra promissionis, qui praemissi erant a populo Israel, tanquam crucifixum, attulerunt. In Christ's passion this bunch of grapes was trodden as in the winepress, and his blood as the wine flowed into the penetral or* ὑπολήνιον *of the Church.* 36. Trench: *The poet has in his eye Ps. XXIX. 12. (Vulg.) XXX. 11. (E. V.): Concidisti saccum meum. et circumdedisti me laetitia; upon which words Augustine (Serm. 336, c. 4): Saccus eius erat similitudo carnis peccati. In passione conscissus est saccus. And then presently, with allusion to the saccus as the purse or bag of money: Conscidit saccum lancea persecutor, et fudit pretium nostrum Redemtor. — Clichtoveus: In regales transit usus, quando per resurrectionem immortalitatis stola corpus est indutum, et incorruptibilitatis virtute praecinctum.* 43. Trench: *The poet having only the Vulgate before him, in which he found (Gen. IV. 15.), the words, Posuitque Dominus Cain signum, (Cain being undeclined by the translator), seems to have understood the passage thus: „The Lord set Cain for a sign," instead of „The Lord set a mark or sign upon Cain." His application of these words to the Jewish people, as the great collective Cain, the murderer of him whose blood spake better things than that of Abel, is one in which he had many forerunners. They too, it was said were not destroyed, but while other nations were fused and absorbed and lost in the great Roman world, they abode apart, being not slain, despite their sin, but set for an everlasting*

sign. Thus Augustine; who even in his time found a wonderful significance in this continued and separate existence of the Jews, and therein a prophetic fulfilment of these words of Genesis, as also of those words of the Psalmist: „Slay them not, lest my people forget it.“ (Con. Faust., I. 12. c. 13; Enarr. in Ps. LVIII. 12.)

---

419. [***Altissime Iesu Christe.*** In Feria Secunda post Pascha. Neale Seq. p. 51. e Missali Leodiensi 1513.]

1. Altissime Iesu Christe, qui dignatus es mundâ
2. Ex Virgunculâ Mariâ carnem nostram assumere immaculatam:
3. Tu per feminam renovas carnem nostram, quae perierat per Evam.
4. Tu nostra visitasti infirma, ut infirmas sanans curares animas.
5. Nam, quamquam in humana natura apparebas, tu carebas macula.
6. Tu nostri miserans de superna existi patria, visitans nostra,
7. Caritate tua nimis cara qua nos dilexeras super omnia,
8. Ergo tua iugiter regnat altissima divinitas,
9. Servi formam tu non dedignans iungis tibi ecclesiam.
10. O quis iam tanta digna et pia pietatis viscera!
11. Has pie cantet odas ecclesia nunc dulciter tuas,
12. Iubilans propter magna dilectionis dona; qua tu nos dilexeras, nos tuum plasma;
13. In tantum ut pro nostra tu morereris vita: et reduceret vitam mors, Christe, tua.
14. Gaudet Ecclesia pia promere carmina,
15. Seque mundissimam parare studet hostiam,
16. Dum mortificat mala vitia: gloriam dum desiderat mori propter tuam.
17. Illam tu serva, tu laetifica: haec tua dicitur sponsa, sanguine quaesita.
18. Haec sacrata festa tribuas paschalia
19. Tuis semper servis colere continua
20. Ut eis aeternam dones vitam. Amen.

7. qua addidit Neale, tum metro, tum sensu postulante.
11. Transposuit N. metri causa odas et nunc.

Nealius monet, inter paucas hanc esse Sequentiam, quae extra Adventum et Nativitatem in A desinat.

Str. 18. additur Rubrica, quae prorsus singularis est. „In Dedicatione ecclesiae dicuntur sic sequentes versus: Haec

sacrata aula dicitur ecclesia: Tu in illa bona precantes exaudias: Ut eis aeternam dones vitam. Amen.

---

420. [*Aulae lucidae repertor.* In Feria Tertia post Pascha. Neale Seq. p. 53. e Missali Tornacensi 1540.]

1. Aulae lucidae repertor, lux et ianua, die hodierna
2. Surrexit, morte devicta hostia viva Patri immolata,
3. Sua sancta gratia:
4. O quam pia clementia!
5. Quos atrox serpens morsu detruserat in Tartarum,
6. Hos Christus clemens revexit luminis ad gaudia.
7. Sua sancta gratia:
8. O quam pia clementia!
9. Leo fortis de tribu Iuda morte solvit mortis vincula
10. Sua sancta gratia.
11. Nobis Vita reddidit vitam: et ad Patris ducit vitam sua.
12. Cuius cruore redempti, summa sub gratia,
13. Cum ipso resuscitati sumus in gloria:
14. Nunc pia corda iubilent per festa huius diei paschalia.
15. Ut mereamur interesse Sanctae Resurrectionis gloriae.
16. O felix turba, cui patent regna aeterna, Christi munere reddita!
17. Vere beata, cui angelica caterva ministrabit sine meta!
18. Iam Christe, venia redemptis indulta,
19. Cum tu iudicare veneris saecula
20. Desiderata da nobis gaudia in Sanctorum gloria. Amen.

1. 2. Neale: *Vitiose liber hos versus post ianua separat. Ante surrexit omisi Christus: quod mera est glossa, metroque repugnat.* 13. Liber: sumus res. 16. Liber: regna piis aet.

---

421. [*Dic nobis quibus e terris nova.* In Feria V. post Pascha. Neale Seq. p. 54. e Missali Sarisburiensi.]

1. Dic nobis quibus e terris nova
2. Cuncto mundo nuncians gaudia
3. Nostram rursus visitas patriam?
4. Respondens placido vultu, clara dixit voce Alleluia.
5. Angelus mihi de Christo indicavit pia miracula:
6. Resurrexisse Dominum sidérum cecinit voce laudanda.
7. Mox ergo pennas volucris vacuas dirigens laeta per auras
8. Rediit famulis, et dixit vacuatam legem veterem, et novam regnare gratiam:

9. Itaque plaudite famuli, voce clara: Christus hodie redemit nos a morte dira.
10. Pater Filium tradidit saevis; ut interimerent pro salute nostra.
11. Sponte subiit Filius mortem; ut redimeret nos morte ab aeterna.
12. Nunc requiem capere licet omnibus; et vita frui perpetua.
13. Nunc colite pariter mecum, famuli, celebri laude Sanctum Pascha:
14. Christus est pax nostra.

Et haec Sequentia, quamvis Paschalis in A desinit. 1—3. Libri plerique sine sensu: aetheris — visitans. 10. Fortasse servis ut edit. Paris. 1555.

---

422. [*Simplex in essentia.* In Festo Pentecostes. Thes. II. p. 72. Adami carmen apud Clichtovaeum, optime illustratum a Trenchio p. 157 sqq.]

1. Simplex in essentia,
Septiformis gratia,
Nos illustret Spiritus:
Cordis lustret tenebras,
Et carnis illecebras,
Lux emissa coelitus.

2. Lex praecessit in figura,
Lex poenalis, lex obscura,
Lumen evangelicum.
Spiritalis intellectus,
Literali fronde tectus,
Prodeat in publicum.

3. Lex de monte populo,
Paucis in coenaculo
Nova datur gratia:
Situs docet nos locorum
Praeceptorum vel donorum
Quae sit eminentia.

4. Ignis, clangor buccinae,
Fragor cum caligine,
Lampadum discursio,
Terrorem incutiunt;
Nec amorem nutriunt,
Quem effudit unctio.

5. Sic in Sina lex divina
Reis est imposita,
Lex timoris non amoris
Puniens illicita.

6. Ecce patres praeelecti
Dii recentes sunt effecti,
Culpae solvunt vincula:
Pluunt verbo, tonant minis,
Novis linguis et doctrinis
Consonant miracula.

7. Exhibentes aegris curam,
Morbum damnant non naturam;
Persequentes scelera,
Reos premunt et castigant;
Modo solvunt, modo ligant,
Potestate libera.

8. Typum gerit iubilaei
Dies iste, si diei
Requiris mysteria,
In quo tribus millibus
Ad fidem currentibus
Pullulat Ecclesia.

9. Iubileus est vocatus
Vel dimittens vel mutatus,
Ad priores vocans status
Res distractas libere.

Nos distractos sub peccatis
Liberet lex caritatis,
Et perfectae libertatis
Dignos reddat munere.

Non possumus quin adiiciamus Trenchii adnotationes. 2—5. *These stanzas are in the true spirit of St. Augustine, and hardly to be fully understood without reference to his writings, and to the points which he makes, especially in his Anti-pelagian tracts; wherein he continually contrasts, as the poet does here, the killing letter of the Old, and the quickening spirit of the New, Covenant. A few chapters, indeed, of his treatise De Spiritu et Littera, c. 13—17., would form the best commentary on these lines which could be found. The first point which the poet makes, is the contrast between the giving of the law de monte, and the giving of the Spirit in coenaculo. In other words, there is was a God far off who uttered his voice, and that which he spake only set men the further from him, (Exod. XX. 18.) while here it was a God coming into the very midst of them, yea, into that upper-chamber itself. Thus Augustine, c. 17: In hac mirabili congruentia illud certe plurimum distat, quod ibi populus accedere ad locum ubi lex dabatur, horrendo terrore prohibetur: hic autem in eos supervenit Spiritus Sanctus, qui eum promissum expectantes in unum fuerant congregati. This, the poet adds, still in the spirit of his great teacher, shews whether are better, precepts or gifts, (ver. 17.) the precepts of the old law, or the gifts of the new—a God requiring as of old, or a God giving as now—requiring indeed still, but only what he himself has first given. The fearful accompaniments of the law's promulgation, he goes on to suy, (ver. 19—24.) were but the outward clothing of the eternal truth, „The law worketh wrath." A law of fear, it may restrain indeed acts of sin, the illicita, but does not and cannot beget that love in which alone is the fulfilling of the commandment. (ver. 25—28.) That can only be through the Holy Ghost, whose first giving we on this day commemorate.* 4. Exod. 19, 16. 20. 18.: *Cunctus autem populus videbat voces et lampades* (λαμπάδας *LXX.*) *The word lampades, signifying, as it may, the bickering meteoric flames, perhaps better expresses what is meant than the „lightnings," by which the English Version has rendered the original word.* 8. *The poet has a true insight into the typical significance of the year of iubilee, the great Pentecostal year, the year of restitution and restoration, in which every man came to his own, all yokes were broken, and all which*

any Israelite had forfeited and alienated, was given back to him once more. He sees in it rightly a type and a prophecy of that great epoch of recreation and restoration, which at Pentecost began. Durandus (Rational., l. 6, c. 107): Similiter in diebus Pentecostes hunc numerum post Domini resurrectionem observamus, suscipientes advenientem in nos Spiritus Sancti gratiam, per quem efficimur filii Dei, et virtutum possessio nobis restituitur, et remissa culpa, et totius debiti chirographo evacuato, ab omni servitutis nexu liberi efficimur. The poet's etymology of the word, however, in the next stanza, namely, that it is either dimittens or mutatus, the year of remission, or the year when all things are changed for the better, has long since been given up.

---

423. [*Lux iucundu, lux insignis.* In Festo Pentecostes. Thes. II. p. 71. Trench p. 173 sqq.]

2. Trench: *Daniel, who remarks here, Petrus Apostolus, cujus nomen die Pentecostes et omen habebat, conferetur cum petra melliflua in deserto, has entirely missed the meaning, doing equal wrong to the poetry and the theology of the stanza. The poet has in his eye the words of Deut. xxxii. 13: "He made him to suck honey out of the rock, and oil out of the flinty rock," as will be clearer still when the words of the Vulgate are quoted: Suxerunt mel de petra, et oleum de firma petra; with the commentary of Gregory the Great thereupon (Hom. 36, in Evang.): Mel de petra suxerunt, qui Redemptoris nostri facta et miracula viderunt. Oleum vero de firma petra suxerunt; quia effusione Sancti Spiritus post resurrectionem ejus ungi meruerunt. Quasi ergo in firma petra mel dedit, quando adhuc mortalis Dominus miraculorum suorum dulcedinem discipulis ostendit. Sed firma petra oleum fudit; quia post resurrectionem suam factus jam impassibilis, per afflationem Spiritus donum sanctae unitivnis emanavit. Cf. Hugh of St. Victor, De Claustro Animae, l. 3, c. 8.*

5. Trench: *On the day of Pentecost two loaves, the primitiae of the completed harvest were, according to the Levitical ordinance, presented to the Lord. (Lev. xxiii. 16, 17.) Why two, has often been enquired: and the typology of the middle ages presented its explanation, namely, that by this twofold offering it was indicated that the Church, which was founded and presented in its living firstfruits to the Lord on the great day of Pentecost, should consist alike of Gentiles and of Jew; and to this interpretation we have evident allusion here. See*

Bähr's Symb. d. Mos. Cult., v. 2, p. 650; and Iken, De duobus Panibus Pentecostes.

In stropha octava aliquot versiculi in Thesauro exciderunt:

Sub tua praesentia:
Nil iucundum, nil amoenum,
Nil salubre, nil serenun,
Nihil dulce, nihil plenun
Nisi tua gratia.

---

424. [*Qui procedis ab utroque.* In Festo Pentecostes. Thes. II. p. 73. Trench p. 170. 599.]

Tr.: *In Horst's Paradisus Animae, Sect. I, this hymn and the following appear huddled and confounded together in the strangest fashion, the two in one, and with grossest departures from the authentic text. Under this tasteless process the whole beauty of either hymn, being as they are distinct throughout, and each in itself a perfect composition, moving in its own sphere of thought and feeling, has quite disappeared. The hymns that pertain to John the Baptist, have, if possible, experienced a still worse treatment at his hands; (Sect. 2;) for here they are at any rate the works of the same author that are thus confused; but there those of two or three.*

---

425. [*Laude celeberrima recolamus festa sacratissima.* In Festo Pentecostes. Thes. II. p. 177.]

---

426. [*O ignis spiritus paracliti.* De Spiritu Sancto. Mone I. p. 234.]

1. O ignis spiritus paracliti, vita vitae omnis creaturae, sanctus es vivificando formas.
2. Sanctus es ungendo periculose fractos, sanctus es tergendo foetida vulnera.
3. O spiraculum sanctitatis, o ignis caritatis, o dulcis gustus in pectoribus et infusio cordium in bono odore virtutum!
4. O fons purissimus, in quo consideratur, quod Deus alienus colligit et perditos requirit.
5. O lorica vitae et spes compaginis membrorum omnium, et o angulum honestatis, salva beatos!

6. Custodi eos, qui carcerati sunt, ab inimico et solve ligatos, quos divina vis salvare vult.
7. O iter fortissimum, quod penetravit omnia in altissimis et in terrenis et in omnibus abyssis, cum omnia componis et colligis,
8. De te nubes fluunt, aether volat, lapides humorem habent; aquae rivulos educunt et terra viriditate sudat.
9. Tu etiam semper educis doctos, per inspirationem sapientiae laetificatos.
10. Unde laus tibi sit, qui es sonus laudis et gaudium vitae, spes et honor fortissimus, dans praemia lucis.

Mone l. c.: *Hs. zu Wiesbaden 12. Jahrh., worin die Briefe der hl. Hildegart, vom Kloster Rupertsberg bei Bingen, mit der Melodie. Wahrscheinlich ist das Lied auch von ihr. In den einzelnen Absätzen lassen sich wohl Assonanzen und Reime wahrnehmen, aber keine regelmässigen Strophen abtheilen, wie in den Troparien und andern Sequenzen. Hildegart scheint daher die Regeln der Notkerschen Sequenzen nicht mehr gekannt zu haben und hat sie für unmetrische Gedichte gehalten, wie die lateinischen Psalmen.*

Mone adnotat, male legi in codice str. 8 habet. A praeterea latet ulcus idque foedius in vocibus et o angulum honestatis. Nr. 5. Procul dubio legendum et cingulum hon.

---

427. [*Amor patris et filii.* Mone I. p. 236. (Hs. zu Lichtenthal 14. Jahrh.) De Spiritu Sancto. Neale Seq. p. 63. Missali Leodiensi 1513. In Feria Quarta Quatuor Temporum Pentecostes. „Praeclara Sequentia: quam amen ita scripsit poeta, ut Hymnum Veni Creator ante oculos haberet. Partim Notkerianis, partim Victorinis assimilat.“]

1. Amor patris et Filii: veri splendor auxilii: totius spe solatii:
2. O indeficiens piorum lux et praemium justorum: sublevator perditorum.
3. Omnis fortitudinis ac omnis sanctitudinis,
4. Ac beatitudinis donator: omnis rectitudinis amator:
5. Omnipotens, propitius, omnitenens, innoxius.
6. Justius, varius, honestius,
7. Sanctius, fortius, subtilius,

8. Quo nihil est potentius: quo nihil est vel melius:
9. Illuminator cordium: per quem ad Patrem omnium venitur, et ad Filium:
10. Fons ingenii, dator gaudii: medicina vitii, spiritus consilii:
11. Humilis, docilis, et invariabilis;
12. Habilis, nobilis, et insuperabilis, promptus et amabilis.
13. Donum electum, dans intellectum, dans et affectum; diligens rectum;
14. Patris ac Nati Spiritus, vivificans Paraclitus; divinae dextrae digitus;
15. Sublimitas, jucunditas, et pietas et bonitas, benignitas et largitas,
16. Qui prout vult, quando vult, et ubi vult, quousque vult, et quantum vult
17. Spirat et erudit, replet et erigit, ditat et instruit:
18. Spiritus scientiae ad consolandum hodie Apostolis donatur:
19. Et eis plenarie fons verae sapientiae per hunc administratur. Alleluia.

3. 4. Mo. omn. fort. omn. rect. ac beat. don. omn. sanct. amator. 7. 8. Neale fort. potentius quo nihil est potentius. Addit in margine voci pot., secunda vice repetitae: *forsitan* amantius *vel simile quiddam.* At nodum solvit codex Monii. 11. Mo. ac inv. 12. Ex Nealii sententia post insup. non nulla exciderunt. Iterum corrigit sententiam liber Monii. 15. N. humilitas et larg. 16. No. qui prout vult et ubi vult. 17. Mo. dit. et instr. replet et er. Addit Mo., omisso Alleluia haec: Corde devotissimo benedicamus Domino.

Ex cod. Monacensi Clm. 5539. 14. saec. exscripsit Monius carmen, praecedenti simillimum. „Steht zwischen den musikalischen Schriften des Guido von Arezzo, und scheint deshalb aus Italien herzurühren. Dieses Lied ist gegen die vorige Abfassung so sehr verändert, dass man es damit nicht versweis vergleichen kann, sondern es demselben als eine selbständige Bearbeitung zur Seite stellen muss. Eine dritte steht in Hildeberti Cenom. opp. p. 1341." Utrumque carmen adscribinus. Carmen Monacense.

1 Amor patris et filii,
totius spes solatii,
fons indeficiens bonorum,
lux et praemium justorum,
sublevator perditorum.

2 Fons ingenii,
flumen eloquii,
medicina vitii,
spiritus consilii,
obumbrans matrem luminis
formasti partum virginis.

3 Stabilis, inmobilis
ac invariabilis,
magnus et laudabilis,
postulans gemitibus
inenarrabilibus,
solvis a reatibus,
imples charismatibus.

4 Donum electum,
donum perfectum,
dirigens rectum
dans et affectum.

5 Omnipotens, propitius,
sanctius, suavius et altius
quo nihil est iocundius,
quo nihil est et mundius.

6 Illuminator cordium
et expurgator sordium,
parens salutis omnium,
o lumen, o spes fidelium!
humilitas et pietas,
benignitas et dignitas
et largitas et castitas!

7 Qui prout vult et ubi vul
et unde vult et quantum vul
quoscumque vult et quo
quot vult,
inspirat, purificat,
munerat et magnificat.

8 Spiritus scientiae
sermoque sapientiae
lectoribus donetur,
vobis auditoribus
benevolisque omnibus
gratia inspiretur.

Carmen Hildeberti.

Spiritus Sancte, Pie Paraclite,
Amor Patris et Filii, nexus Gignentis et Geniti,
Utriusque bonitas et caritas, et amborum essentiae p
ritas
Benignitas, suavitas, iocunditas,
5 Vinculum nectens Deum homini, virtus adunans homine
Numini;
Tibi soli digno coli cum Patre Filioque
Iugis cultus, honor multus sit semper procedenti, a
utroque.
Tu mitis et hilaris, amabilis, laudabilis,
Vanitatis mundator, munditiae amator,
10 Vox suavis exulum moerentium, melodia civium gaudentiu
Istis solamen ne desperent de te,
Istis juvamen ut suspirent ad te;
Consolator piorum, inspirator bonorum, consiliator moe
torum,
Purificator errorum, eruditor ignotorum, declarator pe
plexorum,
15 Debilem erigens, devium colligens, errantem corrigen
Sustines labantem, promoves conantem, perficis amanter
Perfectum educis de lacu faecis et miseriae,
Deducis per semitam pacis et laetitiae,
Inducis sub nube in aulam sapientiae.
20 Fundamentum sanctitatis, alimentum castitatis,

Ornamentum lenitatis, lenimentum paupertatis,
Supplementum largitatis, munimentum probitatis,
Miserorum refugium, captivorum suffragium;
Illis aptissimus, istis promptissimus,
25 Spiritus veritatis, nodus fraternitatis,
Ab eodem missus a quo et promissus,
Tu crederis omnium iudex qui crederis omnium opifex;
Honestans bene meritos praemio,
Onustans immeritos supplicio,
30 Spiras ubi vis et quando vis; doces quos vis et quantum vis:
Imples et instruis certos in dubiis,
Firmas in subitis, regis in licitis:
Tu ordo decorans omnia, decor ordinans et ornans omnia,
Dicta, facta, cogitata,
35 Dicta veritate, facta honestate, cogitata puritate;
Donum bonum, Bonum perfectum,
Dans intellectum, dans et affectum,
Dirigens rectum, formans affectum, firmans provectum,
Et ad portas Paradisi coronans dilectum.

---

428. [*Salve festa dies toto venerabilis aevo Qua Deus ad coelos scandit et astra tenet.* De Ascensione. Thes. II. p. 181.]

---

429. [*Salve festa dies toto venerabilis aevo Qua Deus de coelo gratia fulsit homo.* In Festo Pentecostes. Thes. II. p. 182.]

---

430. [*Placatus quaesumus preces nostras.* In Feria Secunda post Pentecosten. Neale. Seqt. p. 62 e Missali Leodiensi 1513.]

1. Placatus quaesumus preces nostras alme Spiritus, audias,
2. Corda faciens nostra digna tibi domata:
3. A sedibus nostrae mentis cunctas pellens noxas, tetras fuga tenebras,
4. Nostris sensibus tuam unctionem ministrans:
5. Nostra tu cuncta purifica animarum antra,
6. Tu discipulos hodie visitans cunctarum eis gentium dederas effari linguas, atque proinde tua narrare magnalia.
7. Tu nostrae rubiginem auferas linguae cunctam. Alleluia.

2. Neale: *Liber, sine sensu, dogmata. Sed quum sea centa occurrant exempla, in quibus Graeca voce utuntur poeta medii aevi, ut Agie, elpis, anastasis, vix dubitare possu: quin emendatio nostra vera sit. Corda enim nostru habita cula sua facit S.S. Habitacula autem poeta noster, ut do trinam suam ostenderet, domata vocat: quo in verbo cu haesisset aliquis, Graecae linguae imperitus, dogmata eme davit.*

---

431. [*Promta mente canamus trinitati individua.* De S. trinitate. Thes. II. p. 57.]

---

432. [*Alma chorus Domini nunc pangat nomin summi.* De S. Trinitate.]

Thes. I. p. 273. Mone I. p. 5: *Hs. zu München, Cl 14322. f. 42. 11 Jahrh. als die letzte der Notkerischen S quenzen. Mit den Neumen. Die Verse, die zu einer Abthe lung gehören, haben unter sich die gleiche Melodie, wora hervorgeht, dass dieses Lied als ein Troparium behande wurde, was man aus dem Versmass allein nicht abnehme könnte.* Certum est in non nullis ecclesiis carmen hym locum obtinuisse, in aliis Sequentiae. Testatur Nealius, h beri et in Ordine Sponsalium et in Missali Andegavensi 152

Codex Monii saec. XI. 1. compangat. 3. homoou sios. 5. vocitatus ad est in. 6. ac med. 11. ischyro o theos pant. 12. in thesauro vitiose tui pro cui. Carme apud Monium quinque efficit strophas distinctas, quibus pra cedit versus exordii, in calce adjuncta est peroratio et dox logia.

---

433. [*Trinitas unitas deitas aeterna.* De S. Tri nitate.] Mone I. p. 9. (Hs. zu München. Clm. 1721 12 Jahrh.)

1. Trinitas, unitas, deitas aeterna.
   Majestas, potestas, claritas superna.
2. Lapis, mons, petra, fons, flamen, pons, semita.

Sol, lumen et numen, ca cumen, gloria.

3. Tu sator, amator, creator, salvator, redemptor et vitae janua.

Tu nitor et decor,
tu splendor, tu candor
et odor,
quo vivunt mortua.

4. Tu vertex et apex,
regum rex, legum lex,
et iudex,
tu laus angelica.

Quem laudant, adorant,
quem amant, quem cantant,
quem clamant
agmina coelica.

5. Tu theos, tu enos,
nitens flos, virens ros,
rege nos, salva nos,
perduc nos ad thronos
superos,
ad vitae gaudia.

Tu deus, tu iustus,
tu verus. tu bonus,
tu sanctus, tu summus
dominus,
tibi sit gloria
in excelsis.

Mone l. c.: *Dieses Lied beginnt mit drei Eigenschaften Gottes und schliesst mit sieben. Solche stufenweise Steigerungen kommen in spätern Liedern öfter vor und lassen sich am besten mit der Form der Troparien und Leiche verbinden, weil deren Strophenbau sich mit dem Inhalt erweitern kann. 5. Dieser Genitiv ἐνός hat hier kein Object und scheint lediglich des Reimes wegen gesetzt.* Forsitan legendam est tuere nos, vel simile quid. Servatae sunt intercisiones Monii.

---

434. [*Vox clarescat mens purgetur.* De S. Trinitate. Neale Seqt. p. 58 e Missali Xantonensi 1491.]

1. Vox clarescat, mens purgetur,
Homo totus aemuletur:
Dulci voce conformetur
Pura conscientia:
Patri, Proli, iubilemus:
Pneuma Sanctum praedicemus;
Unam laudem tribus demus
Quos unit essentia.

2. Pater, creans, increatus,
Nascens, ab aeterno natus,
Amor, ab his derivatus,
Sunt una substantia.
Tres personae Trinitatis,
Unum esse Deitatis,
Sunt eiusdem maiestatis,
Et idem per omnia.

3. Distinguuntur tres personae
Quaevis sua notione:
Non humuna ratione
Discernuntur talia:
Pater, Proles, et Spiramen
Opem ferant et iuvamen
Nobis reis, et levamen
A peccati sarcina. Amen.

---

435. [*Quicunque vult salvus esse.* De S. Trinitate. Neale Seqt. p. 264 e Missali Nidrosiensi 1519.]

1. Quicunque vult salvus esse,
Ipsum fidem est necesse
Servare Catholicam.
Haec est fides quae servatur
Et per vocem praedicatur
Cunctis Apostolicam.

2. Unus est in Trinitate,
Trinus est in Unitate
Deus creans omnia:
Trinus in personis Deus,
Erubescat hinc Iudaeus,
Unus in essentia.

3. Est sine principio Pater in essentia,
Verbum de principio par Patri potentia,
Utriusque Spiritus est convenientia.

4. Pater est ingenitus de se Verbum generans,
Filius Unigenitus, Patri non degenerans,
Spiritus non genitus ab utroque radians.

5. Nulla multiplicitas in Divinitate,
Personarum paritas est in Trinitate,
Indivisa Trinitas est in Unitate.

6. Patri natus similis Patris est imago,
Sed non rei facilis huius est indago,
Sit in fide stabilis humana propago.

7. Non est necessarium nostrae parvitatis
Velum alto tollere summae Trinitatis,
Ubi nostra saepius est concussa ratio,
In errorum fluctibus vix enavigatio.

8. Absolvamus anchoram a profunditate,
Et laxemus carbasa cum securitate,
Ubi navigatio levi patet rate,
Ubi portus trahitur in tranquillitate.

5. Liber: paritas est in unitate.

436. [*Voce jubilantes magna.* De S. Trinitate. Neale Seqt. p. 266 e Missali Nidrosiensi 1519.]

1. Voce jubilantes magna,
2. Regi summo devote per saecula,
3. Personemus maxima laudum vota.
4. Coelum, sidera, luna, sol, et omnia aetherea,
5. Tellus, aer, et mare, fontes et flumina.
6. Omnis creatura concelebrare non desinit,
7. Laude continua, cuncta creantis magnalia.
8. Majestas cujus est unica decenter in Patris gloria.
9. Quem laudant superna jugiter agmina voce dulcisona
10. Qui proclamant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Deus, Hosanna,
11. Quem decet omnis laus, honor, virtus, salus et gloria.
12. Aurem tuam nobis inclina;
13. Supplicibus veniam tu dona,
14. Ut te collaudemus in saecula. Amen.

5. Neale: *Excidit* profunda *vel aliquid simile.* At ero cum in strophis 5—6 nulla vox epitheto ornata sit, lia vox supplenda est trisyllaba, fortasse, terra et maria t tellus repondeat aëri, terra autem mari.

---

437. [*Iubilemus cordis voce.* De S. Trinitate. eale Seqt. p. 267 e Missali Nidrosiensi 1519.]

Iubilemus cordis voce
nostro salutari,
iubilemus et psallamus
[nunc] omnipotenti.

Resonet factura sua
quanta valet laude:
resonet iocunda suo
[laudem] creatori.

Qui creavit omnia
coaeterna Prole;
qui fecit et omnia
Spiritu dictante.

Qui munivit paradisum
lucidis ministris;
qui depinxit firmamentum
sole, luna, stellis.

5. Qui ornavit aërem
volucrum catervis;
qui vestivit aridam
frondibus et herbis.

6. Qui ditavit Thetidem
piscibus marinis;
locupletem fecit terr am
quadrupedum formis.

7. Qui deducit super terram
rivulos aquarum;
qui suspendet subter astra
nimbos pluviarum.

8. Qui vernali facit flatu
flores redimiri;
autumnali sole coctos
fructus colorari.

9. Albicare late campos
hiemali nocte,
cum flavescunt late messes
aestivali luce.

10. Qui statuit hominem
regem creaturae,
qui si vellet, immortalis
potuisset esse.

11. Sed de regno exulavit
sua vanitate,
quem reduxit Dei verbum
sua pietate.

12. Lauda plasma redemptorem
viscerum medullis,
ut redimi mereamur
civibus superis. Amen.

Neale: *Rhythmum huius prosae permirum esse vel inspicienti patet. Homoeoteleuton enim quo clauduntur versus, quamvis in trochaeo terminantur, simplex est, non duplex, ideoque cum accentu pulsat.*

1. 2. Addidit N. voces nunc laudam, ut constaret versus. 4. Liber: sua luna stellis. 8. redimiri coniectura Nealii: Liber reddere. Ego legere malim redolere.

438. [*Patrem Natum Paracletum*. De S. Trinitate. Ecclesiologist XCVII, Aug. 1853 p. 234 e Missali Pictaviensi manu scripto saec. XIV quod asservatur Lisbosae in „Bibliotheca Nacional."]

1. Patrem, Natum, Paracletum,
Una in essentia,
Deum unum vere tamen
Tria singularia:
Per ea quae singulorum
Singula sunt propria,
Sic divisa, ut nec plura
Sint convenientia
Uni Trium atque Tribus
Aliqua communia,
Sed diversa de diversis
Sunt praedicabilia.

2. Non est enim Natus, Pater,
Et ab eis alia
Est qui spirat ab utroque
Omnium concordia.
Sunt tamen existens unum
Absque differentia,
Prorsus idem, simplex, unum
Non tria simplicia.
Unum verum principium,
Non multa principia:
Unus auctor, idem esse
Quo solo sunt omnia.

3. Quae creata, multis locis
Sunt variabilia.
Nec sunt ipsum, quod sunt vere
Multis subsistentia:
Soli namque sunt id quod sunt
Et unus substantia,
Deus Pater, et ex eo
Nata Sapientia,
Atque Spiritus amborum
Qui datur in gratia:
Quibus uni vero Deo
Honor sit et gloria. Amen.

Sane dogmatum scriptorem atque interpretem quod carmen, minus postam. Eccles. l.

not very usual, seems to have been a favourite one of the Church of Poitiers. Two other examples are given in Mr. Neale's book.

---

439. [*Salve festa dies toto venerabilis aevo Qua Deus ecclesiam dicat honore suum.* In Festo Corporis Christi. Thes. II. p. 183.]

---

440. [*Ave caro Christi regis veneranda.* De Venerabili Sacramento. Thes. II. p. 200. Neale Seqt. p. 25 e Missali Pragensi 1522. Dicta est in missis votivis de Sacramento quintis feriis in Septuagesima et Quadragesima.]

Ave, Caro Christi Regis veneranda,
Esca gregis novae legis admiranda.
Tu fidelibus, horis omnibus, es adoranda:
Casto corde, sine sorde, digne manducanda.
Te colit rite Panem Vitae Ecclesia;
Dux victorum, et reorum es venia.
Tu, cibus salutis, nos in te satia;
Tu lapsorum sublevamen orna praesidia.
Tu moestorum es levamen, cordis laetitia.
Nos de mundi miseria duc ad aeterna gaudia,
Ut firmemur praesentia tua, et suavi gloria. Amen.

---

441. [*De superna hierarchia.* De S. Sacramento infra Septuagesimam et Quadragesimam. Neale Seqt. p. 26.]

1. De superna Hierarchia,
Vera descendit Sophia
In uterum Virginis:
Optatus Dux in hac Via,
Venit natus de Maria,
Esse portans hominis.

2. Magnae Matris magnus Natus,
Modo miro mundo natus,
Mundi tollit crimina:
Aufert morbos, dat salutem,
Ante suos fert virtutem,
Hostis fugans agmina.

3. Zelator mirabilis,
Effectus passibilis,
In Cruce damnatur:
Legislator veteris
Legis plagis asperis
Pro nobis plagatur.

4. Agnus in Cruce levatus,
Et pro nobis immolatus,
Fit salutis hostia:
Vitae nostrae reparator,
Et virtutum restaurator,
Coeli pandit ostia.

5. Sacramenta dictat prius
Coena magna, bene scius
Quae iam erant obvia:
Praebens panem benedicit;
Hoc est Corpus meum, dicit;
Sit mei memoria.

6. Data benedictio
Fit a Dei Filio
Vini propinati;
Et cum benedicitur,
Tunc Sanguis efficitur
Verbi Incarnati.

7. Deo nota sunt haec soli:
Credi debent atque coli,
Amoto scrutinio:
Iustus tantum expers doli
Sumat illa: — sed tu noli
Involute vitio.

8. Cave, Iuda, ne dameris:
Petre, sume ut salveris:
Cibus est fidelium:
Ad cuius mensam armatur
Iustus, reus et nudatur,
Praeda factus hostium.

9. Tua, Christe, sunt haec mira;
Serva sumentes ab ira
Iudicii:
Orna nos veste gratiae,
Defende nos a facie
Supplicii.
Reparator salvifice,
Dignos cibo nos effice,
Medicine coelice.

1. Esse = essentia. 4. Fortunatus *agnus in cruce levatur immolandus stipite.* 9. Neale: *Vel legi debet* medicina coelica *vel* medicine *pro* medice *vitiose ponitur.*

---

442. [*Recolamus sacram coenam.* De S. Sacramento. Mone I. p. 278 e codice Reichenav. 30.]

1. Recolamus sacram coenam,
tam suavem quam amoenam,
in qua fratrum duodenam
turbam Christus habuit.

2. Coenam nostri redemptoris
celebremus, cum auctoris
institutum tum amoris
signum et memoriam.

3. Ex hoc mundo transiturus
dulcis Iesus et passurus
et ad patrem regressurus
fecit hoc convivium.

4. In hoc agnum manducavit
plene legem et servavit,
quo comesto terminavit
legem, ipsam finiens.

5. Panem sumpsit quo peracto,
sacris manibus quo tacto,
benedicto quoque fracto
dixit suis fratribus:

6. „Meum corpus, quod tradetur
et pro vobis morietur,
novae legis quod dicetur
hoc cunctis assumite.

7. Manducetis assumentes
et de calice bibentes
scite, illud facientes
in mei memoriam."

8. Postquam haec mandata dedit,
ipse de se ipso edit,
nec ab hoc se ipsum laedit,
sed stat esus integer.

9. Omnes fratres hoc egerunt,
omnes Iesum comederunt,
nec ipsum ob hoc laeserunt,
sed exstat incolumis.

10. Mira Iesus operatur,
cum a multis manducatur,
totus tamen conservatur,
nec fracturam patitur.

11. Hic est panis sumptus digne,
a Gehennae servans igne,
qui, si sumptus sit indigne,
mortem dat perpetuam,

12. Istum ergo qui manducat,
se expurget, ne inducat
hunc ad mortem, sed perducat
ad aeternam gloriam.

13. Panis vivus Christus Iesus,
qui dat vitam digne esus,
qui cum dentibus sit caesus,
est illaesus penitus.

14. Nos qui pascat in hoc mundo,
quot hic stantes corde mundo
locet post hoc in iocundo
regno suae gloriae.

Mone l. c.: *Dieses Lied ist ein Seitenstück des vorigen No. 210 (Lauda Sion), und schliesst sich deutlich an dasselbe in Ausdrücken und Gedanken an; in der Behandlung weicht es aber durch den Strophenbau und die kürzere Fassung davon ab. Es ist also jünger als Thomas von Aquino, der 1274 starb.*

1. Cod. de qua. 2. actoris — in amoris — con mem. 5. Mone: atque *wäre besser.* 7. Cod. scitis. 8. Mo.: edit *im Sinne von* promit. Ut mihi videtur poëta opinatur Dominum ex ipsa carne sua manducasse. Cod. ab hoc — laesit. 9. Cod. ab hoc. 12. Cod. nec ind. 13. Mo. mavult legere quamquam. Cod. et ill. 14. Mo. pro quot legit quos.

---

443. [*Hodiernae lux diei Sacramento vere rei.* De S. Sacramento. Neale Seq. p. 269 e Missali Nidrosiensi 1519.]

1. Hodiernae lux diei
Sacramenti vere rei
Renovat memoriam;
Huius virtus sacramenti
Mentem sanat et sumenti
Digne confert gratiam.

2. Hoc promissum ab aeterno
Die patet hodierno
Nobile viaticum:
Hoc in manna figuratum
Nobis est e coelo datum
Munus honorificum.

3. Hic est panis quem ostendit
Moyses, ut lex praetendit,
In deserto populis;
Iste panis angelorum
Quem in coena rex coelorum
Praebuit discipulis.

4. Panem hunc quo vivit mundus
Quem si sumas culpa mundus
Mentem luus reficit:
Ad credendum quod non vides
Te confirmet vera fides,
Nam haec sola sufficit.

5. Salve panis immortalis,
Cibus dulcis his quos alis:
Salutaris hostia,
Qui das escam te timenti,
Potum verum sitienti,
Nos hoc cibo socia. Amen.

---

444. [*Salve festa dies toto venerabilis aevo Qua sponso sponsa iungitur ecclesia.* In Dedicatione ecclesiae. Thes. II. p. 184.]

---

445. [*Plaudant chori hanc diem praeclaram omnes.* In Dedicatione ecclesiae. Mone I. p. 326. (Reichenauer Perg. Hs. No. 299. 14. Jh.)]

1. Plaudant chori
hanc diem praeclaram, omnes
concinentes
Mente tota,
sincera, iusta, devota
ac benigna.

2. Concrepet organicis
modulis et canticis
laude digna.
Proferat haec concio
laudem atque gloriam
summo deo,
Qui creavit sidera,
coelum, terram, maria
et omnia.
Qui et reis veniam,
lapsis indulgentiam
dat contritis.
In hac domo hodie,
quae est suo nomini
dedicata.
Ibi omnes angeli,
ibi sancti decantant
laudem deo.

3. Haec est domus domini
firmiter fundata
et gemmis pretiosis
decorata.
Hic locus terribilis,
laude ineffabilis
vereque laudabilis
omni genti.

4. Iesu rex benigne,
tu nobis tribue
remissionem peccatorum,
Ut tecum vivere
valeamus semper
in regno tuo per saecula.

Monii est stropharum ordo ac dispositio.

---

446. [*Laetabundus exultet fidelis chorus coelestis curiae.* In Dedicatione. E Missali Sarisburiensi elegantissimam sequentiam nobis communicavit Nealius.]

1. Laetabundus exultet fidelis chorus
Coeli curiae.
2. Cubiculum ornatur reginae torus
Regis gloriae.
3. In tali connubio habit lappa lilio
Soli stella.
4. Cum miro consortio animae fit unio
Dei cella.
5. Celebrantur hodie Christi et ecclesiae
Castae nuptiae:
6. Sicut iungit spiritum homo Deus subditum
Iugo gratiae.
7. In hoc matrimonio caro Dei filio
Nupsit nobili:
8. Ipse vero filius summus et eximius
Genitus humili.
9. Imus summus petiit et sponsam expetiit, quam de nigra gestiit
Candidare.
10. Fit quod disposuit, quia foedam potuit quando sibi placuit
Emundare.
11. Aucilla propera, ut nas libera, cum viro regnans sceptrum gere.
12. Sponsum considera quem velat litera: ipsum revelat fides vera.

447. [*Sanctae Sion adsunt encaenia.* In Dedicatione ecclesiae.] Neale Seqt. p. 252. e Missali Nidrosiensi 1519.]

1. Sanctae Sion adsunt encaenia;
Desponsatur praesens ecclesia.
2. Stans amicta virtutum gloria,
Passim organa sonant dulcia.
3. Rorant coeli misericordia;
Fluunt nubes, stillat iustitia.
4. Sponsus adest, natus ex Maria,
Sanans mundum indulta venia.
5. Iungit sibi Christus Ecclesiam;
Septiformem dat ei gratiam.

6. Sacramenta fiunt paschalis;
Proponuntur vitae ciboris.

7. Ad has Agni coelestis nuptias
Vocat suos Paterfamilias.

8. Adest Abel, fert innocentiam;
Intrat Noe, portat iustitiam.

9. Melchisedec, pro sacerdotio
Benedicens, sedet in medio.

10. Hic Abrahae fidei veritas;
Spes Isaac, et Iacob caritas.

11. Stat Moyses cornuta facie;
Solem tenens triumphat Iosue.

12. Puer David trucidat Goliam:
Rex Psalmorum pangit melodiam.

13. Simul astant Lex et Prophetia,
Confirmata per Evangelia.

14. Foederantur terris coelestia:
Complet Deus omnibus omnia.

---

448. [*Stans a longe qui plurima perpetravit f nora.* Diebus Dominicis. Thes. II. p. 58.]

449. [*Omnes una celebremus.* De die Domini Clichtovaeus in Elucidatorio. Neale Seqt. p. 251.]

Omnes una celebremus,
Celebrando veneremus,
Christi nunc solemnia.
Ecce dies magnus Dei,
5 Dies summae requiei,
Dies est Dominica.
In qua mundus sumpsit exordium,
In qua vita cepit initium,
Haec est dies,
10 In qua Christus contrivit inferos,
Plasma suum vexit ad superos,
Haec est dies:
In qua pax Apostolis,
Datur clausis januis.
15 A divino munere.
In qua Sancti Spiritus
Sunt repleti gratia
Doctores Ecclesiae.
In eadem sumitur
20 Tuba Evangelii
Praedicandi populo.
Est in hac prohibitum
Ne fiat pontificum
Nisi consecratio,
25 Ergo debet venerari,
Et devote celebrari,
Dies haec sanctissi

Celebrantes veneremus,
Et devote postulemus
30 Ut die novissima
In aeterna requie,
Nostrae vivant animae
Redemptoris gratia. Amen.

2. 28. Clicht. venerem ur, recte N. veneremus, m V. 25 verbo venero utatur poëta. 22—24 Clichtov.: m celebris et sancta est dies Domini, ut episcoporum con-ratio non nisi in die Dominica fieri debeat, secundum ca-nicam sanctionem. 30. C. novissimo.

---

450. [*Exultemus et laetemur et Andreae delecte-r Laudibus Apostoli.* De S. Andrea. Thes. II. p. . Neale Seq. p. 77. e Missali Andegavensi 1523. (In tava.)]

Exultemus et laetemur,
Et Andreae delectemur
Laudibus Apostoli:
Huius fidem, dogma, mores,
Et pro Christo tot labores
Digne decet recoli.

Hic ad lucem Petrum duxit,
Cui primum lux illuxit
Iohannis indicio:
Secus mare Galilaeae
Petri simul et Andreae
Sequitur electio.

Ambo prius piscatores
Verbi fiunt assertores,
Et formae iustitiae:
Rete laxant in capturam,
Vigilemque gerunt curam
Nascentis Ecclesiae.

A fratre dividitur,
Et in partes mittitur
Andreas Achaiae:
In Andreae retia
Cadit Dei gratia,
Magna pars provinciae.

5. Fide, vita, verbo, signis,
Doctor pius et insignis
Cor informat populi:
Ut Egeas comperit
Quid Andreas egerit,
Irae surgunt stimuli.

6. Mens secura, mens virilis,
Cui praesens vita vilis
Viget patientia:
Blandimentis aut tormentis
Non enervat robur mentis
Iudicis insania.

7. Crucem videns praeparari,
Suo gestit conformari
Magistro discipulus:
Mors pro morte solvitur,
Et crucis appetitur
Triumphalis titulus.

8. In cruce vixit biduum
Victurus in perpetuum:
Nec vult volente populo,
Deponi de patibulo.

9. Hora fere dimidia,
Luce perfusus nimia,
Cum luce, cum laetitia
Pergit ad lucis atria.

10. O Andrea gloriose,
Cuius preces pretiosae,
Cuius mortis luminosae
Dulcis est memoria:
Ab hac valle lacrimarum
Nos ad illud lumen clarum,
Pie pastor animarum
Tua transfer gratia.

2. Clicht. ad fidem. Neale: *Magis Adamo consonus esset* petram. Omnino oritur verborum lusus, at turbatur alius, qui in hoc stropha Adamo placuit: lucem — lux — illuxit. 4. Clicht. currit Dei gr. 6. Andag. mens secreta — cuius patris vita vilis.

---

451. [*O felix virgo Barbara Ex stirpe regum genita.*] De S. Barbara. Thes. II. p. 160.]

Mone III. p. 216: *Ein Reimgebet in 8 Strophen, die diese Heilige steht in der Hs. zu St. Peter in Salzburg, V. 35 des 15. Jh. und fängt so an:* O felix virgo Barbara, ex stirpe regum genita, Te laudant coeli agmina, Tu consolare servulos, In laude tua sedulos, Virginum tu virgo flos.

452. [*Ave praeclara Barbara.* De S. Barbara. Mone III. p. 214.]

1. Ave praeclara Barbara, hanque tua tenera best vita cruciatu
2. Fingo sponsa nata, domino grata, aevo puerili
3. Virgo legis Torham rectique normam capiens matutine
4. Tu domus patris, te superbia tota mutis recognoscit ho
5. Tu conflicturah [illegible] triumphatorem sacerdotis
6. Tu agnum poeli [illegible] Mens corde fideli, [illegible]

7. Tuque furentem iudicem teque terrentem despiciens cultum penatum detestaris, tormentis variis dire cruciaris.
8. Hinc in carcere mox recluderis luce serena circumdaris, dum obsequitur incarceratae coelestis nuntius tibi victrici beatae, cui dominus Iesus Christus apparens confortans te nihilominus.
9. Hinc sanitas plena tibi redditur, orantique vox coelo mittitur et promittitur pro quibus oras solamen, sicque decollata sanguine roras, hinc abstuleris.
10. Fac virgo ante mortem corpus Iesu praegustare, curare vulnera peccatorum nosque solidare, ne superemur sed per criminum victoriam coronemur.
11. Fac igni fero nos et severo non tradi, sed vero reconcilia nos creatori, dans ut tentatori non succumbamus sed nocentium insidias devincamus.
12. Audi nos, nam te dominus sponsam suam honorat.
13. Salva nos, Iesu, pro quibus Barbara te exorat.

Mone l. c.: *Aus geschriebenen Zusätzen des 15. Jahrh. einem alten Messbuch zu Neuhausen bei Pforzheim. Dieses ed ist nach dem Muster von No. 555* (Ave praeclara aris stella Thes. II. p. 32) *gemacht und einzelne Ausdrücke und Wendungen sind wörtlich nachgeahmt. In der N ist aber das Versmass nicht beachtet!* Addi poterat, S. irbarae praecenem strophas 14. 15. 16 carminis Mariam orsus omisisse.

4. Cod. urbs Av., at recte monet Monius, versum iam sto longiorem esse. 5. Mo. mavult legere et tr. 6. Mo. nitoris tui, sed male. Stropha sexta carminis Ave aeclara est XXXV syllabarum. Voce tui addita, appant syllabae XXXVII. 7. Mo. pen. cultum. 8. Mo. coeli ntius. sed iterum turbat V. D. iustum strophae ordinem. r. octava in prosa Ave praeclara LXV est syllabarum: numerus et in nostro servatus: legendum coelestis. confortat. 9. Mo. emittit hinc. at vero cum nona oque stropha sequentiae normativae LXV syllabarum sit, desideretur syllaba sexagesima quinta, hinc tenendum t. In sequentibus delet Mo. que post oranti. Fortasse dentia disyllabum; sic strophae ratio exposcit syllabam am que. 10. stropham decimam misere tractavit Monius, titionibus suis seductus. Stropha decima Hermanni Contracti IX syllabarum est: diligenter poeta supra scripti carminis opham expressit. Nihilominus Monius quinque syllabis truncatis legit fac nos corpus. At vero haec audacia

non solum metrum turbat, sed etiam sensum. Nam non id precatur poëta, ut S. Barbara interveniente nobis detur accessus ad coeleste convivium in universum: ut ante mortem S. Barbarae suffragio omnibus Christianis sacrum viaticum concedatur, fusis precibus orat. Praetermisit Monius singulare S. Barbarae privilegium notissimum, expressum e. g. in collecta, quae obvia est in Proprio Freiburgensi: Intercessio quaesumus Domine beatae Barbarae Virginis et Martyris tuae ab omni nos adversitate protegat; et per eius interventum gloriosissimum sacrosancti corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi ante diem exitus nostri per veram poenitentiam et sinceram confessionem percipere mereamur. Cf. Thes. I. p. 174. — Mo. vuln. cur. pecc.

---

453. [*Laeto corde resonemus Et in arce iubilemus.* De S. Barbara. Thes. II. p. 218.]

---

454. [*Novae laudis harmoniae Coeli clangant hierarchiae.* De S. Barbara. Thes. II. p. 223.]

---

455. [*Laude condignissimus dies.* De S. Nicolao Thes. II. p. 56.]

---

456. [*Laus et gloria Deo sit in saecula.* De S. Nicolao. Thes. II. p. 179. Mone III. p. 451. (Hs. z. Stuttgart 20. 12. Jh. mit Neumen.)]

1. Laus et gloria deo sit in saecula,
2. Qui nobis Nicolaum tradidit sanctum praesulem,
3. Virtutum donis plenum ac suae laudis cupidum.
4. Mundana mater quem profudit Patera,
5. Urbs quondam clara in te pollens, Graecia.
6. Mox infans mundus semel mammas suxit, bis in sabbato
7. In quarto atque sexto die vacans abstinentiae.
8. Hic iuvenis florens limina frequentavit ecclesiae,
9. Spiritui corpus nobile subiciendo sedule.
10. Electura omnium conscendit pontificam.
11. Ex divino munere praeditus adit gloriae.
12. Hic patrem de filiarum stupro tractantem mente patria miseratus est,
13. Condoluit auri pondo formae virginum, quod clam intulit noctis tempore.

14. Hic tres iuvenes insontes, morti destinatos, eruebat liberos.
15. Duram praesidem ac delatores increpavit sub verborum stimulis.
16. Tempore famis copiam frugum auxit precibus;
17. Ovium vitam tutari cautus pastor studuit.
18. Hic idola destruxit vana, erigens Christi templa lucida;
19. Simulacrum Dianae fregit ac fraudes machinatus erant.
20. Paene periclitatos natos tranquillo mari facto confirmaverat;
21. Regem somno iacentem propter mactandos strati latens deterruerat.
22. Tumba illius oleum emanat, quo si debilis delinitur aliquis recedit incolumis.
23. Hunc vox omnium efflagitet supplex, ut in precibus sacris nostra crimina dissipare satagat.
24. Antistes Nicolaus electus.

Titulus Sequentiae est Occidentana. Modum sequitur celebratissimi carminis Spiritus Sancti adsit nobis gratia.

---

457. [*Nicolaum confessorem Lauda pium et pastorem.* De S. Nicolao. Thes. II. p. 223.]

---

458. [*Sospitati dedit aegris olei perfusio.* De S. Nicolao. Thes. II. p. 256. Mone III. p. 461. (Hs. zu München Clm. 10909. 15. Jh. A. Hs. von St. Peter zu Karlsruhe 32 des 15. Jh. B.)]

3. B. Mo. relevavit. A. B. bivio. 4. A. auro. 5. A. versum. 6. A. aquam. 7. B. l. incola — concinit. 8. A. possit. 9. A. B. Mo. regreditur.

Mone l. c.: *Das Lied scheint nur die Hälfte eines Hymnus zu sein* (?)

459. [*Beatus Nicolaus pontificatus infulis decoratus.* De S. Nicolao. Du Méril Poésies Populaires antérieures au XII siècle p. 173. Bibl. Roy. ms. 5583 *dont l'écriture remonte au Xe siècle.* (?)]

460. [*Conceptio Mariae virginis.* In Conceptione B. V.]

Thes. II. p. 208. Cf. Brandert Cat. No. 149. Mone p. 22. Reichenauer Antiphonar zu Karlsruhe No. 209. n der Melodie, 14. Jahrh., nach den Halbstrophen zum Wec selgesang eingerichtet A. Hs. im Seminar zu Trient, 1 Jahrh. mit der Melodie B, wo es Sequentia in *nativitate* v. überschrieben ist und daher mit *Nativitas* anfängt. Hs. d Klosters S. Paul in Kärnthen No. 48 des 15. Jahrh. C. I zu München Clm. No. 101. des 14. Jahrh. mit der Melod E. Hs. des Klosters S. Peter in Salzburg V. 16. des 1 Jahrh. D. Von einem französischen Verfasser.)

1. Conceptio Mariae virginis,
quae nos lavit a labe criminis,
celebratur hodie,
dies est laetitiae.
de radice Iesse propaginis
hanc eduxit sol veri luminis
manu sapientiae,
suae templum gloriae.

2. Stella nova noviter oritur,
cuius orta mors nostra moritur,
Evae lapsus iam restituitur
in Maria.
ut aurora surgens progreditur,
velut luna pulchra describitur,
super cuncta ut sol eligitur
virgo pia.

3. Virgo clemens et virgo unica,
virga fumi, sed aromatica,
in te coeli mundique fabrica
gloriatur.
te signarunt ora prophetica,
tibi canit Salomon cantica
canticorum, te vox angelica
protestatur.

4. Verbum patris processu temporis
intrat tui secretum corporis,
in te totum et totum deforis
simul fuit.
fructus virens Arentis arboris
Christus gigas immensi roboris
nos a nexu funesti pignoris
eripuit.

5. O Maria, dulce commerciam
intra tuum celasti gremium,
quo salutis reis remedium
indulgetur.
O vera spes et verum gaudium,
fac post vitae praesentis stadium
ut optatum in coelis bravium
nobis detur.

1. Et festivitas M. Accommodavit liber Sequentiam omnibus Mariae sollemnitatibus. A. lavat. E. lavet. 2. M. destruitur in M. B. tu aurora. A. egreditur. E. Mo. erigitur Expressit poeta locum Canticorum: *quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna „electa" ut sol?* 4. Mo. deforis *genuu das französische dehors.* 5. A. intra tui. C. coeleste. A. B. E. coelesti.

---

461. [*Potestate non natura.* Neale Seqt. p. 80. indagavit prosam in Missali MS. bibliothecae Guelferbytanae circa 1500 exarato „In Conceptione B. M. V." (G) Mone II. p. 85, praetermissa Nealii scriptura, tres codices inspexit (Hs. der Bibliotek Brera in Mailand 15. Jh. A. Hs. zu Admont No. 257 12. Jh. B. Hs. daselbst 502 des 12. Jh. C) Inscribit Monius: In Nativitate Domini.]

1. Potestate, non natura,
Fit Creator creatura,
Reportetur ut factura
Factoris in gloria:

2. Pradicatus per prophetas,
Quem non capit locus, aetas,
Nostrae sortis intrat metas,
Non reliquens propria.

3. Castitatis in tenorem
Plasma gignit plasmatorem:
Virgo parit Amatorem:
Lactat Patrem filia.

4. Argumentum genituraе
Huius nescit ius naturae;
Suae legis fracto jure,
Stupet de potentia.

5. Coelum terris inclinatur:
Homo Deus adunatur:
Adunato famulatur
Coelestis familia.

6. Rex Sacerdos consecratur,
Generalis qui monstratur
Cum pax terris nunciatur
Et in coelis gloria.

7. Causam quaeris, modum rei?
Causa prius omnes rei:
Modo justum velle Dei:
Sed conditum gratia.

8. O quam dulce condimentum,
Nobis mutans in pigmentum,
Cum aceto fel cruentum
Degustante Messia!

9. O salubre sacramentum,
Hoc nos ponit in iumentum,
Plagis nostris dans unguentum
Ille de Samaria.

10. Rex Salomon erigitur:
Dei Templum construitur;
Quoniam concipitur
Per quem datur gratia.

11. O quam felix Conceptio
Per quam venit Redemptio;
Cum Virgo Dei Filio
Praeparavit uterum.

12. Ille alter Helisaeus
Reputatus homo reus,
Suscitavit Homo Deus
Sunamitis puerum.

13. Hic est Gigas currens fortis
Qui, destructa lege mortis,
Ad amoena primae sortis
Ovem fert in humerum.

14. Vincit, regnat, Deus Homo:
Trahens orce lapsum pomo:
Coelo tractus gaudet homo
Denum complens numerum.

15. [Nos igitur iubilemus.
(Et) conceptum celebremus;
Voce, votis, exclamemus,
Ave Sancta Maria!]

16. Patris Mater, meta vatum,
Ora Patrem, iube Natum,
Nos ut ducat ad optatum
Plenum pace gloria:

17. Quo refecti visu Dei
Cantemus Alleluia. Amen.

1. G. reparetur. 2. A. noster. B. C. intra Strophi tertia in B. C. quartum tenet locum. 3. A. plama. A. B salvatorem. C. tacto. 4. G. vis nat. B. tracto 5. A. adiuvatur — adiuvato fam. 6. G. gen. quod A. — alisque. A. Mo. pax ministratur. 7. Stropha mi rum in modum perturbata. A. causam quaeris modun rei, causam prius omnem rei mundus, iustun velle Dei. B. C. causam quaeris, modum rei, caus prius omnes rei, modus iustum velle Dei. G. crau sam quaeris modum rei causam prius omnes re modum iustum velle Dei seu. Nullus ex coniectura clausae quaeris modum rei? causa prior omnes rei deinde iustum velle Dei sed cond. gr. Mone cau sam quaeris modum rei? causa prior omnes rei modus iustum velle Dei, sed cond. gr. Verba cau sam quaeris, modum rei? nunc librorum auctoritate re ficta sunt. In sequentibus cum omnes codd. consonent in voc prius tenenda est, ita ut respondeat voci modo, quar recte praebet cod. G. Sensus: Causa olim erat hominur culpa, nunc voluntas Dei iusta, sed misericordia sua tempe rata. 8. A. dulcis. G. imitans in p. 9. G. hic no ponas. A. B. ponet. 10. 11. desideratur in omnibus co dicibus Monii. Turbant stropharum ordinem atque senten tiarum affinitatem. Procul dubio spuriae sunt. 12. G. re putatur — suscitatus. A. suscitans. 13. B. C. hu meris. 14—17. desunt in cod. C. 14. A. vivit. B. Mo. vicit G. orto. A. horren Mo. *entstanden aus der Schreibart* hoto d c Fortasse legendum est cum G. horto trahens hominem du in horto pomo lapsus est. B. gaudet coelo tr. nu 15 no

exstat in libris Monii. Ut 10. 11. adscripta est ut carmen propius pertineat ad Conceptionem. 16. G. mat. sola matrum — nos ind — A. meta natum — dicat ad hoc statum B. induceat. Mo. ad hunc statum. 17. B. referti. G. iussu. A. adest: amen dicant omnia, deo gratias.

1. August. de trinit. 3, 26: *Christus natus non est per conditionem sed per potestatem.* 14. Neale: *Alluditur ad notissimam de denis denariis parabolam. Novem enim Angelorum ordinibus iam decima additur drachma, redempta sc. humanitas.*

Iure opinatur Nealius, praeclarissimam sequentiam sapere ingenium Adami.

---

462. [*Quam figurat lux primaeva.* In Festo Conceptionis. E Missali Upsalens 1513 Ecclesiologist XCVIII Octob. 1853 p. 354.]

1. Quam figurat lux primaeva,
Caput vermis calcans Eva,
Mundum intrat hodie;
Haec est quae nescivit torum
Paternorum delictorum,
Dono fulta gratiae.

2. Innocenter ambulantes
Legem Dei meditantes
Parentes promeruit:
Tam devotos contorales
Castitate sociales
Mundus nunquam habuit.

3. Iustam quippe ducunt vitam,
Pietate redimitam,
Miserando miseris:
Duo stabant infecundi
Supportantes gemebundi
Legis probra veteris.

4. Venit tempus, quo prodiret
Ovem lapsam qui requiret
Natus in splendoribus;
Solem parat ad amictum,
Corpus Matris benedictum,
Resplendens virtutibus.

5. Labem si quam vides solis
Famam migrat huius prolis;
Sed non fas est dicere
Solis rotam maculari,
Nec hanc prolem denigrari
Culpae quovis genere.

6. Absit a te, mens humana,
Suspicari quaeque vana
Dum divinum agitur.
Opus istud singulare
Perscrutantem quaerit quare
Sic in altum rapitur.

7. Cessent ergo detractores,
Ignes flantes vastatores,
Dentes fraenent duriores,
Contendentes maculam
Carnis Adae profluxisse,
Nec conceptum hunc transisse,
Quin traductum polluisse
Propter carnis regulam.

8. Quod excedit notionem
Non requirit rationem
Sed divinam unctionem;
Ergo mente sedula
Coeli Regem adoremus,
Matrem Regis collaudemus,
Ut cum illis conregnemus
Per aeterna secula.
Amen.

Eccles: This is, perhaps, an unique example of a quence containing, certainly of a sequence polemically asser the doctrine of the Immaculate Conception.

---

463. [*Pretiosa mors Sanctorum.* De S. Kan Ecclesiologist XCVII. Aug. 1853. p. 134 e Missali Hafnie VII. Jan.]

1. Pretiosa mors Sanctorum
In conspectu Domini:
Quanta salus sit Iustorum
Sancto patet homini
Qui in tanto se aptavit
Christiano nomini,
Quod se totum copulavit
Veritatis lumini.

2. Invitatur hoc in die
Ad regis convivium;
Universae carnis viae
Sanctus tangit bravium;
Causa mortis diffinitae
Rei dat Indicium,
Quod sit finis huius vitae
Vitale initium.

3. Pater Regis et Regis filius
Dictus Dux: Rex dici melius
Vir justus poterit:
Se regebat Rege nobilius,
Fœdus pacis servans fidelius,
Ut res innotuit.

4. Hunc ad pœnas innocentum,
Vel ad paces persequentum
Fideles Ecclesiæ,
Non vox flectit suggerentis,
Nec jus movent iustæ mentis
Preces aut pecuniæ:
Salus erat suæ gentis:
Virtus recte incedentis
Causa fit invidiæ:
Zelus patet sævientis
Contra Ducem incedentis
Grassantur insidiæ.

5. Erat sancto sanguine
Cunctus magnus homine?
Nil in nequam homine
Profuit propinquitas:
Ducem, decus Daniæ
Circumcinxit acie
Et sub pacis fœdere
Prodit iniquitas.

6. Auctor doli duci soli
Velle loqui simulat;
Sanctus credit et obedi
Solus ei obviat.

7. Dum tractatur et cautis
De regni regimine,
Vulneratur mortis data
Martyr sine crimine.

8. Est indutus Dux Kanuti
Toga tincta sanguine
Nuptialis vestis talis
Est cœlestis gratiæ,

9. Vita vilis et exilis
Transit per martyriu
Quo est Vita acquisita
Quæ non habet termin

10. Pretiosa mors Kanuti:
Surdi, cæci, claudi, mu
Sunt saluti restituti
Eius patrocinio?
Huius preces nos adiuti
De salute simus tuti,
Ne tradamur servituti
Dæmonis dominio.

11. Martyr sancte, mortis
Agentes memoriam
Nobis datus advocatus
Tecum duc ad gloria
Sempiternam. Amen.

1. Liber adoptatur. 3. dictus est — innocuit. 4. movet.

464. [*Alleluia Christo decantet omnis lingua.* De S. Erhardo. Nealius Seqt. p. 91 e Missali Ratisbonensi VIII. Jan.]

1. Alleluia Christo decantet omnis lingua:
2. Quia bonus, quia in æternum misericordia ejus.
3. Qui, Deus, Homo factus est, homines deos facere dum destinat.
4. In quorum numero est deorum præsul sanctus Erhardus, Deo dilectus,
5. Qui, carne nobilis, castus corde, pulcher forma, dives mundi substantia,
6. Patrem, matrem, fratres, sorores, domum, agros, totum linquens sæculum,
7. Crucem suam tollens est Christum pauperem secutus pauper spiritu:
8. Carnis suæ vendens tunicam, spiritus emit gladium,
9. Qui accinctus ambit pervigil Salomonis veri lectulum.
10. O quanta dignitas famuli in conspectu Domini!
11. Quod signum Christus potentia servus fecit gratia.
12. Oculos cæci nati aperit manus Christi, inauditum sæculis ante transactis.
13. Hoc noster et Erhardus, fortiter honoratus, signum in Otilia dat cæca nata:
14. Non tamen imperans illam videre, sed impetrans:
15. Par in miraculo: impar miraculi Domino.
16. Qui solus habere noluit quæ sua sunt solius, suis subdivisit,
17. Cum ipsi in ipso opera faciunt quod et ipse, horum et maiora,
18. Per quem cæcos illuminans, dæmones quoque fugans,
19. Christo tuo nos committe, præsul clemens Erharde.
20. In te sibi laus est æterna.

Titulus sequentiae est Eia turma, ita ut diligentissime premat vestigia carminis. Eia recolamus. 8. Neale: Alluditur ad notissimam illam Patrum explicationem, quæ verba Dominica (Luc. XXII. 36.) de carne et spiritu intelligunt. 9. Neale: Necessitate proprii nominis coactus, una syllaba metrum excedit versus. Alluditur ad Cant. III. 7, En lectulum Salominis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios. 20. Miss. Ratisb. tres adiicit clausulas: In te sibi lux est aeterna: In te sibi laus est

aeterna, In se nobis vita aeterna, quas retinuit Nesilius. At veno inspecta sequentia normativa, largietur nobis. V. D. unam solommodo ferendam esse. Laborarunt in clausula carminis subobscura interpretes: inde fluxit scripturae varietas.

---

465. [*Salve splendor firmamenti.* De S. Erhardo. Thes. II. p. 163.]

---

466. [*Beatus igitur Maurus clarissimo genere ortus.* De S. Mauro. Du Meril Poesies etc. I. p. 173. sq.]

1. Beatus igitur Maurus, clarissimo genere ortus, Benedicto sanctissimo duodennis traditus est nutriendus. Euo.
2. Qui, dum bonis iunior polleret moribus, cœpit magistri fortis adiutor semper manere; hunc Benedictus beatissimus prae cunctis dilexit et instruxit. Euo.
3. Hic autem post magistrum sic moribus omnes excelluit, ut diligeretur carius universis. Euo.
4. O beata obedientia qua et magistri virtus ostenditur et discipuli meritum comprobatur, et humanos gressus undis ferentibus mirabiliter puerulus liberatur! Euo.
5. Sanctus denique Maurus dum longius cum fratribus ad opera esset reversus, invenit quendam pueru[illegible] claudum et mutum, in itinere iacentem. Eu[illegible]
6. At ille, piissimus ut erat, lacrimis profusus, in oratio[illegible]nem prostratus, hunc sanum et incolumem co[illegible]tinuo reddidit. Euo.
7. Unius tantas Maurus miseratus ærumnas, restituit claudo gressum mutoque loquelam. Euo.
8. Hæc autem dum sanctus pater Benedictus audiret, [illegible] magna deinceps iam veneratione cœpit sanctu[illegible] Maurum habere, quem Deo ita proximum ess[illegible] videbat. Euo.
9. Beati Mauri cognita praesentia, cæcus precatur ut lume[illegible] recipiat; cuius vir sanctus prece motus nimi[illegible] orando sibi quod deposcit impetrat. Euo.
10. Vir Domini beatus Maurus, detrahentium sibi iust[illegible] dolens supplicia, lacrimis et precibus ut eis Do[illegible]minus misereretur, obtinuit. Euo.
11. Ita per Mauri meritum vini reduadat vasculum ut u[illegible] quod vix satis est tot sitientes satiet. Euo.

2. Sancti Mauri compassio solo crucis signaculo a foedo cancri ulcere mire salvavit hominem. Euo.

Du Méril l. c. B. R. ms 3778 probablement du X. siècle. ette prose est notée et ne se chantait pas de suite; les six remiers couplets se disaient au premier nocturne et les six utres au second. L'exclamation Euo qui termine chaque coulet est une véritable notation musicale etc. Les deux derniers uplets se divisaient en quatre vers de huit syllabes: mais nous a été impossible de trouver aucune espece de parallelme dans le rhythme des autres.

At vero in hac disputatione Virum Doctum mirifice ntea, non est quod dubitemus. Neque cogitari potest sententia ad officium Matutinum decantata neque quae supra ripta sunt sequentiae nomen merentur. Sunt antiphonae et ticuli paene ad verbum desumpti ex vita S. Mauri, conpta ab Fausto, socio eius (Acta Sanct Ord. S. Benedicti p. 261—281) Ne remaneat quid dubitationis, adscribantur d. παράλληλοι.

1. Cap. 8. Beatus igitur Maurus clarissimo senatorum here patre Aequitio, matre vero Iulia exortus duodennis ctissimo Benedicto — sub regularis nutriendus institutione, parentibus est traditus.

2. Ib. Qui cum adhus Iunior bonis polleret moribus — gistri coepit adiutor existere — Hunc sanctissimus Bedictus prae omnibus semper artius dilexit et instruxit.

3. *Sententiam exprimit quae eis quae c. 8, 9, narrantur, nitur et commendatur.*

4. *Breviter refert miraculum, cuius mentio iniecta est 11, 12.* — qui quod sanctus meritis obtinebat, discipuli tius obedientiae adscribendum censebat.

5. cap. 15. Beatus M. cum fratribus ad fruges colligens longiuscule a monasterio est egressus: a quo opere — m rediret — claudum quendam et mutum puerum invenit itinere.

6. 7. Ib. At ille ut erat piissimus, lacrimis perfusus que in oratione prostratus — ait ad debilem — sta sanus incolumis super pedes tuos rectus.

8. Ib. Benedictus cum ea quae contigerant comperisset, magna deinceps admiratione ac veneratione habere coepit tissimum Maurum — quem Deo ita proximum iam videbat lectum.

9. *Historiam cap. 27. narratam brevi complectitur.*

10. Cap. 46. — Quidam ex operariis Beato Mauro dehere coeperunt etc. *Iterum miraculum a Fausto relatum rctiori antiphonae ambitu continetur.*

11. 12. *spectant ad c. 61. et 62. Recte in Codice Par. parent versiculi.*

Ita per Mauri meritum
Vini redundat vasculum
Ut uni quod vix satis est
Tot sitientes satiet.

Sancti Mauri compassio
Solo crucis signaculo
A foedo cancri ulcere
Mire salvavit hominem.

---

467. [*Coetus noster laetus esto.* De S. Henr. Ep. M. (XIX. Jan.) Ex Missali Aboensi. Ecclesiologist. Februar 1854. p. 31.]

1. Coetus noster laetus esto
pro Henrici sacro festo:
est laetandi causa praesto
praesulis celebritas,
quem elegit, quem dilexit
[quem ornavit, quem provexit,]
in sublime quem evexit
divina benignitas.

2. Ortus in Britannia,
pollens Dei gratia,
superna providentia
pontifex efficitur:
clarus in Upsalia,
demum pro justitia
decertans in Finlandia
pugil Christi moritur.

3. Miris signis et variis
sanctum suum prodigiis
declarat venerabilem
Deum verum quem colu-
amavit atque docuit
colendum et amabilem.

4. Martyr Dei, jam laborum
et mercede tormentorum
summo bono sine metu
et sanctorum fruens coe
in aeterna gloria:
te laudantem nostrum coetu
et in tua laude laetum
fac in coetu angelorum
sempiterna beatorum
perfrui laetitia.

1. Verba uncis inclusa desiderantur in Aboensi, legunt tamen in libro Upsalensi.

---

468. [*Animemur ad agonem.* De S. Agnete V. Thes. II. p. 76.]

---

469. [*Agnus Dei collaudetur.* De S. Agnete V. Ex Missali Hafniensi. Ecclesiologist XCVII. August 185 p. 382.]

Agnus Dei collaudetur,
Orbis totus collaetetur,
Ut festive celebretur
Agnetis martyrium:
Cantitas congratuletur,
Mens, manus, vox iubilatur;
Omnis aetas veneretur
Virginis praeconium.

Haec est Agnes agna Dei,
Vas fidei, scala spei,
Canticum huius diei
Et laudis materia:
Habes hoc quod imiteris,
Nec minus quod admireris;
Sed si rationem quaeris
Fit ex Christi gratia.

Ab annis infantiae
Studet innocentiae,
Castum pudicitiae
Servans illibatum;
Ipsi stans in acie
Pugnat verbis gratiae:
Tyrannum, potentiae
Spernens dominatum.

Ab incesto casta concu-
piscitur:
Spretus in lucem impugnans
moritur:
Orat: vita redditur.

Lupanari denudata tra-
hitur:
Fuso crine corpus omne
tegitur:
Luce circumfunditur.

5. Forma, robur, sexus, aetas,
Ad certandum reddit laetas
Mentes intuentium:
Cum naturae vincunt metas,
Constantes servant ath-
letas:
Ad mortis supplicium.

6. Salve, virgo, martyr alma,
Quae iam cum victrice
palma
Transis ad coelestia;
Agnes agnum imitaris,
Et ab agno coronaris;
Sponsa es et filia.

7. Audi preces, vide vota,
Quae tibi mente devota
Plebs offert fidelium,
Et post huius vitae statum
Duc nos tecum ad optatum
Sanctorum consortium.

---

470. [*Triumphalis lux illuxit.* De S. Vincentio
Mone II. p. 552. (Hs. zu Colmar, 12 Jh.)]

1. Triumphalis lux illuxit
lux praeclara, quae reduxit
levitae sollemnium:
omnes ergo iocundemus
et vincentem veneremus
in Christo Vincentium.

2. Qui vincentis habens nomen
ex re probat dignum omen
sui fore nominis,
vincens terra, vincens mari
quidquid potest irrogari
poenae vel formidinis.

3. Hic effulget ad bis tincti
cocci instar et iacincti,
cuius lumbi sunt praecincti
duplici munditia;
hic retortam byssum gerens
purpuraeque palmam quae-
rens

stat invictus, dura ferens
pro Christo supplicia.

4. Hic hostia medullata,
vervex polle rubricata
tegens tabernaculum.
pio aerit in moerore
et vitalem in sudore
reportat manipulum.

5. Ad cruenta Daciani
dei servus inhumani
rapitur praetoria,
praesesque tentum prece tentat,
nunc exterret, nunc praesentat
humana fastigia.

6. Miles spernens mundi florem,
dolia, preces et terrorem
clavae tyrannidis,
eculeo admovetur,
quem dum torquet, plus torquetur
spretus tumor praesidis.

7. Flamma vigens, ardens lectus,
lictor caedens, sal inlectus
in nudata viscera
simul torrent, simul angunt,
nec athletam laetum frangunt
totopoenarum genera.

8. Antro clausum testu pungit
membra scindit et disiungit
sed confortat et perungit
coelestis iocunditas:
illic onus in honorem,
caecus carcer in splendorem,
torum transit in dulcorem
testarum asperitas.

9. Collocatur molli toro,
sursum spirat et canoro
angelorum fretus choro
coelo reddit spiritum.
feris dato custos datur,
mari mersus non celatus,
sed hunc digne veneratur
mundus eiki redditum.

10. Claruerunt ita dignis
elementa cuncta signis,
aqua, tellus, aër, ignis
in eius victoria.
Summe testis veritatis,
ora Christum, ut peccatis
nos emundet et mundatis
vera praestet gaudia,
ut cantemus claritatis
coliaeredes alleluia.

6. Cod. amovetur. 8. Cod. bonus lab.

Poeta quem Menius recte Franco-Gallum suspicatur, passim expressit sermones S. Augustini, item a Menio allatos 1. Serm. 274: *pioli in verbis, volit in poenis, volit in confessione, etc.* 6. *Serm.* 275, 2: *torquis de torquente triumphabat.* 8. *Serm.* 277, 4: *quod nunc est onus erit honor.*

471. [*Ad concentus animemur.* De S. Feliciano. Thes. II. p. 209.]

472. [*Corde, voce pulsa coelos.* In Conversione Pauli Thes. II. p. 77. Neale Seqt. p. 99 e Missali Andegavensi 1523.]

1. Corde, voce pulsa coelos,
Triumphale pange melos,
Gentium Ecclesia!
Paulus, Doctor gentium,
Consummavit stadium,
Triumphans in gloria.

2. Hic Beniamin adolescens,
Lupus rapax, praeda vescens,
Hostis est fidelium:
Mane lupus, sed ovis vespere,
Post tenebras lucente sidere
Docet Evangelium.

3. Hic mortis viam arripit,
Quem vitae via corripit,
Dum Damascum graditur.
Spirat minas; sed iam cedit;
Sed prostratus iam obedit;
Sed iam vinctus ducitur.

4. Ad Ananiam mittitur:
Lupus ad ovem trahitur;
Mens resedit effera:
Fontis subit sacramentum:
Mutat virus in pigmentum
Unda salutifera.

5. Vas sacratum, vas divinum,
Vas propinans dulce vinum
Doctrinalis gratiae,
Synagogas circuit,
Christi fidem astruit
Prophetarum serie.

6. Verbum Crucis protestatur;
Causa Crucis cruciatur;
Mille modis moritur.
Sed perstat vivax hostia;
Et invicta constantia
Omnis poena vincitur.

7. Segregatus docet gentes,
Mundi vincit sapientes
Dei sapientia:
Raptus in coelum tertium,
Videt patrem et filium
In una substantia.

8. Roma potens et docta Graecia
Praebet colla, discit mysteria
Fides Christi proficit;
Crux triumphat, Nero saevit:
Quo docente fides crevit
Paulum ensa conficit.

9. Sic exutus carnis molem
Paulus videt verum solem,
Patris unigenitum:
Lumen videt in Lumine;
Cuius vitemus numine
gehennalem gemitum.

1. Neale: *Adami de S. Victore sequentia, At quod v. 5 dicit (consummavit stadium) pro commemoratione beati apostoli d. 30. Iun. scripta est, quamvis festo Conversionis ut principali iam adnexa.* Tamen plurimae strophae proxime spectant ad Conversionis sollennitatem, neque abilla, opinor, abhorret vox: consummavit stadium. Nam et in hac ipsa festivitate canitur Antiphona: *Bonum certamen, certaminis cursum consummavi etc.* 4. Liber offera. 7. Actor. 13, 2. *Segregate mihi etc.* 8. Neale: praebent — discunt.

Mone III. p. 84. narrat, carmen exstare in membrana arcis Pommersfelden saec. XIV.

473. [*Sollemnitas Sancti Pauli devote est recolenda.* In Conversione S. Pauli Neale Seqt. p. 9 Missali Sarisburiensi. *S. magis pondera verborum quam tute poetica commendanda.*]

1. Solemnitas Sancti Pauli devote est recolenda,
2. Quem Dominus tanta ditavit gratia,
3. Ut doctor gentium ab omni vocaretur Ecclesia,
4. Agnus de lupo: de persecutore Evangelista
5. Mutata sunt opera mutatur et nomen: Paulus nomatur, qui Saulus ante dictus fuerat.
6. Instigatus furia dirum virus effabat: strage saeviss membra Christi saeviens torquebat.
7. Lux aetherea quem circumfulgens visu privat,
8. Spiritualem sed ei visum donat.
9. Colaphizat eum, ne superbiat.
10. Sternit eum, sed mentem relevat.
11. Deiectum increpat,
12. Increpans emendat;
13. Fidei doctrinam commendat,
14. Defensorem ecclesiae ordinat
15. Impugnator qui prius exstiterat.
16. Secreta mystica
17. Credenti revelat.
18. Quae homini loqui non licebat;
19. Prius synagoga quem educaverat,
20. Postmodum laetatur Mater Ecclesia.
21. Mysteria
22. Quae noverat
23. Per totum iens orbem praedicat.
24. Venit Romam, Deum unum annunciat.
25. Nero resistit, quod colebat idola.
26. Morte dira
27. Illum necat.
28. Mundo exemptum mittit ad astra.
29. Quo nos Deus misserando perducat
30. Adiutos prece Pauli sancta Alleluia.

9. 2 Corint. 12. 7. 27. Edit. Miss. Sarisb. 1555 exemplum.

---

474. [*Tuba Domini Paule inaudita.* In Commemorationem S. Pauli Neale Seqt. p. 98. „Sequentia P. Abaelardi.“]

1. Tuba Domini, Paule, maxima,
De coelestibus dans tonitrua,
Hostes dissipans, cives aggrega.

2. Doctor gentium es praecipuus,
Vas in poculum factus omnibus,
Sapientiae plenum haustibus.

3. Mane Beniamin praedam rapuit,
Escis vespere largas dividit,
Vitae ferculis mundum reficit.

4. Ut rhinoceros est indomitus,
Quem ad aratrum ligans Dominus,
Glebas vallium frangit protinus.

5. Nunc nequitiae laudat villicum,
Quem prudentia dicit praeditum,
Ac pro filiis lucis providum.

6. Perpes gloria Regi perpeti,
Exercituum Christo Principi,
Patri pariter et Spiritui.

475. [*Urbs Aquensis urbs regalis.* De S. Carolo Magno.]

1. Urbs Aquensis, urbs regalis,
regni sedes principalis,
prima regum curia,
regi regum pange laudes,
quae de magni regis gaudes
Caroli praesentia.

2. Iste coetus psallat laetus,
psallat chorus hic sonorus
vocali concordia,
at dum manus operatur,
bonum, quod cor meditatur,
dulcis est psalmodia.

3. Hac in die, die festa,
magni regis magna gesta
recolat ecclesia:
reges terrae et omnes populi,
omnes simul plaudant et
celebri laetitia.

4. Hic est Christi miles fortis,
hic invictae dux cohortis,
ducum sternit milia,
terram purgat folio
atque metit gladio
ex messe zizania.

5. Hic est magnus imperator,
boni fructus bonus sator,
et prudens agricola,
infideles hic convertit,
fana, deos hic evertit
et confringit idola.

6. Hic superbos domat reges,
hic regnare sacras leges
facit cum iustitia,
[illegible] et iustus sed nec sine
sit misericordia.

7. Oleo laetitiae
unctus dono gratiae
ceteris prae regibus,
cum corona gloriae
maiestatis regiae
insignitus fascibus.

8. O rex, mundi triumphator,
Jesu Christi conregnator,
sis pro nobis exorator,
sancte pater Carole.

emundati a peccatis
ut in regno claritatis
nos plebs tua cum beatis
coeli simus incolae.

9. Stella maris, o Maria,
mundi salus, vitae via,
vacillantum rege gressus
et ad regem des accessus
in perenni gloria.

10. Christe, splendor dei patris,
incorruptae fili matris.
per hunc sanctum, cuius festa
celebramus, nobis praesta
sempiterna gaudia.

Mone III. p. 347. *In derselben Hs, B, worin noch mehrere Lieder auf Karl d. Gr. mit den Musiknoten stehen. Eine Abschrift, die ich von Freundeshand erhielt und die aus Achen herrührt A, lässt die Verse 7—18, 22—27, 34—42 aus. Das Lied hat die Form der französischen Troparien. — Dieses Lied wurde auch für die Domkirche zu Frankfurt übernommen und daher V. 1. soverändert: Frankenfordensis urbs regalis, wo des Verses wegen Frankfordensis zu lesen ist. Dieser Text steht in D. Hs. zu Frankfurt, Bank. Bibl. No. 31 f. 303 C und auf dem Deckel der Hs. No. 76. aus dem 14. Jahrh. mit der Melodie D. Die Sequenz von Zürich auf Karl d. Gr., die Orelli bekannt machte (Helperici Karolus magnus. Turici 1832. p. 42) stimmt mit obiger Abfassung meistentheils überein, nur ist die erste Strophe geändert, weil Zürich dieses genannt wird. Die Abtheilung der Strophen ist in dieser Ausgabe nicht gehörig beobachtet. Diese Züricher Sequenz steht auch in einer Hs. zu Hannover. S. Pertz Archiv f. deutsche Gesch. 9, 640. Die Kirchenlieder auf Karl d. Gr. gingen also von Achen nach Frankfurt, Basel und Zürich.*

Turicensis illa de S. Carolo Sequentia, quae ex Monii sententia Orellio debetur, procul dubio ea est, quam iam Canisius exscriptam e vetusto Rituali evulgavit in Lectionibus Antiquis, Tom. III, part. II, p. 208. ed. B. Scripturam Turicensem relinquis codicibus adscribimus T.

1. Turbis Thuregum urbs famosa quam decorant gloriosa Sanctorum suffragia et Caroli memoria. C D adiecimus A B Mo. ac dum T. dulcis et S. C D T.

hac in die festa s festo. T. et populi simul plaudant ac singuli. A. Mo. *statt ducum scheint mir decem richtiger, denn Karl ist hier mit David verglichen nach 1 Reg. 18. 7.* T. a lolio — metet. 5 CD. deorum. A. invertit. B. confregit 7. C. vinctus dono. T. facibus. 8. D. Iesum Christum 9. D. vita 10. C. Christus. A. gesta.

Supervacaneum est disputare de S. Caroli memoria religiose servata a Romano-Catholicis. Quod memoratu dignum est, etiam in Lutherana ecclesia Cathedrali Halberstadensi imperatoris festivitas reculta est in horis canonicis Rev. capituli. Etenim in Brevlario Halberstadensi circa annum 1800 scarato die XXVIII. Ian. adsignatum est Festum: S. Caroli Imperatoris et Fundatoris Ecclesiae Cathedralis. Serm. Praepositi. Hymn. Iste Confessor. Coll. Exaudi Domine preces nostras quas in Sancti Caroli Imperatoris et Confessoris tui festivitate deferimus: ut qui operam dedit tibi digne famulari in terris, per illius ad te exempla gratiamur." Inter Antiphonas et haec legitur: Iste homo ab adolescentia sua partim meruit infirmos curare: dedit illi Dominus claritatem magnam caecos illuminare et daemones fugare."

---

476. [*In hoc festo corde praesto.* De S. Ignatio p. M. Neale Seqt. p. 102. e Missali Moguntino 1513. "Prosa inter rudiores deputanda quam tamen ob miram rhythmi rationem dare voluí."]

In hoc festo corde praesto
Exultemus, laudes demus
Domino per omnia.

Gens amore, pio more,
Vult laudare, celebrare,
Festiva solemnia.

Non indigne sed benigne
Nunc laudaris et amaris,
O Martyr sanctissime:
Ad tortores saeviores
Accessisti, cum vicisti
Tormenta fortissime.

Cum Trajani malesani
Deos vanos et prophanos
Indicas tu despici,
In amore ferviore
Christi vere vis manere
Et te poenis subiici.

4. Urit ira tua (dira)
O Traiane inhumane,
Proprio ex vitio,
Sanctum Christi, cum iussisti
Flagellari, cruciari
Nimio supplicio.

5. Hic ligatus, catenatus,
Ductus dure saevo jure
Romam stricto habitu.
Igne laesus, ferro caesus,
Fame, siti, tortus, miti
Te fovente spiritu.

6. Trucidaris, sed laetaris
In agone, passione
Christi certans nomine:
Vulneraris, confricaris
Sale spei, dicens mei
Miserere, Domine.

7. Iugulatus, feris datus,
Morti cedis, et obedis
Christi evangelio:
Christum tutus es secuti
Passus martem bonam pari
Acquisisti praelio

8. [Iam] signati tui fati
Preciosi, luminosi,
Dulcis est memoria.
Nos natantes, fluctuantes
In hoc mundo furibundo
Duc quo gaudes gloria.

3. Lib. mali sani. 6. Lib. miserere mei. 7. l passus mortem bonam acquisisti proelio. Ne consistura legitur supra. Ego vero malim legere: Pasv mortem bonam sortem.

---

477. [*Ave, mater Iesu Christi.* In Purificatio B. V. Neale Seqt. p. 104 e Missali Parisiensi.]

1. Ave, mater Iesu Christi,
Quae de coelo concepisti,
Non carnis commercio;
A contactu viri pura
Concepisti, paritura
Gaudium cum gaudio.

2. Peperisti medicinam,
Non carnalem, sed divinam
Perenti saeculo:
Totus erat in languore,
Totus mundus in labore,
Totus in periculo.

3. Mundi languor, error eius,
Quo dolore nihil peius
Nihil tam pestiferum:
Hostis totum possidebat,
Quia totum diffluebat
Per abrupta scelerum.

4. Nondum semen venerat,
Quod nobis promiserat
Deus ab initio:
Semen ex muliere,
Sine carnis opere,
Sine matris vitio.

5. Mulier eligitur,
Cuius serpens nititur
Pungere calcaneum:
Sed fortis et sapiens,
Hosti non consentiens
Praecavit aculeum.

6. Caput anguis haec contri
Cuius carni connivit
Se Maiestas Filii:
Sexus ante fragilis,
Sexus seductibilis,
Vires frangit impii.

7. Ave, Virgo gloriosa.
Plus obryzo pretiosa,
Fragrans super lilia:
Tibi cedit laus herbarum,
Florum decor et gemmarum
Libanique gloria.

8. O Maria maris stella,
Pro conservis interpella
Iugi prece Filium:
Quia iugis est assultus,
Iugis noster es singultus
Et iugis suspirium.

2. Te preces, te suspiria,
Te nostri tangant gemitus:
Te virtutis potentia
Nequam refrena spiritus
Ne carnis nos lubricitas
Resolvat hic in vitia:
Nec mundi fallat vanitas,
Christi iuvante gratia.

ien nihil commercii habere videtur cum festo Puri-

7. Neale: *Vix, credo, in sequentiis eiusdem aevi* (conservis) *B. V. alias appellatam inveneris.*

[*Lux advenit veneranda.* In Purificatione quentia Adami. Thes. II. p. 177. Clichtovaeus in eale Seq. p. 107 e Brev. Redonensi.]

lvenit veneranda,
cheris iubilanda
inobis cuncibus
laeta lux diei
refert Matris Dei
candum laudibus
altet modulata;
exultet medullata,
is laus iuntilis;
is Deo decantetur,
eo collaudetur
r eius nobilis
a dignitatis,
sa pietatis
punctiva nomine
onore matronali,
udore virginali,
h coeli cardine,
quondam exardebat,
e ardor non urebat,
vinorem nocuit
lore spiritali,
tactu coniugali,
Deum genuit,
ut ille fons signatus,
clausus, foecundatus,
tutus seminibus:

Haec est illa porta clausa,
Quam fecit Deus clausa
Clausam nemini bus.

6. Haec est vellus trahens rorem;
Plenum ager dans odorem
Cunctis terrae finibus:
Haec est virga ferens florem,
Terra suum salvatorem
Germinans fidelibus.

7. Haec est dicta per exemplum,
Mons, castellum, aula, templum
Thalamus et civitas,
Sic eidem aliorum
Assignetur electorum
Nominis sublimitas.

8. Cuius preces, vita,
Cuius nomen, tristia,
Cuius odor, lilia,
Cuius vincunt labia
Favum in dulcedine,
Super vinum sapida,
Super nivem candida,
Super rosam roseida,
Super lunam lucida,
Veri solis lumine.

9. Imperatrix supernorum,
Superatrix infernorum,
Eligenda via coeli,
Retinenda spe fideli,
Separatos a te longe,
Revocatos a te iunge
Tuorum collegio:

Mater bona quam rogamus,
Nobis dona quod optamus.
Nec sic spernas peccatores,
Ut non cernas precatores:
Reos sibi diffidentes,
Tuos tibi confidentes,
Tuo siste Filio.

1. Corda in festo Luminum dicuntur luminosa. 6. Red. tractans. 9. Red. allegio — cernas peccatores.

---

479. [*Alma virgo Christum regem.* In Purificatione B. V. Neale Seqt. p. 110 e Missali veteri Romano.]

1. Alma virgo Christum regem
Enixa secundum legem,
Purgari non renuit;
Non astricta paret legi,
Circumciso Christo Regi,
Conformari voluit.

2. Verus hodie Rex Salem,
In templo Hierusalem
A parente sistitur,
Par turturum sive bini
Pulli pro quo columbini
Dati sunt ut legitur.

3. Senex verum videns lumen,
Susceptum in ulnis Numen,
Benedicens iubilat;
Devote psallentis ei,
Salvet salutare Dei,
Quod ubique rutilat.

---

480. [*Iocundare plebs fidelis, Iocundatur iam in coelis.* De S. Blasio. Mone III. p. 237. (Aus geschriebenen Zusätzen zu einen Messbuch des 15. Jahrh. zu Karlsruhe.)]

1. Iocundare plebs fidelis,
iocundatur iam in coelis
Christi martyr Blasius,

2. Cultor verus verae legis,
pacis norma, forma gregis,
fit athleta summi regis
signifer egregius.

Medicinae non ignarum
dogma docet magis clarum
pater deus, animarum
curam dans uberius.

3. Quadratura fundat pectus,
ne labescat uspiam,
pius prudens fortis rectus,
suis dat constantiam.

Ut providit ergo deus
solita clementia,
fit antistes Sebasteus,
omni plenus gratia.

4. Tórtor rapax quaerit eum,
ut negare cogat deum,
vel trucidet quasi reum.

Cernens mentem non mutari,
primo lubet flagellari,
dure post haec carcerari.

Solvit a spina puerum
cogit et lupum efferum
reportare
porcum raptum pauperculae.

Eius edoctae studio
deos norunt ludibrio
pessundare
septenae mulierculae.

Pugnat fortis contra fortem
agnus lupo fortior;

Poenas calcat spernit mortem
inter damna laetior.

Pecten hunc carpit ferreus,
humor hunc servit aqueus,
idolatra submergitur.

Cambit vitam sub gladio,
bino dotatur filio,
coelum laetus ingreditur,

8. Ergo martyr o beate,
tibi melos psallimus,
da, ne separemur a te,
toto corde petimus.

Tu patronus atque tutor
hac valle miseriae
sis defensor et adiutor
psallentis familiae.

9. Ut a tetris liberari
tartari suppliciis
Paradisi sociari
mereamur gaudiis.

1. Cod. iocundetur. 7. cambit = mutat exuit cf. Cange s. v. cambio. 9. Cod. liberati — tartareis

---

481. [*Sanctorum vita, virtus, gloria.* De S. Blaso. Mone III. p. 238. (Hs. zu Gratz 42/6 des 12. Jh. Hs. zu St. Peter in Salzburg IX, 11 des 12. Jh. B.)]

Sanctorum vita, virtus, gloria,
summi patris hostia,
suscipe, Christe, tuorum carmina

Pietate propitia
mundi solvisti qui debita,
factus tuis ex gratia
via, veritas, vita.

Ignem mittens terrigenis
unguine sacri pneumatis
invictos post te milites
attraxisti martyres,

Qui mundi devicto principe
stolas laverunt agni sanguine,
atque triumphantes superam
insederunt cum palma regnum.

4. De quorum collegio
mortis clarus poterio
iubilando nunc dulcissime
sabbatizas, Blasi sanctissime.

Catenis, carceribus,
fustibus, pectinibus
probatus, ut aurum in fornace,
victor coeli coruscas in arce.

5. Hinc flumine mersus
atque capite obtruncatus
angulari es lapide coronatus.

Sic in coelis iunctus
illis ignitis lapidibus
fulges, praesul et martyr, ornatius.

6. Nunc ergo paciferae
civis Ierosolymae,
solve captivos Babyloniae.
Tuo nos auxilio
educ de exilio
felici felix gaudimonio;

7. Quo nunc voce ac sensibus
tuis instantes laudibus
Post metam vitae labilis
tibi iungamur in coelis.

2, B. praecipua Mo. om. qui, metri gratia. 4. A. in quorum. B. potirio — nunc dulcisone. A. sabatizas Mo. et pectinibus — aur. fornace, sine dubio propter rationes metricas, in hoc carmine satis obscuras. 5. A. hic in coelis Mo. atque martyr. 6. A. quo nos. Gaudimonium, vox insolentior pro gaudium. Vide Du Cange s. v. 7. B. quorum voce.

---

482. [*Summo regi supernorum.* De S. Ansgario Ex Officiis vetustis Sueciae.]

1. Summo regi supernorum
Iubilemus pariter,
Eius laudes et Sanctorum
Psallentes sollemniter.

2. Ludovico preces ferunt
Legati de Suecia
Et doctores sibi quaerunt
Praedicandi gratia.
Doctor mitis,
Deo vitis
Offertur Ansgarius
Praedicandi gratia.

3. In extremo terrae sita
Suionum regio.
In errorum sorde trita
Traditur Ansgario.
Per doctrinam ut polita
Fiat habitatio
Christo, qui est lux et vita
Summaque perfectio.

4. Coeli spargit ex thesauro
Veritatis gratiam;
Ex doctrinae profert auro
Fidei constantiam.

5. Profert verbum vox divina
Radiando coelitus,
Quod procedat in doctrina
Et virtute spiritus.

6. Pro paganis convertendis
Fervida devotio
Cor accendit et extendit
In doctrinae studio.

7. Monet sursum inspirando
Dei revelatio,
Quod procedet germinando
Sua praedicatio.

8. Languidorum multitudo;
Suis sanctis precibus
Surgit sana fortitudo
Daturque debilibus.

9. Summo regi supernorum
Iubilemus pariter,
Eius laudes et Sanctorum
Psallentes sollemniter.

[*Hortum regis gloriae.* De S. Dorothea. ıt. p. 111 e Missali Traiectensi.]

ı regis gloriae
s memoriae
ıgressa Dorothea:
ecum agitur:
ibi loquitur;
,. veni, sponsa mea.

m conservasti
ɔnsam te probasti
.nali corpore:
Christi te allexit,
lestia provexit
rnali tempore.

s tetrum ut amantis,
ne decertantis
stratur, si cernatur
thea nobilis:
ɔunal ducebaris!
c minis terrebaris;
mundo, rubicundo,
ıanens immobilis.

ıaron es digna,
prudens et benigna
o fortis viribus:
O quam fortiter vicisti,
Memor Sponsi tui Christi,
Florida virtutibus:

5. Rosas tres et poma tria
Impetrasti mox in via,
Quae misisti, ut dixisti,
Dubio Scholastico:
Ob hoc illé admiratus,
Et se credere testatus,
Captivatur, decollatur,
Signo tam mirifico.

6. Unde prius multa passus,
Tormentatus et non lassus,
Sed invictus est addictus
Ungulis atrociter.
Tu beata praecessisti:
Mirabilia gessisti;
Nam in poena, ut amoena,
Stabas immobiliter.

7. En, te homo decollavit,
Atque Deus coronavit
Angelorum gloria.
Apud quem nunc intercede,
Ne sint mentes nostrae foedae
Peccatorum scoria.

eale: *MS. nec cum sensu nec cum metro convenienuum. Si tetrum recte se habet, eo sensu capiatur, et, — Temporis poenis atrocissimi, et quod ab amante posset, exemplum habemus, si, etc.* Cantic. V, 10. *meus candidus et rubicundus.* 4. Diatessaron voca-, Martyr vel quia quatuor virtutes iustitiae, prudenignitatis et fortitudinis in se coniunxit — vel quia ıriste et Calliste sorores, denique Theophilus, ut ssent martyres effecit.

. [*Ave virgo generosa ut testatur gloriosa.* ı de S. Dorothea, septemdecim stropharum um in Missali Moguntino 1482. Mone III. p. 274.]

---

485. [*Gens fidelis iocundetur.* De S. Dorothea. Mone III. p. 273. (Hs. zu Stuttgart Brn. 101, 15. Jahrh. A. Gropp Script. Wirceb. 2, 904 B.)]

1. Gens fidelis iocundetur,
in hac die gratuletur,
Dorotheam veneretur
dulci cordis modulo.

2. Idolorum nam cultores
Christo reddit et errores
sternit remittendo flores
coelestes Theophilo.

3. Virgo prudens vigilavit
et cum sponso subintravit,
nam sagaciter ornavit
lampadem cum oleo.

4. Semet ipsam abnegavit
Christum sequens, quem amavit,
crucem tollens stolam lavit
in tormenti dolio.

5. Sic vestitur dupla veste,
alba, castitate teste,
rubra, passionis peste,
vincto diademate.

6. Palmam manu fert victricem,
digne sequens adiutricem
nostram, Christi genitricem,
virginali schemate.

7. O casta generatio,
precamur, ut oratio
per te in beneplacito
sit Christi patris more,

8. Ut coelesti nos fecundet
rore foris, intus mundet,
sancti spiritus inundet
corda nostra dulcore.

9. Praesta pater atque nate,
confer spiritus beate,
amborum nexus ordinate
cuncta regens saecula.

5. A. hic. Mo. legere malit hinc. B. iuncta [illegible]i. Mo. praefert vincta. 6. B. stemmate. 8. AB. sanct[illegible]i-que. 9. Mo. besser hoc et (?) quorum nexis — regit sae[illegible]c.

At vero addatur Sequentiae codex tertius (Hs. zu [illegible]t. Paul in Kärnthen No. 13 15. Jh.) Exscripsit Monius ex il[illegible]la charta carmen in S. Verenae honorem conditum No. 119 [illegible]9, p. 550. sed non animadvertit quod oculorum aciem pra[illegible]e-stringit. Nihil pertinet sequentia ad S. Verenam, tota est [illegible]n S. Dorotheae laudibus, immo eadem cantilena est atque il[illegible]la quae supra legitur. Ipsum carmen lectorum iudicio subiicimu[illegible]s.

---

1. Mens fidelis iocundetur
in hac die, gratuletur
dulci cordis iubilo.

2. Idolorum nam cultores
Christo reddit et errores
sternit et emittendo flores
coelestes Theophilo.

3. Virgo prudens vigilavit
et cum sponso subintravit,
nam sagaciter ornavit
lampades cum oleo.

4. Semet ipsam abnegavit
Christum sequens, quem ama-
vit,
crucem tollens stolam lavit
in tormenti dolio.

Sic vestitur dupla veste,
alba castitate teste,
rubra passionis peste
iuncta diademate.

Palmam manu fert victricem
digne sequens adiutricem
nostram, Christi genitricem,
virginali schemate.

7. Salve casta, munda, mitis,
pia, dulcis, plena vitis
et virtutum gemma, ditis
aspersa coeli rore.

8. Et coeli nos fecundet
rore, foris intus mundet,
sanctique spiritus mundet
corda nostra dulcore.

9. Praesta, pater atque nate,
confer spiritus beate,
amborum nexus ordinate,
cuncta regens saecula.

I. procul dubio suppletur: Dorotheam veneretur.

---

486. [*Auctum Maximine virum.* Fragmentum Sequentiae de S. Castore. Brower Antiquit. Trevir. I. p. 236.]

Auctum Maximine virum
Fama virtuteque mirum
Provehis ordinibus.
Fit divinis sociatus,
Praeco Dei verbi gratus
Via luxque tenebris.
Cardonum vir virgo pudens
Intrans eremique prudens
Cultor ovans latebras.

---

487. [*Quod inventum est translatum.* Fragmentum Sequentiae in Translatione S. Castoris. Brower Antiq. Trev. I. p. 236.]

Quod inventum est translatum
In hoc templum consecratum
Quondam Paulino dicatum
Cunctis venerabile.
Genti cuius mens benigna
Offert Deo vota digna;
Per diversa patent signa
Dei Mirabilia.
Nam origo bonitatis
Fons divinae maiestatis:
Aegris saepe sospitalis
Hic dat beneficia.

Nave salem deferente,
Et Mosellam ascendente
Servo Dei sal petente
Negatur munusculum.
Insurgit tempestas fortis,
Viget omnis metus mortis;
Hic vim dirae fugat sortis
Per crucis signaculum.
O tam felix eremita,
In valle doloris sita,
Ab hac vita nos invita
Ad aeterna gaudia.

---

488. [*Sancto Celso canat praedulciter cater*
De S. Celso, Episc. Trev. Mone III. p. 247. e co
Trevirensi. (Stadtbibl. No. 1285. 11. Jahrh.) Affert codex
tulum: Vitellia.

1. Sancto Celso
canat praedulciter caterva
Ac praecelsa
eius depromat merita.

2. Hunc licet sola
nunc foveat urbs Treverica,
Tamen devota
ecclesia concinit tota.

3. Hic mundi vana
tempsit et acta probrosa,
Praeclara vita
fulsit et Israhelita.

4. Quam late iam patent
eius verenda merita,
Prodita per rerum
inaudita miracula!

5. Cuius annua devoti
Colimus nunc sollemni

6. Qui deposita
carnis sarcinula
Scandit ad aethra,
que regnat per saecl

Mone l. c.: *Zwei dieser kurzen Verse stehen jede*
in einer langen Zeile, deren Mitte gewöhnlich mit dem Schl
reimt. Da jedoch 13 ohne Reim ist und die Ueberschrift
eine Troparienmelodie verweist, so musste der Text dar
abgetheilt und die Fehler der Herausgabe berichtigt wer

1. Cod. nostra canat — catervula. 4. Cod. in dita rerum. 6. Cod. qua regnat felix. — Cum de sequentiae eiusdem tituli, difficile est metrum accuratius ponere. Qua de causa ego quidem non audeo subscril sententiae Monii. Vox nostra in prima clausula vix ea quae possit desiderari, catervula apte congruit serm consuetudini, quae in sequentiis observatur.

---

489. [*Iubilemus Deo trino.* De S. Cunegun
Neale Seqt. p. 113. e Missali Salisburgensi.] *Editio M*
Salzburgensis, qua usi sumus, anni est 1515, impressa
netiis, per Petrum Liechtenstein. Ea sequentiam in di
Cunegundis non habet, sed tractum: quippe qui infra Sep
gesimam necesse est cadat. At Marcus Hansizius in Germ
sua Sacra, tom. II. p. 1031. prosam sequentem, quam k
pulcherrimam appellat, in Edit. 1519, exstare testatur:

1. Iubilemus Deo trino
Qui iam fine vespertino
Visitavit saeculum:
Nos e throno visitavit,
Mundi throno dum locav
Virginale speculum.

Vis naturae subiugatur,
Dum regina coniugatur
Virgo regi Virgini:
Virgo manet haec et ille:
Nam carnales sunt scintillae
Clausae manu Domini.

Flamma carnis est sopita:
Fama tamen est mentita
Ficta stupri fabula:
Sed cor flammae non accendunt:
Ergo pedes non offendunt
Vomerum piacula.

Fit purgata famae nota:
Virgo sancta solvit vota
Templum Deo fabricans.
Rachel tandem fit ex Lya,
Et ex Martha fit Maria,
Se cum mundo abdicans.

5. Throno demum summi coeli
Huic Mariae seu Racheli
Thronus suus ponitur:
Ibi procul a procella,
Sponsum sponsa, solem stella,
Agnus agnum sequitur.

6. Super coelos exaltatur:
Terris tandem delegatur;
Ut in terris agnoscatur
Virgo plena gratia:
Ista fidem signa plura
Mira probat coniectura;
Locus non est a natura
Sed est a potentia.

7. Caecis visu destitutis,
Claudis gressu, voce mutis,
Medicinam fert salutis,
Virginale lilium;
Surdis natis dat auditum;
Pedem solvit compeditum,
Cunctis modis expeditum
Porrigit auxilium.

8. O regina, de sentina,
De ruina, de pruina
Criminum nos erue:
De profundis ex his undis
Cunegundis nos iucundis
Atriis constitue.

5. Neale: agnum agna sequitur.

---

490. [*Doctor Thomas mundi lumen.* De S. Thoma Aquinate. E Missali Aboensi. Ecclesiologist C. Febr. 1854. p. 29.]

1. Doctor Thomas, mundi lumen,
Velut paradisi flumen
Irrigat Ecclesiam:
In divinitatis numen
Mentis figerat acumen,
Hausit sic scientiam.

2. Ordinem Praedicatorum
Intrat, consanguineorum
Vi raptus et proelio:
Ab incepto non mutatur,
Turri licet includatur
Biennali spatio.

3. Insurgunt certamina,
Mulier temptamina
Dum infert personae:
Sanctus victor exstitit,
Mulierem expulit
Ignis titione.

4. Pressa cruce flens oravit,
Sibi dari postulavit
Donum pudicitiae:
Angeli adstantes ei
Hunc cinxerunt iussu Dei
Zona continentiae.

5. Petrus, Paulus advenerunt,
Ignorantem docuerunt
Declarantes dubia:
Hi viventem instruxerunt,
Morientem deduxerunt
Ad aeterna gaudia.

6. Dum orat devotius
Doctor hic, sublimius
A terra levatur:
Crucifixus loquitur;
Quaestio proponitur;
Deus merces datur.

7. Dum completur vitae meta
Nova panditur cometa
Ex fulgore rutilo:
In sepulchro dum quievit
Fragrans odor redolevit
Ex eiusdem tumulo.

8. Augustinus protestatur:
Thomas mihi coaequatur
In choris coelestibus;
Hunc ego pontificatu,
Illo vero coelibatu,
Utrique praecellimus.

9. Clama magnis gemitibus,
Ora devotis precibus,
Voce plena:
Ut cum summis spiritibus
Iungatnr coeli civibus
Plebs egena.

10. Insistentes tuae laudi,
Sancte Thoma, clemens audi
Orans prece sedula,
Ut possimus servi tui
Tecum diva luce frui
Per aeterna saecula.

---

491. [*Laudes canamus nostro redemptori Christo* - De S. Gregorio. Mone III. p. 331.]

1. Laudes canamus
nostro redemptori Christo,
qui venit nos salvare

Et livore
suo sibi dedicare
ecclesiam candidatam,

2. Mundans eam semper rivulis
inebriatis.

Rigans montes de superioribus
nubibus.

3. Vt valles abundent frumento
et hoc sollemnio

Una proclament canentes
odas tripudiantes.

4. Eia egregio papae romano,
doctori, pangamus Gregorio,

Qui fulsit mundo ut novum
sidus
doctrinis, exemplis et virtu-
tibus,

5. Qui genus eximium
et sanctum, quo nituit,
magnifice extulit,

Cui pneuma ut columba
in auriculam stillavit
documenta mystica.

6. Mundum contempsit
et abiecit,

Pompas et opes
Christo dedit.

7. Septeno instructus
flamine condidit
septena coenobia.

Angelus hunc petit
ut naufragus,

Agapem quaerit,
tribus vicibus

Accepit et redit,
discum argenteum
demum laetus percipit.

8. Post haec assumitur
Christoque monstrante
papa constituitur.

Mox inguinariam
pestem restinxit
plebemque suam sanavit.

9. Psallentum choris
modulamina
componit dulcisona
hymnizans.

Anglorum gentem
convertit ad Christum
totumque praedicans
illustrat mundum.

10. E tenebris fratres functos
prece solvit excommunicatos,
Ex ignibus inferorum
Traianum tyrannum eruit.

11. Quem gratia dei
tam plene perfudit
clementia,

Ut quicquid habere
posset, gratis Christo
distraheret.

12. Virginum Romae
sacrarum pavit
tria millia.

Corporis Christi
panem carnis mutat
in effigiem.

13. Angelum dei pavit,
a quo post audivit,
quod se Christus elegit.

Magos caecavit,
equo daemonem fugavit
et ecclesias ornavit.

14. Aegra caro eius
semper fuit,
mens tamen intenta
coelo, ubi nobis
impetret beata
praemia sanctorum.

Mone 1. *Hs. zu Heidelberg, worin die Petershauser Chronik steht, Bl. 19. aus dem 12. Jahrh. mit den Musiknoten. Die Sequenz wurde auch in Petershausen gemacht, befolgt aber die Regeln der Troparien nicht so genau wie die älteren Lieder dieser Art. Die Parallelstrophen jedes Abschnitts haben zwar unter sich gleiche Melodie, aber keine regelmässige Abtheilung der Verse und keine überall gleiche Sylbenzahl, weil durch den vorherrschenden Reim die richtige strophische Form in Assonanzen aufgelöst wurde.*

4. Cod. ex virtutibus. 7. Cod. accepit et reddit.

492. [*Laeta quies magni ducis.* De S. Benedicto. Mone III. p. 222.]

1. Laeta quies magni ducis,
dona ferens novae lucis,
hodie recolitur.

2. Charis datur piae menti,
corde sonet in ardenti,
quicquid foris promitur.

3. Hunc per callem orientis
admiremur ascendentis
patriarchae speciem;

4. Amplum semen magnae prolis
illum fecit instar solis
Abrahae persimilem.

5. Corvum cernis ministrantem,
hinc Heliam latitantem
specu nosce parvulo:

6. Helisaeus dignoscatur,
cum securis revocatur
de torrentis alveo.

7. Illum Joseph candor morum,
illum Jacob futurorum
mens effecit conscia.

8. Ipse memor suae gentis
nos perducat in manentis
semper Christi gaudia.

Mone l. c. *Aus geschriebenen Zusätzen in einem Exemplare des Bursfelder Benedictiner Messbuches von 1518. Die Schrift ist aus dem 17. Jahrh., das Lied aber gehört in das Mittelalter und war nach V. 22 für den Orden der Benedictiner bestimmt.*

---

493. [*Benedicti merita ut reboentur inclyta.* De S. Benedicto. Mone III. p. 221. (Geschriebene Zusätze des 15. Jahrh. zu einem gleichzeitigen Messbuch in Karlsruhe.)]

1. Benedicti merita
ut reboentur inclyta,
nostras mentes excita
prece pia.

2. Patribus cum ceteris
pater vere diceris,
tuis datus posteris
lux et via.

3. Tu Enoch dulcedine,
tu Noe regimine,
Abraham cum semine
benedictus.

4. Isaac obediens,
Iacob multa patiens
et Ioseph proficiens
vere dictus.

5. Moyses es regulis,
Iosue miraculis
et David in populis
nominatus.

6. Salomon prudentia,
Helias constantia,
Helisaeus copia
farris datus.

7. Esayae veritas,
Ieremiae caritas,
Danielis castitas
recommendat.

8. Te prophetis conscium,
apostolis . . . . .
tuumque martyrium
mens attendat.

9. Tu confessor nitidus,
tu es virgo candidus,
coelum scandis splendidus
victor fortis.

10. Nos tecum fac scandere
mundatos a scelere,
noli nos deserere
hora mortis.

1. Mo. Benedicte. 8. Recte supplet Mo. socium.

494.]*Recensemus in hac die.* De S. Catharina Suevica. Thes. II. p. 162.]

---

495. [*Salve porta crystallina.* In Annuntiatione. B. V. Mone II. p. 63. (Hs. zu München von Kaisersheim No. 37. des 13. Jahrh.)]

1. Salve porta crystallina,
vivi panis officina,
dirae mortis medicina,
flos mundi Maria.

2. Salve rosa carens spina,
virga florens vi divina,
de qua nux amygdalina
crevit vitae via.

3. Salve virgo virtuosa,
dei mater gloriosa,
plena sancto flamine:

4. Te laudamus, ut condigne
nos accendat deus igne
caritatis geminae.

5. Mira rei novitas,
virgo impraegnatur,
mira dei caritas,
deus incarnatur.

6. O novum connubium,
soli nubit stella,
novum puerperium,
parturit puella.

7. Moyses qua iacuit
scirpea fiscella,
haec, qua deus latuit,
virgo est tenella.

8. Auris et mens pervia
deo sunt ingressus,
non patent vestigia,
quibus est egressus.

9. Sicut vitrum radio
solis penetratur,
inde tamen laesio
nulla vitro datur,

10. Sic, immo subtilius,
matre non corrupta,
deus dei filius
sua prodit nupta.

11. Prodit cogitatio
clausa cordis vena,
praegnans absque vitio
parit sine poena.

12. Non perit lux oculis,
cum lux evagatur,
nec in ortu flosculis
mater defloratur.

13. Candens plus quam lilium,
vernans plus quam rosa,
tuum roga filium,
virgo speciosa,

14. Ne post mortem puniat
nos inferni poena,
sed tecum reficiat
angelorum coena.

496. [*Salve porta perpetuae lucis fulgida.* In Annuntiatione. B. V. Thes. II. p. 57. Mone III. p. 69. (München Hss. Clm. 14845. 12. Jahrh. A. 14083. 11. Jahrh. B.

1. Salve porta
perpetuae lucis fulgida,

2. Maris stella,
inclyta domina,
virgo materque Dei
Maria.

Praeelecta
ipsius gratia
ante saecularia
tempora.

3. Cui missus Gabriel archangelus
mira detulit a Deo famina,
mundo nunquam audita:

Aveto Maria, quae totius
plena muneris effulges gratia,
est nam tecum dominans;

4. Ne paveas,
divina quia prole
laetaberis
te fore gravidam;

Quapropter es
tu sola inter cunctas
mulieres
virgo benedicta,

5. Magnus hic erit
Jesus filius
summi et throni
Davidis gloria,
et regni meta ipsius
non erit aliqua.

Mox ad haec dicta
parans credula
corda concipis
dominum Sabaoth;
sic verbum caro factum est
ex te, virgo sacra.

6. Te ergo petimus,
ipsum pro nobis rogita,

Salvet ut peccatores
nos per omnia saecula.

2. B. praeexcelsa. 3. B. refulges. 6. B. omne peccatores. Mo. salvet ut pecc.

Carmen in Cod. B. Assumptioni adsignatum procul dubio spectat ad Annuntiationem.

---

497. [*Virginis in gremio.* In Annuntiatione B. Mone II. p. 68. (Aus geschriebenen Zusätzen des 15. Jahrh. zu einem alten Messbuch zu Neuhausen bei Pforzheim).]

1. Virginis in gremio
nato dei filio
personalis unio
facta est, non versio.
Jubilet in gaudio
orbis tota concio,
grata beneficio!

2. Jamque vellus maduit,
Aron virga floruit,
terra fructum protulit,
prophetia siluit,
patrum vox conticuit,
nam promissus claruit,
quem Maria genuit.

Ab aeterno gignitur,
solis splendor oritur,
sinu matris conditur:
qui mundo non clauditur,
pietate trahitur,
utero concluditur,
unicornis capitur.

4. Parva fit immensitas,
alta fit humilitas,
mortalis aeternitas,
visibilis divinitas,
incola proprietas,
odium fit caritas,
informis formositas.

5. Lactat virgo puerum,
volvit in panniculum,
ponit in praesepium
regis coeli filium.
alleluia.

Mone 4. *vis. deitas divinitas*, *Hs. gegen das Versmass. Der letzten Strophe scheinen drei Verse zu fehlen, denn da jede Strophe nur einen Reim hat, so kann hier der Refrain der ersten Strophe nicht wiederholt werden.*

---

498. [*Virgo parit filium.* In Annuntiatione B. V. one II. p. 71. (Hs. zu Gratz 42/51. 13. Jahrh.)]

Virgo parit filium,
deum et non alium,
sicut rosa lilium.

per gratiam
traditus
est reditus
ad patriam.

Virgo vena veniae,
mater regis gloriae,
visita nos hodie!
per gratiam etc.

Virgo viri nescia,
tu de stirpe regia
tuos duc ad atria. P. g.

Lux illustrans saeculum,
trinitatis speculum,
tuum salve populum. P. g.

Ave candens lilium,
subsidium debilium,
nobis placa filium. P. g.

Angelorum gloria,
hominum victoria,
nos duc de miseria. P. g.

Ave carens simili,
salus cordis queruli,
esto salus populi. P. g.

Ave stirps Davidica,
piscina probatica,
pectora purifica. P. g.

Ortus solis sidere
oritur in vespere,
nesciens occidere. P. g.

Per te salus nascitur,
per te pauper pascitur
et pax per te oritur. P. g.

Ave salus hominum,
peperisti dominum,
aufer mores criminum. P. g.

Laus deo ingenito,
laus sit unigenito
lausque sit paraclito. P. g.

(Ergo, lector optime,
hoc de rege gloriae
evangelium incipe.) P. g.

Mone. l. c. *Conductus wird in der Hs. das Lied vor dem Evangelium genannt, es ist also eine Sequenz, wie auch die Verse 41—43 anzeigen, welche man beifügte, um dem Lector ein Zeichen zu geben, denn mit der Doxologie 38—40 ist das Lied geschlossen. In der Hs. ist es in assumptione überschrieben, was nach V. 1—3. 29—36 ein Irrthum scheint.*

---

499. [*Salve sancta Christi parens.* In Annuntiatione. B. V. Mone II. p. 74.]

---

500. [*Verbum bonum et suave.* Thes. II. p. 93. Mone II. p. 75 duodecim codices sc. XIII. XIV. XV. inspexit.]

1. Ex codd. Monii tres lilium. Mo: *Daniel hält lilia irrig für einen neu gemachten Singular, denn dieser ist nicht nöthig, wol aber der Reim.* Mentem viri docti non assequor. Lilia aut Pluralis est aut Singularis. Pluralis haud idoneum efficit sensum: ergo novum et inauditum Singularem effinxit poeta propter vocalium concentum 2. Mo. prolem gen. cum duobus codd, 3. Mo. mater verbi: quinque codd. cum Thesaro sponsa.

Hoffmann Gesch de D. K. ed. 2. p. 368, cum carmen commemorat „Ein verbum bonum und suave" haec adnotat: *Eine Spielerei, der Daniel zu viel Ehre anthut, wenn er sie mire consuta et consarcinata nennt.* Non opinor poetam laudasse, sartoris nomine ipsi indito.

---

501. [*Ave iubar claritatis.* In Annuntiatione B. V. Mone II. p. 76.]

---

502. [*Res est admirabilis.* In Annuntiatione B. V. Mone II. p. 78.]

---

503. [*Iesse virgam humidavit.* In Annuntiatione B. V. Mone II. p. 77. (Hs. zu Stuttgart Bibl. 20. 13. Jahrh.)]

1. Iesse virgam humidavit
et in fructum fecundavit
ros misericordiae,
fructus mundo medicinam
dedit et mundi ruinam
relevavit dominus.

Virgo parit, nec est laesa
virginis integritas,
sed in domo castitatis
perseverat castitas,
nec mutatur, dum assumit
hominem, divinitas,
sed assumpta gloriatur
in deum humanitas.

Sic hamum divinitatis
occultat mortalitas,
sic voracis Leviathan
luditur voracitas,
qui dum capit glutiendum
nostri vermem generis,
ipse captus inescatur,
pax est data posteris.

4. Variatur lex naturae,
stupet ordo geniturae,
mutatur proprietas,
mamma lactat virginalis
creatorem, spiritalis
esurit satietas.

5. Hoc opus consideravit
Abbacuc et hoc expavit
inter animalia,
quod fit continens contentum,
quod nutritur nutrimentum,
quod fit mater filia.

6. Vagit infans, sed vagitus
nunquam talis est auditus,
dum plorat laetitia,
noster fletus hilaratur,
coelum gaudet et cantatur
in excelsis gloria.

---

504. [*Christe genitoris et spiritus sancti gloria.* e S. Ruperto. Mone III. p. 493. (Hs. zu München Clm. 1004. 11. Jh. A. Hs. zu Gratz 42/6 des 12. Jh. B. Hs. zu Admont o. N. 15. Jh. C. Hs. zu St. Peter in Salzburg IX, 1 des 12. Jh. D. Andere Hs. daselbst XII, 7. des 12. Jh. E.]

1. Christe, genitoris et spiritus sancti gloria,
2. Veniae spes, salus mundi, vita perpetua,
3. Sidera et arva palmo metens et maria,
4. Qui sui per orbem benigne verbi dispensas semina
5. Galliaeque corda Italiaeque fovens sterilia,
6. Qui modulo insuper mirando nova mittis lumina,
7. Ut cunctis ex gentibus coelestes venerentur incolae.
8. Ex omnibus illis nos hodie colimus
9. Egregia merita sancti confessoris atque pontificis Rudberti,
10. Qui Galliam liquit, dulcia arva patris,
11. Spargendo doctrinae semina et edidit lucratam domino Noricam.
12. Qui mensuram tritici servis domini bene curavit dispendere,

13. Talentum non fodit terrae creditum; sed reddidit centuplicatum.
14. Et sicut praesens affuit disciplinis, ita variis absens signis miracula promulgavit saluberrima.
15. Ad tumbam eius daemones effugantur, miser coeculus atque surdus et debilis reddita sanitate gaudent.
16. Te angeli cum prophetis, apostoli cum confessoribus celebrant,
17. Christicolae tibi omnes carmina sonant pro nobis ut supplici precatu postules,
16. Quae Christo conquisisti lucra, te sequi mereantur, beate Rudberte.

Agnovi sequentiae titulum Mater, agnoscendum ex collatione sequentiae Pangamus creatoris atque redemptoris No. 40.

1. A. Christus. 3. A. maria et arva. 7. ABE. venerantur. Mo. Reim und Sinn fordern incolas. Besser wäre jedoch haberentur incolae. Veneror, ut fit in Sequentiis, forma venerare usurpatum est, ita ut venerentur sit Passivi forma. 13. Mo. fodit haben alle gegen das Strophenmass. Legit Vir Doctus foderat. At vero cum stropha decima tertia sequentiae XX syllabarum sit (leg. vel archiatrum) fodit tenendum est ne legitimus syllabarum numerus negligatur. 14. DE. mir. celeberrima.

---

505. [*Ex Aegypto Pharaonis.* De S. Maria Aegyptiaca. (II. s. IX. Apr.)]

1. Ex Aegypto Pharaonis
In amplexu Salomonis
Nostri transit filia:
Ex abiecta fit electa,
Ex rugosa fit formosa,
Ex lebete phiala.

2. Stella maris huic illuxit,
Ad dilectum quam conduxit,
Pacis nectens foedera:
Matre Dei mediante,
Peccatrici Christo dante,
Sunt dimissa scelera.

3. Vitam ducens haec carnalem
Pervenit in Hierusalem,
Nuptura pacifico:
Sic excluso adultero
Maritatur Sponso vero
Ornatu mirifico.

4. Dei templum introire
Dum laborat, mox redire
Necdum digna cogitur:
Ad cor suum revertitur,
Fletu culpa submergitur,
Fletu culpa tegitur.

5. Locus desertus quaeritur,
Leviathan conteritur,
Mundus, caro vincitur:
Domus patris postponitur,
Vultus mentis componitur,
Decor carnis spernitur.

Laetare filia Thanis
Tuis ornata tympanis:
Lauda quondam sterilis.
Gaude plaude casta munda,
Virtutum prole foecunda:
Vitis meri fertilis.

Te dilexit noster risus:
Umbilicus est praecisus
Tuus continentia:
Aquis lotam, pulchram totam,
Te salivit, te condivit
Sponsi sapientia.

8. Septem pannis involuta,
Intus tota delibuta
Oleo laetitiae:
Cocco rubens caritatis,
Cincta bysso castitatis,
Zona pudicitiae.

9. Hinc iacinto calcearis,
Dum superna contemplaris
Mutatis affectibus:
Vestiris discoloribus:
Cubile vernat floribus:
Fragrat aromatibus.

10. O Maria gaude quia
Decoravit et amavit
Sic te Christi gratia:
Memor semper peccatorum,
Et cunctorum populorum
Plaude nunc in gloria.

Neale Seqt. p. 116 e Missali Leodiensi 1513. L. one III. p. 414 (Hs. zu Darmstadt No. 545. 14. Jh. D.)

1. L. D. amplexu. N. Mo. amplexum. L. clausit l. Ita S. Odo de S. Maria Magd.: *post fluxae carnis scanla fit ex lebete phiala.* 2. L. hanc ill. D. quem ind. L. hanc carn. D. hinc excl. 4. D. culpa teritur. L. laude plaude. 7. Noster risus i. e. Isaac verus ristus. L. carnis cont. Ezech. XVI, 4: *Et quando nata in die ortus tui non est praecisus umbilicus tuus et aqua e es lota in salutem nec sale salita nec involuta pannis.* D. croto. Mo. croco. D. bysso tincta: Ezech. XVI, : *Et vestivi te discoloribus et calceavi te ianthino et cinxi bysso et indui subtilibus.* 9. L. huic. D. hyacintho — lciaris — flagrat.

---

506. [*Gaude felix Agrippina.* De S. Hermanno seph. Acta SS. Apr. VII Apr.]

Gaude felix Agrippina,
Plaude cohors Norbertina,
Deo laudes dicite:
Viro Dei, sancto mystae
Ioseph sacer dies iste:
Sancte hunc traducite.

2. Hunc tu mundo genuisti,
Ordinique transmisisti
Candido, Colonia:
Eyffliam hic illustravit,
Et Steinfeldiam ornavit
Sua sanctimonia.

3. Coluit devote piam
Puer innocens Mariam,
Abstinens a crimine:
Tota vita visitari,
Adiuvari, informari
Meruit a Virgine.

4. Summus Pater hunc amavit,
Et virtutum exornavit
Tunica polymita;
Fuit simplex, rectus, castus,
Pius, mitis, osor fastus,
Cunctis reddens debita.

5. Sancte mysta, te laudare
Ipse Christus, et vocare
Est dignatus lilium:
Diva virgo tibi favit,
Ioseph, sponsum te vocavit,
Capellanum, filium.

6. Tibi quoque desponsari
Per angelos, et portari
Ad te Iesum voluit:
Quantus esses, et quantorum
Apud Deum meritorum;
Angelus edocuit.

7. Ergo digne te laudamus,
Tua festa celebramus
Digne, te suspicimus:
Deum, qui ad nos te misit
Tibi tantas qui divisit
Dotes, benedicimus.

8. Ave decus Confessorum,
Norma tu Presbyterorum,
Ubiorum gloria:
Tua, noster o patrone
Est in benedictione
Merito memoria.

9. Tua intercessione
Iram placa, Ioseph bone,
Irritati Numinis,
Loquere pro nobis bona,
Gratiarum posce dona
Veniamque criminis.

10. Tu exaudi preces, Christe,
Tuus quas amicus iste
Fundit pro clientibus:
Ut et servuli nos tui
Cum eo possimus frui
Gaudiis coelestibus.

---

507. [*Hoc in natalitio Martyri Georgio.* De S. Georgio. Thes. II. p. 203.]

---

508. [*Sume laudes pelle fraudes.* De S. Georgio, Ferrariae Patrono. Mone III. p. 319. (Hs. zu Karlsruhe von 1439.)]

1. Sume laudes, pelle fraudes,
inclyta Ferraria,
tecum laudent, non defraudent
coeli, terrae, maria,

2. Cum patronus vere bonus
tibi sit Georgius,
fortis pugil pro te vigil
hic martyr egregius,

3. Qui draconem interfecit
et malorum arefecit
vires et insidias,
regis natam liberavit,
Deciique non expavit
minas et potentias.

4. Hic reginam in agone
confortavit et coronae
coeli participium

hic accepit, non decepit,
ob hoc currit et non repit
ad dei palatium.

5. O Georgi, funde preces,
urbis tuae tolle faeces
atque omnem scoriam,
ut mundati et purgati
te ductore perducantur
ad coelestem gloriam.

[*Exultet plebs fidelium Chorusque Narnien-*
)e. S. Iuvenale. Thes. II. p. 243.]

[*In hac valle lacrymarum.* De S. Monica.
. p. 447.]

.c valle lacrymarum
t lux viduarum
ıcta mater Monica:

vidua haec sancta,
ac religiosa,
ıis atque sobria,

ıon fervens et benigna
ısque et modesta
stebat moribus,

.ua ac devota
[uoque semper tota
orationibus.

namque viduata
in viduitate
ıis sedecim circiter,

ti iugo mancipavit
totam et vacavit
ıummo simpliciter.

ti amor vulnerabat
ɜm eius, nam portabat
ıcem eius iugiter,

et Christi passionem
: suo et agonem
ım habens firmiter.

9. Haec Augustinum doctorem,
ecclesiae sanctae lumen,
protulit praefulgidum,

10. Munus hoc pater luminum
contulit, quod totum mundum
fecit praeclarissimum.

11. Haec largiter tribuebat,
infirmorum liniebat
cicatrices vulnerum,

12. Alimenta, monimenta
animabus et fomenta
corporibus pauperum.

13. Haec est illa benedicta
vidua evangelica,
quam laudavit dominus,

14. Quae plus omnibus imbuta
duo mittendo minuta
in gazophylacium:

15. Duo sunt minuta illa
Augustinus et Monica,
corpore et anima;

16. Quae suscepit pius Iesus,
qui est sanctis potus, esus
in coelesti patria.

17. Salve gemma viduarum,
more stillans olivarum
oleum misericordiae,

18. Qui te matrem deprecantur,
veram vitam assequantur
post finem miseriae.

Mone l. c.: *Aus einer Hs. des ehemaligen Klosters Bronnbach bei Wertheim, 15. Jahrh. Reime und Versmass sind nicht genau.*

---

511. [*Laetabundus Plaudat mundus.* De S. Stanislao. Thes. II. p. 239.]

---

512. [*Lux praeclara lux solennis.* De S. Servatio. Thes. II. p. 221.]

---

513. [*Gratulemur dulci prosa.* De S. Erico. Thes. II. p. 157.]

---

514. [*Admiranda sed favoris digna dies oritur.* De S. Africano. Thes. II. p. 154.]

---

515. [*Super flumen Babylonis.* De S. Wilhelmo. XXVIII. Mai. Mone III. p. 559. (Hs. zu Karlsruhe o. N. vom Jahre 1440.)]

1. Super flumen Babylonis
Plorans sedet Salomonis
Sponsa, silent organa:
Quia venit surgat illa,
Concrepent silvarum ligna
In hoc die omnia.

2. Wilhelmus noster pater
Quem produxit Eva mater,
Proles nunc invigilet,
Bene psallat sapienter
Cor cum voce, sic frequenter
Ne in laude dissonet.

3. Deum laudet noster chorus,
Laude dignus qui est solus
Et omni laude dignior.
Eructet laudans Dei donum
In patrono verbum bonum
Vita, ligna, mens et cor.

4. Mardochaeus honoratur,
Naaman lepra mundatur
Et Aman suspenditur,
Saccus stola commutatur,
Sordens caro renovatur,
Zachaei fraus abolitur.

5. Arrha stola prima datur,
In hac die amplexatur,
Vitulus occiditur,
Agri cultor simonisat,
Dum ignorat, quantum amat,
Cui plus dimittitur.

6. Gratum florem inter spinas,
Bonum vinum ad convivas
Novit deus facere,
Haurit aquas mens doloris,
Quas divinisat saporis
Pie pater hodie.

fortis tu fuisti,
Dagon praecidisti
r liminaria,
s caput contrivisti
'am peremisti
heremitica.

as Abel,
ıris in Bethel,
sti Iacob pro Rachel,
ı Isabel,
e Daniel
laesus ut Mizahel.

non inter parentes,
s fugientes
ım, notos, patriam),
m regum, quem amasti,
.u tu intrasti
m Rodis horridam.

10. O comes Pictaviae,
More regis Ninive
Poenitens te humiliasti,
Ezechielis precibus,
Magdalenae fletibus
Effluens vitam prolongasti.

11. Ad hanc tuam, bone pastor,
Singularis ferus aper
Ne devastet vineam,
Transfer cito de Aegypto,
Pharaone suffocato,
Ad dei locans dexteram,

12. Ubi finis bonae vitae,
Ad quem tendunt eremitae
Aeternaque societas,
Splendor lucis, via vitae,
Pastor bone, mina mite
Nos ad agni nuptias.

us metrica ratione commotus 1. Willihelmus. 7. 8. ut Abel. 10. om. qui. 11. pater. 12. aeterna . At in metris negligentior fuit poeta quam ut icari possit sequentiae scriptura. 12. minare = Du Cange sub h. v.]

[*Mundi renovatio et mundorum natio.* De ıo. Thes. II. p. 194.]

[*Sanctissimi pontificis.* De S. Erasmo. Mone 2. (Hs. zu Pommersfelden No. 2926 15. Jh.)]

ɜimi pontificis
.tum opificis
ni sollemnia

ɔrde recolamus,
te concinamus
ɣris praeconia,

huius mundi spina
t lux matutina,
leo serviens,

4. Et invictus ut athleta,
clade huius vitae spreta,
fit pro Christo patiens.

5. Nam zabulo instigante,
Diocletiano imperante
turbatur ecclesia,

6. Unde moerens praesul sanctus,
postquam saevit furor tantus,
pauper fit eremita.

7. Ubi ductis septem annis
tam in hymnis quam in psalmis,
revocatur divinitus;

8. Cui occurrunt infirmi,
caeci, claudi, muti, surdi,
opem poscunt singultibus.

9. O laudanda cunctis horis
benignitas salvatoris,
tanta praestans fidelibus!

10. Hinc a pravis coarctatur,
Diocleti praesentatur,
ponere thura idolis.

11. Quo negante
iudex repente
Erasmum iubet variis
torqueri suppliciis,

12. Plumbo, cera,
pice, resina
oleoque perfunditur,
sed martyr non vincitur.

13. Quis valet Erasmi
virtutes fari?
non enim per linguas ferri
cuncta possent referri.

14. A iudice alio examinatur
et tormenta renovantur
ante illata martyri,

15. Et post multa supplicia
Christus deus sempiterna
vexit illum ad gaudia,

16. Ubi orat: „me quicumque
petierit, da mercedem, domine!“

17. Ergo, sancte pater Erasme,
in adversis nos tuere,
dirigens nos prospere,

18. Ut clausa vita bono simus
tecum sine fine
laudantes filium Mariae.

Mone l. c.: *Das Strophenmass ist von 30 an* (Str. 11) *verdorben. Diocletiano gegen das Versmass, der Abschreiber wusste nicht, dass Diocletian vorher Diocles hiess, was der Dichter lateinisch flectirt hat. Lactant. mort. pers.* 9. Quae mihi nimis argute prolata videntur. Haud vero simile est, auctorem carminis tanta pollere historiarum doctrina: vel, si doctus erat, non efformasset formam Diocleti. Quod autem gravissimum est, S. Erasmus non praesentatur Diocli, sed Diocletiano imperatori.

---

518. [*Romana stirpe Quirinus procreatus.* In Translatione S. Quirini. Thes. II. p. 57. Mone III. p. 488. (Hs. zu München Clm. 14083. 11. Jh.)]

1. Romana Quirinus stirpe procreatus,
2. In vera Christi fide doctus infantulus
3. Antiqua Martis bella sprevit, nova petit,
4. Vexilla crucis arripit, victorem mortis adiit,
5. Et calcetenus spreverat transitura mundi bona,
6. Quae possederat, dederat, mercaturus perpetua.
7. Romulizanti regi congressus agonizans victorizat,

8. Martyrizandum corpus tradebat vivens homo pro domino,
9. Signifer ut Christum sequeretur sceptrigerum.
10. Lethifer hunc ruit morte victus exercitus.
11. Superna turma gaudet cum Christo, huius aucta consortio;
12. Gaudete vos terrestres, quos servat ille precis tutamine.
13. Communi corde et voce plebis concinite,
14. Popellus atque cunctus clerus, vos monachi:
15. Quirine, martyr domini, commenda preces populi Christo Deo.

---

519. [*Hoc in die gloriemur Et devote veneremur.* De S. Eskillo (XII. Iun.) Thes. II. p. 214.]

---

520. [*Salve felix Elisabeth odorifera rosa.* De S. Elisabeth Schoenaugiensi. Thes. II. p. 195.]

---

521. [*Laeto vocis cum fervore.* De S. Laudelino. Thes. II. p. 218.]

---

522. [*Glorietur totus mundus.* In Festo Decem Millium MM. Thes. II. p. 204.]

---

523. [*O coelestis harmonia O superna hierarchia.* In Festo Decem Millium MM. Thes. II. p. 235.]

---

524. [*Hic est dies celebrandus Laudibusque praesentandus Dies decem millium.* Decem Millium Martyrum. Mone III. p. 148.]

---

525. [*Ad honorem tuum Christe Recolat ecclesia.* De S. Ioanne Baptista. Thes. II. p. 81.]

---

526. [*Praecursoris et baptistae.* De S. Ioanne Bapt. Thes. II. p. 169. Trench p. 87 ss.]

8. In Thesauro vitiose expressum tenet pro terret.

---

527. [*In occursum praecursoris.* De S. Ioanne Bapt. Thes. II. p. 217.]

---

528. [*Vox clamantis in deserto.* Per Octavam S. Ioannis Bapt. E. Missali Cameracensi. Ecclesiologist C. VII. Aug. 1853.]

1. Vox clamantis in deserto
More sonans inexperto
Voces nostras in aperto
Conclamare faciat:
Istum decent melodiae,
Cuius ortum Zachariae
Missus idem qui Mariae
Partum verbi nuntiat.

2. Senex mater et effeta
Novo sentit in propheta
Quod naturae nescit meta,
Novi partus gaudium:
Verbi vates incarnati
Praeferendus omni vati
Necdum natus necdum nati
Prophetat praesentiam.

3. O praecursor summi regis,
Lumen vitae, limen legis,
Pium melos tui gregis,
In sublime referas:
Per te viam teneamus —
A qua per nos deviamus —
Ut te duce transeamus,
Hinc ad sedes superas.

---

529. [*In aeterno regno vitae.* De S. Gulielmo Abb. (XXV. Jun.) Thes. II. p. 249.]

---

530. [*Adest dies olivarum.* De SS. Ioanne et Paulo MM Thes. II. p. 233.]

---

531. [*Roma Petro glorietur.* De SS. Petro et Paulo App. Thes. II. p. 81.]

---

532. [*Gaude Roma caput mundi.* De S. Petro (Ad vincula Petri) Adami carmen. Mone III. p. 76. (Aus einer Hs. des 12. Jahrh. zu Colmar, die vom Kloster Murbach herrührt unter andern Hymnen und Sequenzen C. Steht auch in einer Hs. des 14. Jahrh. zu Pommersfelden.

em Strophenbau nach von einem französischen Vf.) Neale eq. p. 144 e Missali Tornacensi T. Narbonensi N. et Clichvaeo Cl.]

1. Gaude Roma, caput mundi,
Primus pastor in secundi
Laudetur victoria.
Totus orbis hilarescat
Et virtutis ardor crescat
Ex Petri memoria.

2. Petrus sacri fax amoris,
Lux doctrinae, sal dulcoris,
Petrus mons iustitiae;
Petrus fons est salvatoris,
Lignum fructus et odoris,
Lignum carens carie.

3. Et quid Petro dicis dignum?
Nullum Christi videns signum,
Primo sub ammonitu
Fugit rete, fugit ratem,
Necdum plene veritatem
Contemplatur spiritu.

4. Auro carens et argento
Coruscat miraculis,
A nervorum sub momento
Claudum solvit vinculis.

5. Paralysi dissolutus
Aeneas erigitur,
Petrum praesens dei nutus
Ad votum prosequitur.

6. Petrus vitam dat Tabithae
Iuvenemque reddit vitae
Potestate libera.
Pede premit fluctus maris
Et nutantem salutaris
Petrum regit dextera.

7. Facta Christi quaestione
Brevi claudit hic sermone
Fidem necessariam;
Hunc personam dicit unam,
Sed non tacet opportunam
Naturae distantiam.

8. Quod negando ter peccavit,
Simplex amor expiavit
Et trina confessio.
Angelus a carcere
Petrum solvit libere,
destinatum gladio.

9. Umbra sanat hic languentes,
sanat membra, sanat mentes,
Morbos reddit impotentes
Medici potentia.
Petrum Simon magus odit,
Magum Simon Petrus prodit,
Petrus monet et custodit
A magi versutia.

10. Hic a petra Christo dictus
In conflictu stat invictus,
Licet iugis sit conflictus
Et gravis congressio.
Cum volare magus quaerit,
Totus ruens totus perit,
Quem divina digne ferit
Et condemnat ultio.

11. Nero frendit furibundus,
Nero plangit impium,
Nero, cuius aegre mundus
Ferebat imperium.

12. Ergo Petro crux paratur
A ministris scelerum,
Crucifigi se testatur
In hac Christus iterum,

13. Petro sunt oves creditae
Clavesque regni traditae,
Petri praeit sententia
Ligans et solvens omnia.

14. Pastoris nostri meritis
Ac prece salutifera
Nos a peccati debitis,
Aeterne pastor, libera.

3. T. dices dignum. C. signum sub admonitu. Mo. supplet solo, sed valet libri Tornacensis auctoritas. T. contemplatus. 4. C. et nervorum. Cl. Dei virtus. 6. C. Iuvenesque. Cl.: *Ex Sacra Scriptura non habetur, quantum meminerim: sed ex aliqua alia historia, quae me latet.* Nealius putat, vocem iuvenem fortasse ad Tabitham referendam esse. 7. C. nunc. Mo. nam. N. hanc. T. nec tacet. 8. C. expiavit et confessio. Monius qui Nealii librum in hac sequentia minime curavit supplet: fletus et confessio. Vera praebet Nealius; Io. XXI. 15 sqq. 10. T. a petra Petrus, sed N. Christo. T. dum volare. 11. Cl. fremit. 12. T. Petrus iterum. Recte N.: *Sine dubio respexit poèta ad notissimam historiam de Christo Romam ineunte, quaerentique apostolo „Domine quo vadis" respondente: „Vado ut iterum crucifigar."* 14. T. et prece.

---

533 [*Tu beatus es Bariona.* De S. Petro vel ad Vincula Petri. Thes. II. p. 224. Mone III. p. 72. (Hs. zu St. Peter in Salzburg IX., 11. des 12. Jahrh.) Thesauri scripturam non censuit dignam V. D. quae comparetur.]

Praecedit in Monii scriptura antiphona: Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam — quae ad ipsam sequentiam minime pertinet. 2. dono dedit. 5. redintegrat visio. 6. iterata. 7. ligatis — fretus coelico. 8. Fortlage: *Wörtlich: ein doppeltes Heil wird Aethiopien gegeben (Duplex datur salus Aethiopiae). Die Apostelgeschichte enthält nichts hier irgend Anklingendes, als etwa die Bekehrung und Taufe des Kämmerers der Aethiopenkönigin Candaces, aber durch Philippus, nicht durch Petrus, Ap. Gesch. 8, 27 ff.* Textus Sequentiarum, quem contulit F. male pro Antiochiae — Aethiopiae.

---

534. [*Ad Maronis mausoleum.* Fragmentum Sequentiae de S. Paulo, Puteolos advecto.]

Ad Maronis mausoleum
Ductus fudit super eum
Piae rorem lacrimae:
Quantum, inquit, te fecissem
Vivum si te invenissem
Poetarum maxime.

Schlosser Lieder der Kirche I. p. 416: *Aus mündlicher Mittheilung meines seligen Bruders vom Jahre 1812. Doch ist*

rs und die Sequenz, welcher er angehören soll, nir- zufinden. Auch wurde mir auf mein Befragen dar- Existenz derselben im Jahre 1835 zu Neapel und zu ausdrücklich in Frage gestellt. Die Aechtheit derselben auf allen Fall unerweislich.

asse stropha deprompta est ex illa sequentia, quae lio teste (Del resorgimento d'Italia tom. II. p. 18. non nulla medii aevi saecula apud Mantuanos de- st in honorem Virgilii.

[*Venerandae venustatis.* De S. Hilario Carc. p. 225.]

[*Sancti Spiritus assit nobis gratia Quo fe- Deum peperit virgo Maria.* In Visitatione hes. II. p. 185.]

[*Decet hymnus cunctis horis.* In Visitatione

; hymnus cunctis horis
voce dulcioris
memoriam:
idignum sed benignum
corde, dare signum
e in gloriam.

emus mente sana,
quod petit montana
re gravidam:
ympho comitata,
t quo salutata,
n mulcet pavidam.

miratur sed matrona:
e, inquit tanta dona
dantur hodie,
e quod veniret illa
dei et ancilla,
rum tenens gloriae?"

4. Gaudet clausus sua matre,
sentit prolem sine patre,
agnum dei praedicat,
erit magnus infans, rite
regem coeli, agnum vitae
clausus plausu indicat.

5. Nequit senex immorari,
rapit manus manu pari
et nimis celeriter:
Exultabat modo miro
circumplexa hanc in gyro
salutando dulciter.

6. Clamat senex voce clara,
amplexata tot praeclara
insignia deo cara,
voce pandens uberi:
„salve inter mulieres,
te respexit coeli heres,
meruisti, quod videres
casta fructum uteri!"

7. Illa sed repudiavit,
laudem, deo assignavit,
quando supplex decantavit
contexens Magnificat.
Clemens virgo atque pia,
tu nos fove, o Maria,
partus namque tui quia
sola spes vivificat.

Mone II. p. 124. (Hs. zu Admont 15. Jahrh. A.) Neglexit V. D. scripturam Nealii Seqt. p. 128. e Missali Pragensi 1522. P. — 1. A. male interserit inter primum et secundum versiculum tua intercessione. A. Mo. dulci oris. 2. P. quod mater petit. 3. A. veniret quod — omnis gloriae. 4. P. natum sine. 5. A. vivus cel. quod Mo. iure ducit vitiosum. P. circumplexat. 6. P. insignita. A. clam. veteri. P. casti. 7. P. exoravit detexens. A. partus namque tis (cis) nos quia. P. partus namque tuus nos quia. Mo. namque scis, nos quia. Magis placet Nealii coniectura in textum recepta.

---

538. [*Celebremus in hac die.* In Visitatione B. V. Neale Seq. p. 121. e Missali Sarisburiensi.]

1. Celebremus in hac die
Festum domus Zachariae
Laudibus laetitiae,
Contemplemur ibi gestum:
Ut de gesto fiat festum,
Iam domus Ecclesiae.

2. Thema iam solemnitatis,
Copiosae caritatis,
Gratia recolitur.
Qua Elizabeth beata,
Senectute foecundata,
Suscepisse sentitur.

3. Orbis totus gratuletur:
Toto corde veneretur
Dulcis visitatio.
Compassivi cordis benignitas,
Excessivi status humilitas,
Sacra consolatio.

4. In introitu Mariae,
Plenam matrem prophetiae
Spiritus illuminat:
Confortata genitum,
Roborata debitum
Felix parens terminat.

5. Ergo festi hanc auctricem
Lauda Dei genetricem,
Syon ex praecordiis.
Quidquid dicas de benigna
Minus est a laude digna,
Debitis praeconiis.

6. Visitatrix in montanis,
Visitatrix in his planis,
Sis matris Ecclesiae:
Medicina Christiana,
Quod non valet vis humana
Fiat dono gratiae.

7. Benedicta mulierum,
Sidus maris, lumen verum
Moestum consolare clerum,
Populum irradia.
Benedicto ventris tui
Fructu dona nobis frui:
Sicque simus semper sui,
In perenni gloria.

N.: *Aut* veneretur *passive capiendum est* (uti sae-
sequentiis), *aut* celebretur *vel simile quid legen-*
in his planis. N.: *ecclesiae situm Sarisburiensis*
innuit poëta,

. [*Deum Iesu Christi patrem.* In Visitatione
Veale Seq. p. 123. e Missali Noviemensi.]

1 Iesu Christi Patrem,
[ariam eius matrem,
ta nunc Ecclesia
laude veneratur:
Ioannis matri datur
iae praesentia.

excelso Trinitatis
a defert novitatis
anymphus Gabriel:
o paret veritatis
), iubar caritatis,
cipit Emmanuel.

dis rem miraculi,
lis spectaculi,
et declarari,
s qui sublimior,
fit humilior,
it famulari.

gnans lege non humana,
surgens in montana
tinanter abiit;
domum Zachariae
cursoris matrem pie-
tans introiit.

5. Dum Maria salutare
Verbum dedit, exultare
Coepit infans nimium:
Lumen adhuc occultatum,
Reverenter incarnatum,
Verbum Patris omnium.

6. O quam pium fert amorem,
Omnem superans decorem,
Virginis praesentia!
Sese matres amplexantur:
Per salutes revelantur
Salutis mysteria.

7. Ex medullis animae
Canticum laetitiae
Cecinit Maria:
Exultavit spiritus:
Exaltatur Dominus,
Dulci melodia.

8. Laudes ergo mirificae
Mariae permagnificae
Vox amoena:
Psallat eius praeconia,
Laudans petat suffragia,
Plebs egena.

9. Et tu coeli regione,
Virgo Prolis Mater bonae,
Clementer expostula,
In conspectu summi Regis,
Professores suae legis
Regnare per saecula.

3. Lib. video, 8. Fortasse laudes promat.

---

540. [*Laeta coeli hierarchia.* In Visitatione B. „Canenda in feriis.“ Ex Missali Upsaliensi. Ecclesiol. (April 1854.

1. Laeta coeli hierarchia
Dulci canat melodia
Matrem Christi venerans:
Fructu floret virgo pia,
Porta lucis, vitae via,
Iesum carne generans.

2. Prima parens depravavit,
Mundum ista reparavit
Fructus sui munere:
Illa coeli clausit portam,
Ista clavem David ortam
Promeretur reddere.

3. Scala Iacob quam conspexit
Figuratam intellexit
Virginale meritum:
Qua Salvator huc descendit,
Homo lapsus reascendit
Ad honorem perditum.

4. A sopore revocatus,
Non est, inquit, inspiratus,
Nisi domus Domini,
Atque porta coeli latens,
Quae cuicumque moesto patens
Apparebit homini.

5. Constat ergo, quod Maria
Nobis exstat illa via
Per quam salus venerat;
Hinc exsurgit salutata;
Montes scandens inflamm:
Ad cognatam properat.

6. Pignus secum ferens dat
In salutem destinatum
De supernis sedibus,
His quos Eva propagarat
Et in mortem destinarat
Vanitatis actibus.

7. Iam se matres amplectunt
Et salutes proloquuntur
Dato pacis osculo.
Praeco Regis maiestatem
Noscens plaudit, libertat
Petit dari populo.

8. Stupent matres intendente
Visitatas esse gentes
Salvatoris gratia:
Totus orbis collaetetur
Et devote contempletur
Gestorum insignia.

9. Laus sit regum regi Deo;
Redonanti pacem reo
Sit honor perenniter:
Sit et dignae genetrici
Tanti doni gestatrici
Decus aeternaliter.

---

541. [*Adoramda veneranda.* De S. Kiliano. Thes. II. 89. Mone III. p. 381. (Hs. zu Würzburg M. th. vom ıli 1356. A. Gropp Scriptt. Würceburg 2, 890. B.)]

1. Mo. οὐσία. 6. A B. Mo. Thabor fertur; ut Num-rgense et Pataviense Missale. Neque hodie scio quid sibi lit vox Thabor. Nam quod Monius affert: *Th. steht für mmel, es ist a beizudenken, denn das Subject liegt in vir-r Dei.* — id, donec afferantur loci similes, abesse videtur vero. 7. Mo.: tria dona *erklärt Daniel für die h. Drei-igkeit, was unstatthaft ist. Den drei Personen der Gott-it entsprechen die 3 Gaben: misericordia, veritas und san-tas oder sanctificatio; der Vater und der Sohn werden oft ter den Worten misericordia und veritas angeführt.' Gen. , 27. Ps. 88, 50. 3. 15. 25. 34. Ps. 56, 4. 11. Ps. 116, 2. . 35, 6, besonders Ps 84, 11. 12. Joh. 14, 6.* Nihilominus ıtentia Thesauri magis accedere videtur ad simplicem cis sensum. B. hinc. 16. Mo. proc. regione. — a reg. *ben alle, es mag stehen, wenn man regione nach französi-ıer Art dreisilbig liest.* 11. A. Mo. transmittendo. A. ver. tam. Port. str. 14 A B. hanc habent.

Cura quidem bonitatis
Et divinae pietatis
In mittendis tribus viris
Ad nos exhibita.

16. A. B. in Francia. 17. A B. aucta quorum. — erbipolis. In adnotationibus ad Codicem Annalistae Saxonis ırbipolitanum (Pertz Monum. VIII. p. 551.) leguntur haec: *Her-ıpolis. Nota ubique in ista et aliis cronicis et litteris anti-is Würtzburgensis Episcopus scribitur. Hoc autem nomen rbipolis* Ioannes Gallicus, *Scholasticus Herb. in Curia ı Kulnberg Herbipoli (c. 1340) in sequentia* Adoranda *et ·toria quam de S. Kiliano fecit istud nomen composuit, quia ·ruptum Theutonicum scivit et loquebatur etc.*

18. Mo. om. namque, in omnibus codd. obvium, prop-· metrum. 22. Mo. conb. sociari, reluctantibus libris.

Mone l. c.: *Das Lied wurde von dem Scholaster zu Würz-rg Johannes Gallicus gemacht, der um 1340 lebte, hat des-·gen auch die französische Form der Troparien und stimmt seinem Strophenbau mit No. 601 überein. Daniel setzt die ·quenz irrig in das 12. Jahrh.*

Tacet M. me obtemperasse Bollandistis. Nam quod ribunt Viri Docti sese transscripsisse carmen „ex vetustis-mo Missali quod forma literarum Teutonicarum seu Gothi-

carum antiquitatem non modicam redolet" — haec mihi saeculum decimo quarto superius indigitare visa sunt. Sed propensior est Monius in Thesauri editorem castigandum.

Carmen Marianum **601**: O si scirem consentirem metrica ratione valde discrepat a s. Kiliani praeconio.

---

542. [*O praesul verae civitatis.* De S. Disibodo. Mone III. p. 269.]

1. O praesul verae civitatis, qui in templo angularis lapidis ascendens in coelum in terra prostratus fuisti propter deum.

2. Tu peregrinus a semine mundi desiderasti exul fieri propter amorem Christi.

3. O mons clausae mentis, tu assidue pulcram faciem aperuisti in speculo columbae.

4. Tu in absconso latuisti inebriatus odore florum, per cancellos sanctorum emicans deo.

5. O culmen in clavibus coeli, quod propter perspicuam vitam mundum vendidisti, hoc certamen, alme confessor, semper habes in domino.

6. In tua enim mente fons vivus clarissima luce purissimos rivulos eduxit per viam salutis.

7. Tu magna turris ante altare summi dei et huius turris culmen obumbrasti per fumum aromatum.

8. O Disibode, in tuo lumine per exempla puri soni membra mirificae laudis aedificasti in duabus partibus per filium hominis.

9. In alto stas non erubescens ante deum vivum et protegis viridi rore laudantes deum ista voce.

10. O dulcis vita et o beata perseverentia, quae in hoc beato Disibodo gloriosum lumen semper aedificasti in coelesti Jerusalem.

11. Nunc sit laus deo in forma pulcrae tonsurae viriliter operante.

12. Et superni cives gaudeant de his, qui eos hoc modo imitantur.

Mone l. c.: *Hs. zu Wiesbaden, 12. Jahrh. mit der Melodie. Steht am Schlusse der Werke der h. Hildegart und ist wahrscheinlich von ihr verfasst.*

---

543. [*Regi psalmistae citharistae tibi Christe.* De S. Margareta. Thes. II. p. 195.

---

544. [*Salve felix Magdalena.* De S. Magdalena. Mone III. p. 421. (Hs. zu Venedig Cl. III. cod. 32. 15. Jahrh.)]

1. Salve felix Magdalena,
crucifixi zelo plena,
nos perducas ad amoena
paradisi gaudia.

2. Dona nobis cor amarum,
fac repletum lacrimarum,
sit lamentum nobis carum,
et planctus laetitia.

3. Magdalena, nos plorare,
semper tecum suspirare,
crucifixum fac amare
cordis desiderio.

4. Magdalena, nos tuere
affectantes tecum flere,
fac ridere et languere
amoris incendio.

5. Magdalena, quae fuisti
sic amica Jesu Christi,
fac nos flere, quae flevisti,
sit in fletu gaudium.

6. Quod audisti, fac audire,
quod sensisti, fac sentire,
fac cor nostrum introire
lugubre suspirium.

7. Istae laudes Magdalenae
quasi dulces cantilenae
sunt suaves et amoenae
cordibus fidelium.

8. Propter magni vim amoris,
plena maximi doloris,
aestuabat intus foris
voce lamentabili.

9. Stabat juxta monumentum,
cuius cor erat intentum
circa planctum et lamentum
corde miserabili.

10. O quam felix tu fuisti,
Christi pedes cum lavisti
lacrimandoque tersisti
tuis sanctis crinibus.

11. O discipula beata,
quae fuisti Deo grata,
Christi pedes osculata
tuis ungens manibus.

12. O exemplar poenitentis,
quae gaudebas in lamentis,
in qua fuit ardor mentis
anxia doloribus.

13. Magdalena, manda zelum,
quem habebas sic anhelum,
quo perducas nos in coelum
tuis sacris precibus.

14. Magdalena, mala dele,
tui planctus sint medelae,
semper nobis sint tutelae
contra carnis vitia.

15. Magdalena, dele mala,
tua salva nos subala,
esto via, dux et scala
ad regna coelestia.

---

545. [*Gaudeat Hispania.* De S. Iacobo. Thes. II. p. 190. Mone III. p. 106. (Hs. zu Karlsruhe von 1493.)]

4. cum prim. 7. genubus adr. 8. tecum.

---

546. [*Sit laus tibi Jesu Christe.* De S. Iacobo. Mone III. p. 106. (Hs. zu Pommersfelden No. 2926 des 15. Jahrh. A. Hs. von St. Peter zu Karlsruhe No. 16. des 14. Jahrh. B.)]

1. Sit laus tibi, Jesu Christe,
dum frater evangelistae
Iacobus excolitur.
Laude festa festo die
concrepent nunc melodiae,
Iacobi laus canitur.

2. Hodie fit coeli civis
angelorumque concivis
Zebedaei Iacobus:
Hinc exultet omnis homo
et ab hac sollemni domo
reprobetur reprobus.

3. Christi fidelis athleta,
tibi datur merces laeta,
duplicata venia:
In apostolorum choris
martyrum fusi cruoris
possides insignia.

4. Iudex saecli, martyr alme,
tibi duae dantur palmae
pacis et victoriae.
Iudicas nec iudicaris,
tui funes in praeclaris
ceciderunt hodie.

5. Ergo nos conserva tibi,
ut dum consistamus ibi
coram summo iudice,
Te intercessore bono
et propitio patrono
locemur in apice.

1. B. Iohannis ev. Pro excolitur Mon. mavult legere extollitur. 3. Mo.: venia *hat hier keinen Sinn, ich halte* praemia *für die richtige Lesart, denn die Stelle bezieht sich doch wohl auf Matth. 25, 20 flg.* Minime vero. Rationem habet poeta historiae Matth. 20, 29—34. Concessus est S. Iacobo thronus apostolorum, sed praeterea bibit etiam calicem martyrii. A. tu ap. 5. B. assistamus coram deo summe Iesu nostro iudice — collocemur ante Deum in apice.

---

547. [*Pangat chorus in hac die.* De S. Iacobo. Thes. II. p. 223. Mone III. p. 107. (Reichenauer Antiphonar zu Karlsruhe No. 290. 14. 31. A. Hs. zu St. Peter in Salzburg V. 16 des 14. Jahrh. B.)]

1. Pangat chorus in hac die
novum genus melodiae,
clara dans praeconia:
Iacobum resultat lyra,
in quo floruit tum mira
meritorum copia.

2. Patre natus Zebedaeo
instat mari Galilaeo
arte piscatoria,
iudaismi ficus arens
nutrix ei fit et parens
in legis duritia.

3. Ex divinae vocis oraculo,
pro iubentis nutu vel oculo,
piscatoris abiurat titulo
praeodorans bona perennia,
synagogam mutat ecclesia,
patrem deo legemque gratia,
transfigurans mentis industria
navem duce verboque retia.

4. Vas sincerum, granum pingue
bibit lac coelestis linguae,
vitae sugit ubera:
induit apostolatum,
coelo capit principatum,
verbo premit aethera.

5. Hic in sua specie
regem vidit gloriae
vultu clarum flammeo,
quem crucis vicinia
vi respersit nimia
sudore sanguineo.

6. Hunc in coena mystica
agni carne deica
Christus pavit,
huius mentem coelitus
aspirans paraclitus
debriavit.

7. Duplicem exercens alam
erigit coelestem scalam
sermonis et operis,
et rebelles Deo magos
sensu doctrinaque vagos
fide iungit superis.

8. Dabat vivax vox Hebraei
sonum ut sublimis dei,
docens lapsus orbis rei
solvi poenitentia:
Iacobus ut torrens ignis
fulgurat virtutum signis,
rebus vacat Deo dignis,
coelis infert studia.

9. Hinc Herodes fervens ira
rabieque furens dira
iussa dat crudelia,
iubens hunc ense feriri
et inmeritum puniri
capitis sententia.

10. Sic excocto gelu martyrii
apprehendit coronam bravii
Iacobi prudentia,
cuius ope fulget ecclesia,
stet in fide, crescat in gratia,
consequatur coelorum praemia.

---

548. [*Invictum Christi militem.* De S. Christophoro. Thes. II, p. 206.]

---

549. [*Sanctae Annae devotus decantet chorus.* De S. Anna. Thes. II. p. 196.]

---

550. [*Luce lucens in aeterna.* De S. Anna. Thes. II. p. 220.]

---

551. [*Ave Mariae mater serena.* De S. Anna. Thes. II. p. 240.]

---

552. [*Gaude mater Anna gaude.* De S. Anna. Mone III. p. 184. (Hs. de 15. Jahrh. des Klosters Brommbach bei Werthheim.)]

1. Gaude mater Anna, gaude,
mater omni digna laude,
mater tantae filiae.
Anna recte nuncuparis,
quia gratiose paris
matrem omnis gratiae.

2. Anna parit tres Marias.
quarum primam Isayas
praedixit divinitus
Virgam, florem producturam
virginemque parituram
dono sancti spiritus.

3. Haec est radix Anna pia,
virga florens est Maria,
Christus flos est inclitus.
Digna radix est honore,
cuius virga tali flore
foecundatur coelitus.

4. Anna stellam matutinam,
stellam maris et reginam
peperit clementiae,
De qua vere iam laetatur,
quia Deum contemplatur
revelata facie.

5. Salve mater matris Christi,
quae iam felix conscendisti
Iubilans in aethera,
Iter nobis para tutum,
ut in domini virtutum
collocemur dextera.

---

553. [*Salve parens matris Christi.* De S. Anna. Mone III. p. 185. (Hs. zu Gratz 42/51 des 12. Jahrh. mit Neumen. Hs. zu München Clm. 5111 des 14. Jahrh. stellenweis lückenhaft und verdorben „als Hymnus".)]

1. Salve parens matris Christi,
stellam quia protulisti,
unde sol emicuit.
Lux de luce prodit orta,
clausa permanente porta,
vates ut praecinuit.

2. Felix ista genitura,
pro qua deus mortis iura
dissipare voluit.
Auctrix Anna tanti boni,
cedis maledictioni,
vetus lex quam statuit.

3. Tu pridem infructuosa
cunctis eras odiosa
tuis contribulibus;
Prole tandem foecundata
es beata praedicata
olim te spernentibus.

4. Ergo natam deprecare,
nos ut suo commendare
nato velit precibus.
Quod praestare tu dignare,
bona cuncta qui donare
scis et vales omnibus.

2. Mo. per quam. Tetigit poëta immaculatam conceptionem.

---

554. [*Exultet ecclesia pro assumpta filia.* De S. Anna. Mone III. p. 196. (Strassburger Hs. E. 60, 15. Jahrh.) Neale Seqt. p. 131 e Missali Andegavensi 1523.)]

1. Exultet Ecclesia
Pro assumpta filia
Regis ad palatium:
Annae sublimatio
Nostra exultatio
Nostrum est convivium.
Regni tenet solium,
Diadema regium,
Per Mariae Filium.

2. Praesentatur hodie
Anna Regi gloriae,
Cum hymnis et laudibus.
Haec Mariam peperit,
Per quam Christus aperit
Sinum poenitentibus.

3. Datur in coelestibus
A sanctorum civibus
Annae salutatio
Iocunda laudatio.

4. Laudant matris viscera,
Laudant matris ubera
Fructum beatificant
Mariam magnificant

5. Felix Anna, ex te manna
Mundo datur, quo pascatur
In deserto populus.
Hoc dulcore, hoc sapore,
Sustentatur, procreatur
Ex manna vermiculus.

4. Vermem istum dico Christum:
Nobis datum, exaltatum
In crucis patibulo.
Fit unguentum vulneratis,
Condimentum tribulatis,
Salvat a periculo.

7. Manna coeli, manna terrae,
Cura, stude nos transferre
Ad lactis, mellis patriam,
Ad Paradisi curiam.

8. Mater Dei genitricis,
Mater nostrae salvatricis,
Per te praesens familia
Tecum regnet in gloria:
Nos commenda Trinitati;
Fac ut verbi incarnati
Servis suis atque tuis
Detur benedictio:
Fac ut nostra symphonia
Et in regno et in via
Sit Maria, melodia,
Carmen iubilatio
Laus Mariae filio.

3. 4. tantum in Monii codice exstant.

4. 5. Neale: Alluditur, et forsan nimis audacter, Exod. xvi. 20. Simili modo Hymnus sequioris aevi: Fe Regis purpura, Quam rudis manus finxit, Calonis est lacer Non cocci vermis tinxit. Qui dixit, Ego Vermis sum, Cr tinxit coccinum.

M. nobis natum. Codex Monii: salvat Mo. sol

---

555. [*Felix mundus ex coeli lumine*. De S. A Ex Missali Strengnensi. Ecclesiologist XCVIII. Oct. 1853. p.

1. Felix mundus ex coeli lumine
Mira prorsum in altitudine
De stellarum ordine
Fulgens pulchritudine.

2. Magis felix Annae progenie,
De qua natae tres Sanctae Filiae
Clara gignunt sidera,
Astraque stellifera.

3. Primo parit Mariam coelicam
Quae praecessit vitam angelicam,
Florens arca gratiae,
Templum Regis gloriae.

4. Haec quam Deus servavit Virginem,
Verum Deum parit et Hominem,
Coelum sapientiae,
Solemque iustitiae.

5. Hic praedulcis in suo sanguine
Nos expulsos lavit a crimine;
Adoptans in filios,
Et Regni consocios.

6. Iustum parit Iacobum altera,
Ioseph, Iudam, Symonem socia:
Viros apostolicos,
Virtute magnificos.

7. Hinc Maria maiorem Iacobum
Sequens parit, Ioannemque probum:
Qui Christi mirificum
Scripsit Evangelium.

8. Anna Dei tot beneficiis
Coniugatas praeit et gratiis;
Tot stellis novitiam
Ditavit Ecclesiam.

9. Dele nostras, Anna, miserias:
Deus in te monstrat eximias
Virtutes potentiae
Dotesque clementiae.

10. O Maria, dulce refugium,
Confer Annae per patrocinium,
Nos sanctorum gaudiis
Perfrui perpetuis.

556.] *Celsa lux Sion ave martyr Pantaleon.* De S. Pantaleone. Mone III. p. 475. (Hs. zu St. Gallen No. 378. 13. Jh. Hs. zu St. Gallen 380. 11. Jh.)]

1. Celsa lux Sion ave, martyr Pantaleon,
2. Clare lucifer, qui puer senatorem patrem spernis idolatram,
3. Summi filius ut patris esses praedulcis adoptivus in coelis.
4. Athleta quam fortis jussa regis tu contemnis Maximiani principis;
5. Vexilla domini crucis alma nunc secutus pulchra sanctorum curia.
6. Iussus artem tu medicinae corporalis edoceri, docilis
7. Morbos curas, mentes informas praepotens divino medicamine.
8. Puer purus ac benevolus, mitis, clemens, misericors
9. Vinculatum solvis puerum serpentino ligamine.
10. Vas electionis futurus, omni sorde purgatus,
11. Sumsisti pneumatis munera dignus ante baptisma.
12. Erroribus gentilem emancipans parentem, sana fide perenni reddis parenti,
13. Et medicos de terris tu aemulos prosternis paralytici gressu caecique visu;
14. Ignis incendium superans fide flammivomum,
15. Despicis ferarum morsus victor ferocium.
16. O gemma martyrum splendida, cunctis portus salutis, candelabrum lucis,
17. Qui mari deditus ac rotae colligatus, es tandem ense decollatus,
18. Nos commenda, nos proprios regi regum servulos,
19. Quo nos tecum in coelorum ducat clemens regiam,
20. In qua sibi laus est aeterna.

Titulus Sequentiae Eia turma (Eia recolamus). Thes. II. p. 3.

---

557. [*Coeli chorus esto gaudens.* De S. Botuido M. (XXVIII. Iul.) E Missali Strengnensi. Ecclesiologist XCVIII. Oct. 1853. p. 354.]

1. Coeli chorus esto gaudens;
Collaetare simul plaudens
concio fidelium:
Noe iustus, vir perfectus,
Deo placens et dilectus
Pausat post diluvium.

2. Super Syon sanctum montem
Deitatis gustans fontem
Implet desiderium;
Ad aeterna iam ascendit
Enoch; David apprehendit
Honoris fastigium.

3. Hic convertit peccatores
Ab errore; sanctos mores
Docet, salvans animas:
In radice caritatis
Onus laxat paupertatis,
Spargens eleemosynas.

4. Non est dolor neque luctus
Ubi dulces metis fructus
Laborans agricola,
Qui cum Christo gloriatur,
Angelis associatur
Gloriosus incola.

5. Rex benigne, Iesu bone,
Nos Botuidi fac coronae
Fieri participes;
Ut supernae Civitatis
Exaltemur cum beatis
Perennes municipes.

2. In Missali Upsalensi — asc. martyr laetus apprehendit.

558.]*Eia iubilemus carmina Deo digna.* De S. Martha. Thes. II. p. p. 174. Mone III. p. 425. (Hs. zu München Clm. 4617. 12. Jh.)]

1. Eia iubilemus carmina Deo digna,
2. Chordas cordis temperemus, sit pro chordis cordium concordia:
3. Dulce melos demus, cuius laus sanctorum merces est gratissima.
4. Hodie memoria iocunda veneratur matrem Martham sanctissimam,
5. Quam factor omnium factus pauper coelo regnans terris elegit hospitam.
6. Sancte pedes fovet Maria, haec procurat sobria convivia;
7. Grata Deo Marthae actio, Mariae laudatur contemplatio.
8. Gaudet ille foetens Lazarus se vocatum ab inferis,
9. Coeci visu, claudi donantur gressu sanctae Marthae meritis.
10. O Martha nimium beata, vita cuius admiranda,

11. Fide firma, spe robusta, caritate inclita.
12. Mirabilis in illa emicuit gratia, ut et apostolorum sit apostola.
13. Mortuos resuscitat, daemonibus imperat, serpentes tollit, tactu lepram emundat.
14. Beatum praedicant patrem, angelos qui cibavit;
15. Martha beatior, angelorum quae panem pavit.
16. Postremum decurso stadio praesentium, fruitur regno sidereo,
17. Pro parvis donata maximis, pro terrenis praemia captans coelestia.
18. Christi cara, prece tua nobis detur venia,
19. Ut ad illam, quae speramus te gaudere, patriam
20. Pertingamns ope tua.

13. Mone l. c.: serpentes tollit *bezieht sich auf die Tödtung des Drachen (tarasque), welcher noch an der Klosterkirche zu Arles ausgehauen ist, worüber Estrangin études sur Arles p. 189 sagt: Les chapiteaux des colonnettes présentent sur un des côtés sainte Marthe, muselant un animal monstrueux et chimérique, la tarasque, qui a donné son nom à une ville voisine, Tarascon, et dont l'image sculptée dans le cloître d'Arles prouve la haute antiquité de ces histoires fantastiques du moyen âge. Cette tarasque est une espèce de tortuedragon, que le jour de s. Marthe une jeune fille mène à l'église enchainé, pour qu'il meure sous l'eau bénite. — Die Benennung Tarasque rührt vom griechischan* τέρας *(Ungeheuer) her, denn in der Volkssprache dortiger Gegend sind viele griechische Wörter von den alten Colonisten übrig geblieben. In andern Legenden wird die Tödtung dieses Ungeheuers ihrer Schwester Maria Magdalena zugeschrieben.*

Non puto, poëtam hanc cogitasse historiam: simpliciter expressit quae leguntur Marc. XVI, 17. 18. Martha apostola apostolorum ornata est privilegio.

Titulus Sequentiae Eia turma (Eia recolamus).

---

559. [*Fulget dies haec praeclara.* De S. Martha. Neale Seqt. p. 133 e Missali Xantonensi (Saintes) 1491.]

1. Fulget dies haec praeclara,
In qua Martha Deo cara
Triumphat in gloria:
Mole carnis est erepta
Angelosque est adepta
Polorum in patria.

2. Gaudent chori Angelorum,
Atque turmae Beatorum,
Et phalanges populorum,
Polus, tellus, maria:
Nam die hac coronatur,
Stola vitae adornatur.

Ante Regem decoratur
Martha poli curia.

3. Haec est Martha quae cibavit
Regem coeli et potavit,
Diligenter focillavit
Sacra lare propria:
Christum pavit, mundi decus,
Quo pascuntur homo, pecus,
Ales, piscis, aeger, caecus,
Et poli familia.

4. Regem coelis celsiorem,
Orco et profundiorem,
Ponto, terra, ampliorem
Excepit sub tegmine:
Hunc quidquid concipi polo,
Comprehendi aut in solo,
Quique cuncta tenet palmo
Sola clausit foemina.

5. Marthae erat soror pia,
Nuncupatur quae Maria,
Quibus nobis patet via
Ad aeterna gaudia.
Stans ad pedes Salvatoris
Haec Maria lege moris
Eius audit verba oris
Et Martha parat prandia.

6. Martha nobis corporalem,
Et Maria spiritalem
Monstrat vitam, qua ad Patrem
Incedamus Messiae:
Qui egenos nutrierunt,
Et propria qui liquerunt,
Martha, Maria fuerunt
In sedibus gloriae.

7. Prece Marthae vis Domini
Resuscitavit Lazarum;
Reddendo flamen corpori
Exspoliavit Tartarum.
Torrens antro hic Lazarus,
Quatriduanus foetidus,

8. Molem signat peccaminum
Quadrifidam peccantium.
O quanta mysteria!
O molae miseria!
Prava cogitatio,
Inanis locutio,
Mala operatio,
Sedula transgressio:
Haec est mola quadrifida,
Quam scindit poenitentia.
Suscita nos a vitiis
Christe, qui Marthae meritis
Resuscitasti foetidum
A bina nece Lazarum.
O Martha, vera hospita,
Pro nobis Christum rogita
Quo vivamus in gratia,
In perenni laetitia.
Amen dicant omnia.

7. Lib. reddendus.

---

560. [*Lux illuxit laetabunda.* De S. Olavo: Neale Seqt. p. 140 e Missali Nidrosiensi 1519.]

1. Lux illuxit laetabunda,
Lux illustris, lux iucunda,
Lux digna praeconio:
In solemne gaudium
Prorumpat fidelium
Sincera devotio.

2. Gloriosus hodie
Christi Martyr gloriae
Sublimatur solio:
Pro aeternis brevia
Commutavit gaudia
Felici commercio.

5. Insignis martyris insignis gloria
Dulcis est gaudii dulcis materia;
Insiste canticis, mater Ecclesia,
Coelesti iubilo tange coelestia.

6. Inter curas absolutus
Rex Olavus constitutus
In regni fastigio,
Suspirabat in aeterna,
Pervolabat in superna,
Mentis desiderio.

7. Christi tractus in odore,
Christi languens in amore,
Vires sumens ex languore,
Corde, votis, factis, ore,
Quem amabat coluit.
Hic nec minis nec timore
Mortis fractus, nec labore,
Idolorum ab errore
Multo quidem cum sudore
Gentem suam eruit.

8. Tulit ab impia gente ludibria,
Minas et odia, poenas, exilia;
Sed mente stabili
Mira constantia devicit omnia;
Felix felicia migrans ad gaudia
Cum palma nobili.

9. Ante diem passionis
Ad instantis vim agonis
Animatus visionis
Divinae solatio,
Quod amabat praegustavit;
Praegustatum plus optavit:
Plus optatum vindicavit
Illustri Martyrio.

10. Rex et Martyr triumphalis,
Tutor noster specialis,
Tua proles spiritalis
Sit ab huius mundi malis,
Te tuente, libera:
Quos infestat vis carnalis,
Corruptela generalis,
Pestis potens et letalis,
Nos sub tuis tutos alis
Tua salvet dextera. Amen.

---

561. [*Postquam calix Babylonis*. De S. Olavo. In Feriis Quartis vel in missis votivis. Neale Seq. p. 142. Missali Nidrosiensi 1519.]

1. Postquam calix Babylonis
Illudentis fel draconis
Ebullivit penitus,
Olla fervit aquilonis
Oleo devotionis
Per Olavum coelitus.

2. Fert olivae florem avis.
Requiescit Noe navis
Montibus Armeniae:
Cum Olavo flat suavis
Spirans nardus, coeli clavis
Applicat Norvegiae.

3. Rex Olave, qui regium
Nomen habens egregium
Unctionis;
Cuius nomen est oleum,
Effusum per aculeum
Passionis;

4. Rex Olave nos exaudi,
Assistentes tuae laudi
Omni quarta feria:
Quia tui tunc agonis
Et felicis passionis
Colitur memoria.

5. Christi Martyr hanc cohortem,
Pro qua subiisti mortem,
Iunge coeli civibus:
Delictorum nos a faece
Tua purga sancta prece,
Cunctis et a sordibus.

---

562. [*Voce dulcis melodiae.* De S. Helena Vidua Martyre. (XXXI. Iul.) E Missali Upsaliensi. Ecclesiologist Cl. April 1854. p. 119.]

1. Voce dulcis melodiae
Veneremur in hac die
Helenae sollemnia:
Quae post cursus huius viae
Felix die theoriae
Migrat ad solatia.

2. Haec Rebecca flos decoris,
Hanc commendat cordis, oris,
Morum pudicitia;
Absoluta viri toris
Sprevit, ut Iudith, amoris
Carnalis connubia.

3. Martham praebet se diei,
Sed Mariam requiei
Contemplando tempore;
Dum non fovit hostes Dei
Iael uxor est Cenaei;
Prophetans, par Debborae.

4. Alabastrum comminutum
Fragrans fudit vim virtutum
Ut probant miracula:
Coecus videt, et os mutum
Loquitur ad eius nutum,
Leprae sedit macula.

5. O Suevorum advocata,
Posce reis, ut sensata
Thecuitis, gratiam;
Fac, ut Hester, elevata
Ut gens tua Deo grata
Mereatur gloriam.

1. Eccl. qua. Dies theoriae i. e. dies mortis qua Deum conspicit neque amplius in aenigmate. 4. Eccles. *With this we way compare the beautiful epitaph of Gundreda de Warren in Southover Church, which (with the late Dr. Mill's fin-emendation) runs: Sexta Calendarum Iunii lux obvia carni- Integumenta pie solvit, fregitque alabastrum.* Thecuitis 2. Sam. 14, 2.

---

563. [*Sursum corda dirigamus.* De S. Gumperto Mone III. p. 333. (Aus geschriebenen Zusätzen in dem Würzburger Messbuch von 1484 in dortiger Bibl. Gumper war der Patron der Stiftskirche zu Anspach, wofür dieses Lied gemacht wurde.)]

1. Sursum corda dirigamus,
ut amore ferveamus
Iesu Christi domini.
Christi semper in honore
psallat mente, psallat ore,
qui concordat nomini.

2. Ipse laus est angelorum,
ipse salus electorum,
ipse spes et gloria.
Laudes ergo salvatoris
in Gumperti confessoris
pangimus memoria.

3. Ille Deo militavit.
vicit mundum, triumphavit
debellatis hostibus.
Hostes erant carnis motus,
quibus Deo vir devotus
restitit instantibus.

4. Cum ad fidem traheretur,
ne a fide laberetur,
domuit carnalia.
Festinando ad salutem
de virtute in virtutem
posuit vestigia.

5. Homo vitae singularis,
disciplinae salutaris
est adeptus gratiam.
Vixit caste, vixit pie
Sacrae virgini Mariae
construens ecclesiam.

6. Kilianus seminavit,
quod Burchardus irrigavit,
quod Gumpertus messuit.
Semen arat verbum Dei,
messis fructus sanctae spei,
qua Gumpertus viguit.

7. O Gumperte, suffragator,
esto nobis consolator,
subveni clamantibus.
Ad peccata redimenda
tuo regi nos commenda
meritis et precibus.

8. Audi, Iesu, supplicantes,
audi tuae postulantes
opis adminicula,
Et placatus his patronis
ad supernae visionis
duc nos habitacula.

---

564. [*Rex Oswaldus ab Anglorum.* De S. Oswaldo. Thes. II. p. 161.]

---

565. [*Ad honorem matris Dei.* In Festivitate Nivis. Thes. II. p. 233.]

---

566. [*Laeletur hodie matris ecclesiae sancta devotio.* In Transfiguratione Domini. Neale Seq. p. 147 e Missali Leodiensi 1513.]

1. Laetetur hodie matris Ecclesiae sancta devotio:
Anniversaria reduxit gaudia Transfiguratio,

2. Superna visio in supercilio montis apparuit:
Deus in homine, verum in lumine Lumen resplenduit.

3. Adest prae oculis tribus discipulis Verbi divinitas;
Illustrat saecula, remota nebula, solaris claritas.

4. Quorum in gloria, quorum praesentia, testis assistitur;
Unus a dextera, alter ab altera parte conspicitur.

5. Petrus prae gaudio rupto silentio, visis miraculis,
Cum pie desipit, sermonem incipit de tabernaculis.

6. Cum Petrus loquitur, clara demittitur nubes in medium:
De nubis medio Pater pro Filio dat testimonium.

7. Ad tam insolitum de nube sonitum cadunt discipuli:
Virtus illabitur: sermo subtrahitur: caligant oculi.

8. Accessit protinus ad servos Dominus ut eos tangeret:
Statim restituit: silere monuit: donec resurgeret.

9. Solem iustitiae viderunt hodie mortales oculi;
Splendoris gratia designat gloriam futuri saeculi.

10. Exit visibilis ille mirabilis sol in splendoribus:
Quem carnis trabea velabat antea nostris obtutibus.

11. Cuius clementia sua nos gratia sanctis associet:
Eiusque facies, qua fulget haec dies, aeternum satiet.

---

567. [*Speciosus forma prae natis hominum Iesus*. In Transfiguratione Domini. Neale Seq. p. 149 e Missali Salzburgensi 1515 et Ratisbonensi.]

1. Speciosus forma prae natis hominum Iesus,
2. Vultum desiderant cuius Angeli deifluum intueri,
3. Pro nobis exinanitus, in forma servi Rex humiliatus,
4. Hodie formae pandit divinae lucem inaccessam per lucem symbolicam
5. In monte transfiguratus celso: verus ipse mons montium excelsior coelo.
6. Vultu soli, veste par nivi: qualem soli tres cerneban[illegible]t deividi.
7. Caro, sanguis non revelavit: sed Pater coelestis, cuius vox edixit:
8. Hic est natus mihi dilectus, toti mundo audiendus:
9. Hunc docentem semper audite; soli omnes obaudite.
10. O vere nimium beati, huius secreti conscii,
11. Tu, Petre, Iacobe, Ioannes: ex electis electi tres!
12. Mirabile secretum est vobis revelatum; quos nubes obumbravit, Pater edocuit.
13. Nubes haec non terrorem, sed gratiae dat rorem: non fumo subobscura, sed lucivoma.
14. O summum gratiae! vobis condignum, Boanerge!

15. Tu, claviger, carne dormis: sed impiger corde.
16. In hunc montem conscendite post tres istos, de tribus quique tomis terrae,
17. Nunc homo supra hominem exstat Iesus mons mundis corde perspicuus,
18. Maiestatis in Paternae regnant celsitudine,
19. Ut Moyses et prophetae cecinere consone.
20. Tu nos post te, Rex Iesu, trahe.

Titulum Sequentiae agnosco Eia turma (Eia recolamus). In nonnullis strophis poëta aperte alludit ad sequentiam normativam, uti 4. 10. 12. Et sane cum Transfiguratio necessitudinis quid habeat cum Nativitate, optime electus est titulus natalis. 5. Neale: *Alluditur ad Dan. II. 35: „Lapis autem, qui percusserat statuam, factus est mons magnus, et implevit omnem terram.“ Ita quoque ad Completorium in Die Pentecostes, Breviar. Sarisburiense: „Panis, Flos, Vitis, Mons, Ianua, Petra, Lapisque.“ Sequentia quam iamdudum dedimus: „Tu qui lapis, duc ad montem.“* 6. S. deifici. 7. Matth. XVI, 17. 14. Rat. o somnum gratiae, quam lectionem bene se habere contendit Trenchius: somnum scilicet quo tenebantur apostoli non secundum naturam sed divinitus missum fuisse. At reliqua libri Rat. varietas non ea est quae nobis hanc scripturam, artificiosam sane, commendet. R. nobis — Boanerie. 15. Neale: *Forsitan post* impiger *inserendum est* es, *ut metrum constet.* Et sane stropha sequentiae normativae Induit galeam certat ut miles armatura XV syllabarum est. 16. Tomi = partes. 17. R. exitet Iohannes.

---

568. [*De parente summo natum.* In Transfiguratione Domini. Neale Seq. p. 151 e Missali Tornecensi 1540.]

1. De parente summo natum,
Sed a Patre non creatum,
Verbum in principio
Cum Parente Deus unus,
Quod nullius exstat munus,
Sed erat ex proprio:

2. Verbum inquam istud, Deus,
Ne periret homo reus,
Servi formam induit:
Facta nova creatura,
Sic humana servans jura,
Quod Deum non exuit.

3. In se duo sic univit,
Digniorem quod vestivit,
Non corrupit, fragilis:
Neque maior se minorem
Consumebat: sed honorem
Augebat passibilis.

4. Vera manet sic utraque,
Non ut vinum mixtum aquae
Corrupit commixtio:
Sed ut servet in se vera,
Non commixta sed sincera,
Quae coniungit unio.

5. Salutare tantae rei
Documentum, Verbi Dei
Fit Transfiguratio:
In qua nobis revelatur
Quod humani tegebatur
Corporis sub pallio.

6. Candor vestis, splendor lucis,
Pro peccato carnem Crucis
Affixam supplicio,
Gloriosam iam effectam
Designabat et evectam
Verbi privilegio.

7. Atque Christum vox fidelis,
Non de terris sed de coelis,
Dei vocans Filium,
Forma nostra pravitatis,
Obumbratae Deitatis
Praebet testimonium

8. In Persona una Christi
Ecce Deum cognovisti,
Virginis et filium:
Unam tamen sic concedas,
Quod Naturas duas credas,
Ius servantes proprium.

9. Hic est lapis quem reiectum
A Iudaeis, sed electum
Nunc in caput anguli,
Deitatis in splendore,
Imo vestis in decore,
Viderunt discipuli.

10. A prophetis praedicatum
Cognoverunt transformatum
Inter animalia:
Quae Propheta praedicavit,
Verbi Dei cum expavit
In carne magnalia.

11. Tua frui visione,
Praeparari nos coronae,
Non indignos annue,
Sed haeredes nos ascribas,
In Iordane qui praeibas
Nos quondam per Iosue.

Exordium meditatur prosam Verbum Dei Deo natum — 7. Lib. Christi vox. Nealius: forma nostra parvitatis. 10. Neale: *Notissimum est, illam Vulgatae Scripturae lectionem, „in medium duorum animalium innotesces“ quam diversissime a scriptoribus medii aevi capi. Hi ad bovem et asinum in stabulo, illi ad latrones in crucibus, isti ad duo Testamenta retulerunt. Poëta noster ad Moysen et Heliam referre praetulit.* 11. Lib. praeparati.

---

569. [*Laudes Deo dicat per omnia.* In Transfiguratione Domini. Neale Seq. p. 154 e Missali Traiectensi 1513.] *Sequentiam sane rudiorem et barbarismis scatentem scripsit vir theologus potius quam poëta. Sed ne haec quidem pio quodam affectu caret.*

Laudes Deo dicat per omnia
Voce iubila Mater nostra Ecclesia,

Pro elapsa coelitus
Ad nos voce divinitus
Magnifica gloria.

.c est meus Filius,
quo mihi sum placitus:
si semper gloria.
ıdientes itaque
ɜrcussi sunt vertice
Ab hac luce coelica.
ım cadit in facies
ɜrtimescit acies
Haec plebs Apostolica.
›nec eos tetigit
ɜus Christus, et ait
ɜtu iam deposito
ılla sit angustia.
ɜvaverunt oculos
›n videntes aliquos
aeter quem et antea:
ıisquis vidit talia?
ɜtrus tractat quod affectat:
si clamat quem cor amat
Iesum super omnia.
ɜstat bonum nos hic esse:
ciamus indefesse
Tria tabernacula:
Tibi unum, Iesu Domine:
Faciamus iis simile,
Moysi cum Helia
Nos delectat commorari,
Votis semper famulari
In hac luce coelica.
Haec ne mundo intimetis
Rogo gesta quae videtis
Donec Filius Hominis
Surrexerit a mortuis.
Morte victa revelentur,
Et a vobis praedicentur,
Haec quae vidistis gaudia
De voce Patris cognita.
Deprecemur ergo Christum
Ut et nos ad montem istum
Cito ducat, et ostendat
Quae sint vera gaudia:
Ut cum Petro commorari,
Et Patribus conregnari,
Trinitatem speculari,
Possimus per saecula:
Amen dicant omnia.

---

570. [*Haec est dies summe grata.* In Transfigutione Domini. Neale Seq. p. 156. e Missali Xantonsi 1491.]

. Haec est dies summe grata
Dulci Iesu dedicata,
Plurimisque decorata
Divinis miraculis:
Hac Moyses excitatur,
Et Helyas convocatur,
Ut facto magis credatur,
Cum tribus discipulis.

. His in monte congregatis
Lux immensae claritatis
Miraeque suavitatis
Pariter apparuit;
Haec a Christo emanavit,
Et in vestes abundavit,
Suos fulgore prostravit,
Videntes se terruit.

3. Haec terrendo non laedebat,
Sed fovendo demulcebat,
Demulcendo suspendebat
Oculos videntium:
Summe dulcis et iocosa,
Suavis et gratiosa,
In qua plene gloriosa
Habuit iudicium.

4. Bonum erat ibi vere,
Bone Petre, permanere:
Sed oportebat implere
Facta Christum alia:
Haec claritas singularis
Solum erat exemplaris:
Illiusque expers paris
Finis erat nescia.

5. Clara nube obumbrante,
Patreque testificante,
Filium recommendante,
Ab ea vox sonuit:
Hic est Filius dilectus,
Summe pius, summe rectus,
Prae cunctisque praeelectus,
Quo mihi complacuit.

6. Ipsa, Christe, noluisti
Sciri, sed prohibuisti
Donec post resurrexisti
A morte cum gloria:
Sed quae lingua tunc tacere
Possit, et mens non gaudere
Quae credit et vult videre
Tot et tanta gaudia?

7. Per haec fides confirmatur:
Spes in altum sublevatur:
Et caritas inflammatur
Devotis fidelibus:
Mira luce maiestatis
Auctor ipse pietatis
Faciat nos cum Beatis
Perfrui in coelestibus.

4. Lib. Christi. Neale coniicit: illa autem, expers paris, finis erit nescia.

---

571. [*Gloriam deo patri canamus et filio, sancto paraclito.* De S. Afra. Mone III. p. 171. (Hs. zu Pommersfelden No. 2926. des 14. Jahrh.)]

1. Gloriam deo patri canamus et filio, sancto paraclito,
2. Qui ab arce patris, deus summus et humilis,
3. Missus venit mitis, intrans uterum virginis,
4. Ut peccatores sanaret et iustos faceret
5. Ut congregaret dispersos, liberans perditos.
6. Quosdam elegit plebis doctores praefectos et ecclesiae pastores,
7. Variis signis et documentis multis qui converterent peccatores.
8. Promittens veniam et vitam credentibus in se hominibus,
9. Ut regni concives coelestis participes essent et consortes.
10. Peccantes puniens delinquentes, corrigens, emundans poenitentes, errantes condemnans, fideles quosque et iustos salvificans.
11. Qui signis reprobos et exemplis virtutum miraculis instruxit, per verbum salutis et veritatis incredulos correxit.
12. De quorum collegio confessor almus Narcissus praesul claruit!
13. Augustam adiit, domum ignorans Afrae, et introivit.

4. At illa gaudens pro amatore electum praesulem suscepit;
5. Sanctum cognoscens, plorans [et] gemens pontificis pedibus se prostravit.
6. At pontifex ut percepit, domino pro illa preces fudit,
7. In fide sacra instruxit, eam sacro fonte et abluit.
8. Post haec Afra exquiritur minis, terroribus, dolis attentatur, christianam sese protestatur.
9. Ad idola compellitur, vincta adducitur, iudici praesentatur, Christum corde et ore fatetur.
10. Ignibus viva datur, flammis exuritur sicque martyr efficitur.
11. Spiritum coelo reddens, deum benedicens aeterna dona possidet.
12. O clemens rector polorum redemptor et cunctorum, nobis dona praemia; tibi laus et gloria.

Metricam sequentiae rationem haud perspexit Monius. ıgeniose poeta S. Afrae, alterius Magdalenae praeconium :commodavit modis celebratissimae sequentiae, in S. Magdanae honorem a Godeschalko conscriptae Laus tibi Christe. Thes. II. p. 39. Immiscuit tamen vocalium lusus et ıae dicuntur assonantias.

7. Mo. Hs. plurimis. f. multis *gegen das Versmaas.*). 11. haud prorsus congruunt cum sequentia normativa, ıanquam Monius expulit voces instruxerat et corrige:t, quae leguntur in codice. 13. Mo. qui adiit ad doum Str. normativa XIX syllabarum est. 15. Mo. pro ponficis, quam vocem ex sequentibus male versiculis inıase opinatur eius. Sed eget stropha XX syllabis. Retimus scripturam membranae, reiicimus particulam et.

---

572. [*De torrente passionis*. De S. Cyriaco. Neale ıq. p. 161 e Missali Verdensi c. 1500.]

1. De torrente passionis
Bibens veri Salomonis
Ad reclinatorium,
Christi transiit ad laeta,
Triumphali vita spreta,
Per cruoris pretium.
2. Gradus hic purpureus
Quo volavit roseus
Cyriaci animus:
Ubi de virtutibus
In virtutes gressibus
Fit beatis meatus.
3. Hic est ille Cyriacus
Quem inferni tremit lacus,
Suis cum tortoribus:
Dum ad unam iussionis
Vocem dux proditionis
Fugit de corporibus.
4. Scit hoc Diocletiani
Nata, quam hostis immani
Solvit de tyrannide:
Filiam regis Persarum
Yobiam a tenebrarum
Liberavit praeside.

5. Socios in passione
Consolatur spe coronae
Spondens pro martyrio:
O mens tendens ad superna:
O sal terrae! O lucerna
Lucens non sub modio!

6. Ad tribunal trahitur
Et damnare cogitur
Cultum Dei penitus:
Sed responsum docuit
Quo succensus ferbuit
Ignis sui spiritus.

7. Super caput sancti viri
Trux praeses ardoris miri
Picem iubet fundere;
Sed videtur hoc tormentum
Quasi suave sit unguentum
Ardorem restinguere.

8. Tortor videns nec sic fle[illegible]ti
Cyriacum iubet plecti
Capitis sententia:
Et sic, odor suavitatis
Deo factus, cum Beatis
Coeli tenet atria.

9. Ave, martyr gloriose,
Ave, sidus aureum:
Ave, flos perennis rosae,
Germinansque lilium!

10. In hac valle peregrina
Confer tuis precibus
Ne retardet culpae spina
Nos a dextris gressibus

11. Sed post carnis velamina
Deleta gibbi sarcina,
Iungamur coelestibus.

---

573. [*Prunis datum admiremur.* De S. Laure[illegible]tio. Thes. II. p. 82.]

---

574. *Stola iucunditatis Allehuia.* De S. Laure[illegible]tio. Thes. II. p. 163. Mone III. p. 390. (Hs. zu Gratz 42/[illegible] des 12. Jahrh.) C. Missale Sarisburiense contulit Nealius S.[illegible]

1. C. stolam. 3. CS. Mo. alacrius, recte. 6. ac cersitus ad. 8. CS. aut torm. 9. S. minister car[illegible] 14. C. et hunc — donum illius. Mo. festa. C. Mo[illegible] noster laetitia. C. decantemus. Mo. decantet.

---

575. [*Laurenti David magni martyr milesque fortis.* De S. Laurentio. Thes. II. p. 29. 384.]

Haec Notkeri Sequentia optima neque in Branderi Catalogo neque in Monii libro legitur.

---

576. [*Adest dies gloriosa.* De S. Laurentio. Mone III. p. 389. (Hs. im Seminar zu Trient 14. Jh.)]

1. Adest dies gloriosa,
dies laeta et famosa,
dies magni gaudii:
Diem istum consecravit
sanguis sacer, qui manavit
martyris Laurentii.

2. In Romana sede Christus
hunc perfecit, quando Xystus
papae locum tenuit.
Hic thesauros sibi datos
dispergendo fecit gratos,
nil sibi retinuit.

3. Signo crucis caeci vident,
multa signa foris nitent,
crescit fides domini:
Inter multos, qui vocantur
et baptismo consecrantur
domus est Hippolyti;

4. Domus eius tota credit,
quam pro Christo caesar caedit
dira per supplicia.
Post haec martyr est assatus
et per ignem comprobatus
intrat coeli gaudia;

5. Ad quem sua sancta prece
nos mundatos culpae faece
ducat dei filius,
Qui pro nobis fuit passus
et pro quo est igne assus
levita Laurentius.

---

577. [*Laudet laude speciosa.*. De S. Radegunde. XIII. Aug. Neale Seq. p. 167. e Missali Redonensi 1523.]

Laudet laude speciosa
Qui divina gratia
Liberatus a reatu
Tendit ad coelestia:
Ad quae certa spe contendens,
Despicit terrestria,
Quae sub sole vanitatis
Vanitas sunt omnia;
Decor laudis, vitae modus,
Legis observantia.
Quae virtutum diversarum
Fit munificentia.
Nam ad hoc opitulatur
Elegans prudentia:
Et dispensans agendorum
Causas temperantia:
Fortitudo resistendi
Contra quaeque vitia;
Et quae sua sunt reddendi
Singulis iustitia.

Omnis aetas et uterque
Sexus salutaria
Deo speciosae laudis
Offert sacrificia.
Nemo prorsus est expertus
Ab hac laudis hostia,
Qui vel mente legi Dei
Servit cum fiducia.
Sic beata Radegundis,
Cuius haec sollemnia
Celebramus, mundi fastum
Eiusque contagia
Declinavit, et probrosae
Vitae lenocinia:
Carnem suam crucifigens,
Cum concupiscentia.
In hac valle lacrymarum
Cuncta transeuntia
Aeternorum caritate
Reputavit vilia:
Habens gemitum pro cantu,

Hymnum in tristitia,
Congaudere in electis
Meruit in gloria.
Quo nos cuncti festinemus
Ut post haec exilia,
Ipsa interveniente
Laetemur in patria.

---

578. [*Ave Dei genitrix summi virgo semper Maria.* In Assumptione B. V. Thes. II. p. 49. Mone II. p. 352.]

---

579. [*Salve porta perpetuae lucis fulgida.* In Assumptione B. V. Thes. II. p. 57. Mone II. p. 68.]

---

580. [*A rea virgo primae matris.* In Assumptione B. V. Thes. II. p. 171.]

---

581. [*Affluens deliciis.* In Assumptione B. V. Mone II. p. 157. (Hs. zu S. Paul No. 48. 14. Jahrh. mit dem Beifügen „quae cantatur ut mundi renovatio." P. Neale Seq. p. 169. e Missali Ratisbonensi. R.]

1. Affluens deliciis,
David Regis filia,
Sponsi fertur brachiis
Ad coeli sedilia:
Et amica properat,
Sponsum quo abierat
Quaerens inter lilia.

2. Hodie cubiculum
Regis Hester suscipit,
Sedare periculum
Quod hostilis efficit
Aman instans fraudibus:
Peccati rudentibus
Mundo mortem conficit.

3. Per coeli palatia
Virgo transit ostia,
Intra Regis atria,
Ubi sceptrum aureum,
Christum, os virgineum
Osculatur hodie
Ut sit pax Ecclesiae.

4. Vox Rachelis in Rama
Hic auditur: sed dragma
Tibi dulce canitur,
Ubi te amplectitur
Sponsus, et alloquitur
Quo beata fueris
Plusquam cunctis superis.

5. Te transmittit hodie
Tellus coeli curiae,
David Regis Thecuitem,
Helisae Sunamitem,
Ut fugati revocemur,
Et prostrati suscitemur
Ad aeterna gaudia,
Ubi est in gloria.

1. R. sponsum qui. 2. P. Mo. restans fraudibus pro peccati videntibus. 3. R. cuncta transit. P. R. hostia = ostia. 4. Mo. drama. P. dulce tibi. R. quod beata. 5. P. Helyas. R. Helisaei. Scripsimus Helisae.

---

582. [*Mater summi domini.* In Assumptione B. V. Mone II. p. 155. (Hs. zu Gratz $^{42}/_{51}$. 13. Jahrh.)]

Mater summi domini
sine tactu termini
salutem donat homini;
regina generosa
natum peperit,
hostem conterit
Maria gloriosa,
suavis et formosa.

Pulchra facie,
plena gratiae,
congaudet virgo pia,
Θεοτόκος Maria.

Matris summae filium
populus gentilium
adoret et non alium,
qui lapsa reparavit,
ovem perditam,
lupo traditam,
quam pastor liberavit,
ad gregem reportavit.

Pulchra etc.

Matri summae gloria
detur cum laetitia,
nunc mater est e filia,
habens florem pudoris,
hostes vulnerat,
agnos congregat
in aulam redemptoris,
nostri gubernatoris.

Pulchra etc.

Matrem Christi credimus,
hanc esse cognovimus,
quam in divinis legimus,
Iudaeis non videtur,
nam perfidia
et invidia
in cordibus habetur,
ab his non removetur.

Pulchra etc.

Matre Christi teritur
hostis et destruitur,
decipitur et vincitur,
nos autem liberamur:
ergo lectio
cum tripudio
legatur, deprecamur,
omnes congratulamur.

Pulchra etc.

Mone l. c.: *Der Schluss 41—44. beweist, dass dieses Lied vor der Lesung (lectio) des Evangeliums gesungen wurde, also eine Sequenz ist, wie im Titel steht. Solche Lieder, welche am Schlusse den Uebergang zu den Lectionen des Gottesdienstes anzeigen, waren in Frankreich gebräuchlich. — Man bemerke in diesem Liede die Anlage, dass jede Strophe mit mater anfängt, die drei ersten ihr den Beinamen summa in verschiedener Beziehung geben, und diese in den beiden letzten durch Christi erklärt wird.*

---

583. [*Concentu veneremur cuncti fratres sollemni.* De S. Agapito. Mone III. p. 173. (Hs. zu Stuttgart Bibl. No. 20. 12. Jahrh. Hs. zu München Clm. 16119. 11. Jahrh.)]

1. Concentu veneremur cuncti fratres sollemni
2. Beati Agapiti festum
3. Perpessi genera poenarum.
4. Quindennis virili pugna certaverat urbe Praenestina,
5. Iudicum devincens minas tyrannicas spernens et suadelas.
6. Nervis est caesus atque quatriduo sine cibis carceri trusus.
7. Caput de prunis uritur, calidis venter aquis, tergum bis flagris.
8. Inverso vertice distentus fumigatur stercoris igne.
9. Bestiis traditur, maxillis frangitur, hinc decapitatur.
10. Tantis perfunctum plagis agonum rex tirunculum assumit coronandum.
11. Gaudet anima superis iuncta, quorum domino mors exstat pretiosa.
12. Qui nos suo dignos servitio ut efficiat Deus ab alto,
13. Martyr sancte digneris hodie pro servulis clemens orare,
14. Athleta regis summi.

Sequentia diligentissime premit vestigia Laurentianae: Laurenti David. Thes. II. p. 20.

12. Mo. faciat ist für das Versmass richtiger. Recte; nam stropha normativa est: o Laurenti militum David invictissime regis aeterni.

Str. 5. 11. 13. et vocum similitudine ad sequentiae Laurentianae exemplar accedunt.

---

584. [*Nobilis flos Graeciae Speculum Burgundiae Mammes et refugium.* In Translatione S. Mammetis. Mone III. p. 402. (Hs. zu Pommersfelden 14. Jahrh.)]

---

585. [*Voce corde iubilemus Iubilantes exultemus Sollemni laetitia.* De S. Mammete. In eodem Codice.]

---

586. [*Christi virtus attollatur Per quem Mammes coronatur.* In Translatione S. Mammetis. In eodem Codice.]

---

587. [*Ad honorem summi regis.* De S. Helena Regina. Mone III. p. 336. (Hs. zu Darmstadt No. 545. 14. Jh.)]

1. Ad honorem summi regis
nos, qui sumus oves gregis
spiritalis pascuae,
ore laudes attollamus,
manu lumen praeferamus
lampadis non vacuae.

2. Ipsi honor sine fine,
qui Helenae dat reginae
felici commercio
regnum coeli pro terreno,
ubi ex hoc in hoc pleno
nunc eructat gaudio.

3. Felix haec felicem natum,
lumen orbis et ornatum
Constantinum genuit,
et cum eo contra fidem,
si qua lata erant pridem,
abrogari statuit.

4. Mundi fides est in tuto,
iacet, tacet ore muto
gentium perfidia;
ad cor redit, qui erravit.
et adorat, quod damnavit
iudicum saevitia.

5. Iras truces nunc deponit
et vagina se reponit
persequentis gladius.
licet quidquid vis, hortatur
Sixtus papa, iam testatur,
dispergit Laurentius.

6. Sed, ut notus esset deus,
et praeclarum nomen eius
efficit in gentibus,
Indis quidem et Iberis,
post Armenos iunxit veris
fidei cultoribus.

7. Ergo, quae hanc genuisti,
mater eius, sponsa Christi,
sancta gaude Treveris.
et nos simul gratulemur,
simul deum deprecemur,
deus, parce miseris.

5. Secundum strophae hemistichium corruptum iudicat Monius. Ex mea sententia accipiendum est hoc modo: Nunc licet quod antea trahebat ad supplicium. Hortantur populum pontifices neque amplius affiguntur cruci: erogant ecclesiae opes diaconi nec consumuntur in craticula. Duplex autem causa est, quod poëta hoc affert Sixti et Laurentii exemplum. In primis vesperis S. Helenae fit commemoratio Octavae S. Laurentii: porro quod gravius est, Laurentius moribundus prophetavit ecclesiae pacem ac tranquillitatem, de qua optime merita est Helena. — Fort. dispersit. 6. Fort. effectum.

---

588. [*Haec regina ter beata.* De S. Helena. Mone III. p. 337. (Hs. von St. Peter zu Salzburg VI., 35. 15. Jh.)]

1. Haec regina ter beata
Britannorum regis nata
fuit olim unica;
est in bello interfectus,
dum in eum est directus
Romanus exercitus.

2. Luctu magno lamentatus
pater tuus peramatus
orphanam te deserit,
eras nimis speciosa,
universis gratiosa,
nubilis virguncula.

3. Ne sane cognoscereris,
nec plane corrumpereris,
rapit te pedissequa,
abiectis es officinis
addicta portandis fimis,
amictaque vilibus.

4. Rex Augustus Constantinus,
is qui appellatur primus,
tibi iungi voluit,
eius uxor Costi mater,
qui et Katherinae pater,
mortis legem tulerat.

5. Gignit ex te Constantinum,
magnum dictum, fide primum,
iure matrimonii;
iudaismo primo data,
post in Christo baptizata,
augusta sanctissima.

6. Novo dono tibi datur
inventa crux, deportatur,
infers hanc Ierusalem.
A te tota honorata
est Almannia dotata
sanctorum reliquiis.

7. Columna in ecclesia,
quae septuaginta duo
fundas monasteria,
vitam ducens virtuosam,
sponsae Christi fructuosam,
in pace dormieras.

8. Urbs beata Treverina
caput tuum cum Matthia
tenet, quem advexeras.
O amoena philomena,
o amabilis Helena,
vota nostra suscipe.

9. Matrona cruciferorum,
patrona sis nunc illorum
pium apud dominum,
atque tecum congaudere
fac, nos deum tunc videre
semper et in saeculum.

5. Non est otiosa vox matrimonii, quoniam non nulli Helenam Constantini concubinam fuisse, contenderunt. 6. Legit Mo. novum donum. 8. Caput Helenae Treviros translatum est a. 849 cf. Brower Ant. Trev. lib. 8. c. 107.

---

589. [*Plebs fidelis iubilat Quia sidus rutilat Novae claritatis.* De S. Ludovico Episc. Mone III. p. 460.]

---

590. [*Concinamus pariter.* De S. Sebaldo. Thes. II. p. 201. Scripsimus in Th.: „Hodie nisi fallor nomen Se-

baldi non amplius in dioecesium Directorium inscriptum occurrit.“ Nunc corrigendus est error. Iu Directorio regni Saxoniae romano-catholico die XXVI. Aug. occurrit S. Sebaldi Conf. festivitas.

---

591. [*Laudemus omnes inclyta.* De S. Bartholomaeo. Thes. II. p. 84.]

---

592. [*Laetabunda psallat plebs cum mente munda.* De S. Ludovico Rege, Thes. II. p. 84.]

---

593. [*Regem regum veneremur.* De S. Ludovico. Rege. Neale Seq. p. 171. e Missali Redonensi 1523.]

1. Regem regum veneremur,
Et de regis gloriemur
Ludovici gloria:
Ex Francorum regni cura
Beatorum regni iura
Possidet in Patria.

2. Ipsum Christo conformatum
Magnum fecit et beatum
Virtutum immensitas:
Longa fides, amor latus,
Alta spes, sed non elatus:
Profunda humilitas.

3. Vultum habens David Regis,
Ezechiae zelum legis,
Et Iosiae studium:
Doctus verae lucis dator,
Vitae custos et amator
In Christo viventium.

4. Orbis signis illustratur,
Capto regi restauratur
Hostis praeda praeditus:
Vita datur morituris,
Claudis gressus, lux obscuris,
Et captivis reditus.

5. Certus demum de corona,
Maris undis dempto Iona,
Coeli portum tenuit:
In extremis successorem
Informavit, et cultorem
Esse Dei docuit.

6. Vita vivens Beatorum
Felix regnat Rex Francorum
In beatis sedibus:
Supplicemus Sancto Regi
Nos Sanctorum iungi gregi
Piis eius precibus.

3. Red. Iosuae. N. Iosiae, quoniam de regibus agitur. Fortasse studium expugnandi terram sanctam intelligendum.

---

594. [*Gaudete iusti in domino.* De S. Gebehardo. Mone III. p. 312. (Aus einer Petershauser Hs. zu Heidelberg 12. Jahrh.)]

1. Gaudete iusti in domino
hac clara die,

2. Collaudantes Christum consonis
vocibus et organis,

Qui in sanctis suis laudabilis
est et mirabilis,

3. Quos glorificat mira gloria
in terra ac super sidera.
Hinc est, hodie quod veneramur
haec sacrosancta sollemnia

4. Sanctissimi praesulis Gebehardi,
qui ornat mundi polique curiam.
Hic nobili stirpe progenitus,
nobilior sed refulsit moribus,

5. Quem rex potens dispensatorem
familiae suae
consulendo praetulit,
Ut talentum sibi collatum
ad usuram daret,
nec sub terra tegeret.

6. Quo ditavit multos,
terrendo dure improbos,
rogando leniter subiectos
atque corrigendo.
Dispersit terrena,
ut compararet aeterna,
fundans tibi Christe aedem[illegible]m
teque fecit sibi heredem.

7. Pulsanti tibi occurrit
gaudensque te excepit,
Lucernam manu ardentem [illegible]
invenisti tenentem.

8. Iam tua gaudia intravit,
„euge felix", hodie audiv[illegible]it,
cum pecuniam cum lucro
tibi, rex, restituit.
Nunc candet inter lilia
ornans sacerdotum agmin[illegible],
inter numina angelica
iubilat alleluia.

9. Hunc nobis siste fautorem [illegible],
te petimus auctorem.

Titulum sequentiae haud in investigavi: ideoque servat[illegible]as vides intercisiones Monii.

---

595. [*Illuminare Ierusalem illuminare Sion. ele[illegible]vare.* De S. Augustino. Thes. II. p. 192 Mone III. p. 21[illegible] 1. (Hs. zu Pommersfelden No. 2926 des 15. Jahrh.]

---

596. [*Alma cohors una laudum sonora nunc prom[illegible]e praeconia.* De S. Augustino. Mone III. p. 205. (Hs. z[illegible]u München Clm. 11004. 11. Jahrh.]

---

597. [*Huius diei gaudia devotio catholica voc[illegible]e resultet euphonica.* De S. Augustino. Mone III. p. 207[illegible]. (Hs. zu München Clm. 17100 12. Jahrh. Hs. zu Gratz 42/[illegible]6 des 12. Jahrh.]

---

598. [*Salve pater Augustine.* De S. Augustin[illegible]. Mone III. p. 205. (Hs. zu Gratz 42/51. 13. Jahrh.]

Salve pater Augustine,
vas electum, vas divinae
capax sapientiae;
vas infusum vena vitae,
vas profundens vinum vitae,
vas coelestis gratiae.

Salve lux et dux doctorum,
malleus haereticorum
conterens perfidiam;
Tu decus theologorum,
tu mundi philosophorum
superas scientiam.

3. Nunc in arce fulgens poli
pete, pater, tuae proli
gratiae subsidium;
tu in polo, nos in solo
fac ne belli vi vel dolo
supplantemur hostium.

---

599. [*Praecursorem summi regis*. In Decollatione annis Bapt. Thes. II. p. 84. Neale Seq. p. 173 e Misli Andegavensi 1523. Item sequentiam Adami deprehendit one in codice arcis Pommersfelden saec. XIV. (III. p. 55) d perperam legit: Praecursorem suum regis, quod :ile corrigi potuit.]

Praecursorem summi Regis,
Et praeconem novae legis
Celebrat Ecclesia:
In hac luce tam festiva
Gaude, Mater, et votiva
Deprome praeconia.

Huius ortum veneremur,
Sed nec minus delectemur
In eius Martyrio:
Totus mundus sit iucundus:
Nullus Martyr huic secundus
Virtute vel praemio.

Non est nostrae parvitatis
Virum tantae dignitatis
Laudare per omnia:
Summa rei recitetur,
Ut affectus excitetur
Ex eius memoria.

Non arundo levitatis,
Sed columna firmitatis,
Nulla palpat crimina:
Scribas tangit, et Doctores;
Vocans legis transgressores
Viperae genimina.

5. Arguebat hic Herodem,
Nec terretur ab eodem,
Ligatus in carcere:
Fert iniuste iustus poenam,
Rem detestans tam obscoenam
Regis et adulterae.

6. Saevit in hunc vis tyranni:
Laus accessit hinc Iohanni,
Tyranno supplicium:
Stultus saevit sapienti
Quia iustus in praesenti
Purgatur per imperium.

7. In natalis sui coena
Capitali plecti poena
Iohannem Rex imperat:
Speculator saltatrici,
Saltatrix dat genetrici,
Caput quod perierat.

8. Crux praesignat sublimari
Christum,—sed hunc minorari
Capitis abscissio:
Mors est iusti pretiosa,
Quam praecessit gloriosa
Vitae conversatio.

9. Nos ad laudem tuam, Christe,
Praecursoris et Baptistae
Colimus sollemnia;
Tu nos ab hac mortis valle
Duc ad vitam recto calle
Per eius suffragia.

2. Neale: *Vel inversa oratione utitur poëta, ita ut di velit, Nulli Martyri hic secundus: vel nullum Martyrem tissimo Iohanni tam prope accedere asserit, ut vel secundu eo dici mereatur. Quod poëtam potius quam Theologum s. Clichtov. emendat, contra omnium librorum fidem, Nulli Ma hic secundus.*

3. Andeg. pravitatis — effectus 6. N.: *Purg per flagella et affectiones quas ab imperio i. e. tyranno Iustus.* 8. Ioh. III. 30. Andeg. cap. supplicio.

---

600. [*Matris melos trumphantis.* In Decollati S. I. B. Thes. II. p. 221.]

---

601. [*Aegidio psallat coetus iste laetus Alleh* De S. Aegidio. Thes. II. p. 190.]

---

602. [*Christi miles Antonine.* De S. Anton M. (II. Sept.) E Missali Pallantino 1568. Ecclesiologist XC Aug. 1853. p. 233.]

1. Christi miles Antonine
Decus urbis Pallantinae,
Holocaustum Pamiae,
Nos in unum coacerva,
Nos unanimes conserva
Sordis a congerie.

2. Ut qui terrae de profun
Fortem sibi sitibundo
Praepotens elicuit:
Qui salutem potu sacro
Vel salvifico lavacro
Languidis restituit.

3. Sicut nos audivimus
Ita quoque vidimus
Civitate domini:
Hic et tuis precibus
Subveni supplicibus
Nunc ubique et semper.
Quod pius ipse Deus tribuat. Amen.

Habes alterum exemplum Sequentiarum Hispanarum, q corvo albo rariores sunt. 1. S. Antoninus Pamiae (quod

Galliae Narbonensis oppidum) educatus patronus est ecclesiae Pallantinae, quae dexterum eius humerum et brachium asservat.

---

603. [*Salve salve sancta parens.* In Nativitate B. V. Neale Sep. p. 179 e Missali Tornacensi 1540.]

1. Salve, salve, Sancta Parens:
Gabrielis verbo parens,
Verbum verbo concipis:
Coeli porta, portus maris,
Sancta mater expers maris
Quae naturam decipis.

2. Ros in vellus ut descendit,
Sicut vitrum sol accendit,
Et transit innoxius,
Sic obumbrat Virtus Patris,
Sic foecundat sinum Matris,
Imo gloriosius.

3. Intrat Ille porta clausa
Cui natura nec est ausa
Nec potens resistere;
Sed miratur et adorat:
Nomen audit, rem ignorat
Virginis puerperae.

4. Sic perflavit Auster hortum
In quo sacri floris portum
Rigavit Paraclitus;
In se clausit stella solem
Dum concepit Virgo prolem
Nutu Sancti Spiritus.

5. Gabrielis Ave sanctum
Evae nomen, Evae planctum
Convertit in gaudia:
Illo verbo salutari
Per nos velis salutari:
Ave plena gratia.

---

604. [*Lignum vitae quaerimus.* Per Octavam Nativitatis B. V. E. Missali Morinensi. Ecclesiol. XCVII. Aug. 1853. p. 233.]

1. Lignum vitae quaerimus,
Qui vitam amisimus
Fructu ligni vetiti:
Nec inventum noverit
Qui fructum non viderit
Adhaerentem stipiti.

2. Fructus, per quem vivitur,
Pendet, sicut creditur,
Virginis ad ubera:
Et ad crucem iterum
Inter viros scelerum
Passus quinque vulnera.

3. Haec Virgo puerpera,
Haec crux salutifera,
Ambo ligna mystica:
Haec yssopus humilis, —
Illa cedrus nobilis,
Utraque vivifica.

4. Positus in medio,
Quo me vertam nescio:
In hoc dulci dubio
Dulcis est collatio,

Hic, complexus brachiis,
Modis vagit variis:
Hic extendit brachia,
Amplexurus omnia.

5. Carum mater tenere
Novit hic tenere:
Caritas sub latere
Nescit hic latere.
Hic adhaerens pectori
Pascitur ab ubere:
Hic affixus arbori
Pascit nos ex vulnere.

6. Crux ministrat pabula,
Fructu nos reficiens:
Mater est praeambula,
Fructum nobis nutriens.

7. Crux in loco pascuae
Pascit nos praecipue:
Sed Virgo praecipua
Pascit ipsa pascua.

8. Tandem ad hoc trahitur
Finalis sententia,
Quod nemo consequitur
Unam sine alia.

9. Qui crucem elegerit,
Nec sic Matrem deserit:
Cum ad Crucem venerit,
Matrem ibi poterit
Stantem invenire:
Nec qui Matrem eligit,
Crucem prorsus abigit,
Si modum intelligit
Per quem Matrem contigit
Gladium transire.

---

605. [*Deus Deorum, vera sanctorum confessorum gloria.* De S. Corbiniano. Thes. II. p. 189.]

---

606. [*Hac in die triumphali De triumpho spiritali.* De S. Gorgonio. Thes. II. p. 215.]

---

607. [*Tibi Christe redemptori Nostro vero salvatori.* De S. Nicolao Tolentinate. Thes. II. p. 259.]

---

608. [*Salve lignum sanctae crucis.* In Exaltatione S. Crucis. Neale Seq. p. 181 e Missali Redonensi 1523.]

1. Salve lignum Sanctae Crucis,
Salve signum summi Ducis,
Qui fideles introducis
Ad coelestem Patriam:
Dulcis Arbor et suavis,
Veri Nautae vera Navis,
Cuius est firmata clavis,
Nos transfer ad gloriam.

2. Summi Sacerdotis ara,
Patri placens, Nato cara,
Per quam tuis fit amara
Fallax vita saeculi:
Alteratur homo reus,
Tum Gentilis quam Iudaeus,
Dum offertur Homo Deus
Pro peccatis populi.

3. Tremit terra, pallet coelum:
Scissae petrae, scissum velum:
Quando Christus suae prelum
Vitis vera protulit.
Servos hosti Rex ademit:
Mortem Cruce Mors peremit:
Agnus oves qui redemit
Lupo praedam abstulit.

4. Lignum Noe reservatur:
Noster Noe Cruci datur:
Lignum ligno reparatur
In quo Serpens vicerat.
Manus mites dum expandit,
Rex coelorum coelos pandit:
Et cum multis illic scandit
Unde solus venerat.

5. Legislator virga caedit,
Rubrum mare caesum cedit:
Plebs Hebraea laetus redit
Submergantur ceteri:
Virga crux est in figura,
Qua de servitute dura
Liberata est natura,
Fit nova de veteri.

6. Regnum ergo salutare,
Plebs redempta, venerare:
Cuius Christus adstat arae
Sacerdos et hostia:
Adhuc optans immolari
Se praesentat in altari:
Qui nos de profundo mari
Sua salvet gratia.

Neale: *Cum sequentia haec quam maxime Adami de Sancto Victore sapiat ingenium, rudiore licet quam quae plerumque protulit stylo conscripta; cumque scriptorem Armoricanum in Missali Armoricano indagari probabile sit: mihi non possum persuadere quin re vera haec prosa eximii poëtae, iuvenilis forsan, sed haud indignus, sit foetus.*

---

610. [*O Materne pastor alme*. De S. Materno. Mone III. p. 435 (Hs. zn Darmstadt No. 545 14. Jahrh.)]

1. O Materne, pastor alme Christique clara hierarcha,
2. Qui Gallica rura replesti sacra doctrina.
3. Cum sociis sacris, enoda nostra piacla.
4. Tu principis apostolorum executus es praecepta
5. Euchario Valerioque subiugando pia colla;
6. Nam comes itineris Galliam docturus praeveniris morte tua,
7. Sed tamquam convioli lugeant te sacri vere libera saecula,
8. Deponeris ac pausitas hic quater denos heu iam soles sub querela.
9. En repedant consocii, iussu magistri te suscitant voce clara:
10. „Surge, Materne, linque funebria, fortis adesto Christi iam vernula, victurus successu totidem annos episcopi sacra cura.“

11. Quis non stupescat tanta miracula, tam inau[illegible]lit tamque deifica, quae Christus pro nostrae causa salutis [illegible]pe te fecit, o toparcha?

12. Tu celebrantibus servulis clemens tutor esto [illegible]ua festa.

Titulus Sequentiae procul dubio est Concordia (e. g. Hanc concordi famulatu Th. II. p. 6.) quem pulc[illegible]re et subtiliter sibi elegit poëta. Sequentia S. Petri: Petri summe Christi pastor. Thes. II. p. 19. Concordiae titulo insignata est: optime convenit Materno, a Petro apostolo misso, idem titulus.

---

611. [*Renes nostros praecingamus.* In Octava S. Maurilii Episcopi Andegavensis. Neale Seq. p. 184. e Missali Andegavensi.]

---

612. [*Tempore sub gratiae.* De S. Eustachio. Thes. II. p. 229.]

---

613. [*In Deum exultat iubilando caro et cor nostrum.* De S. Matthaeo. Mone III. p. 128. (zu Gratz 42/6. 12. Jahrh.)]

---

614. [*Redeundo per gyrum circini annalis.* De S. Mauricio. Neale Seq. p. 188 e Missali manu scripto Guelferbytano G. „sequentia vere praeclarissima: quae tamen mirum in modum correctore indiget, praesertim cum nullibi nisi in hoc uno codice eam invenire potui.“ Sublevat inopiam Monius III. p. 119 qui codicem inspexit Admontanum No. 717. saec. XIV. A. Contra Nealii scripturam neglexit V. D.]

1. Redeundo per gyrum
circini annalis
Thebaeorum martyrum
refulsit natalis.
Quibus modus nimirum
aequinoctialis,
dies iste factus est
dies aeternalis.

2. Dies sine vespera,
nocte non sepultus,
quem non sol per aëra
sed divini vultus
Illustrat serenitas,
tali fato fultus,
quo senes sunt iuvenes,
nemo sit adultus.

: se Mauritius
.m diffitetur,
: niger Candidus
lus habetur.
xsuperius
ıam superetur,
tus victoribus
ɔr societur.
ınocentius
ɔcens tenetur:
talis munere
ıe satietur.

, seni proceres,
ri perfecti
istis acies
ı callis recti.
ıllem iustitiae,
licet secti,
Iesu vestro capite.
Nequivistis flecti.

5. Ut ad thronum gradibus
Senis ascendamus;
Bissenos leunculos
Ut non timeamus;
Ut sex improperia
Nunquam audiamus,
Vos seni, succurrite,
Nobis, supplicamus.

6. Senas alas tollite
Nos ad protegendum,
Seni duces Israel
Ad benedicendum.
Ascendistis in montem:
Idem est agendum,
Nobis benedicite:
Amen est dicendum.

G. triceni annalis — militum effulsit. A. . C. mundi numerum. Ego lego modus nimi- ɜnsum recte intellexit Neale: *Dies ista, in qua bea- Martyres passi sunt, secundum regulas astronomicas, mpore aequinoctiali cadat, tantum noctis quantum lucis lebet. Atqui iis, qui in regnum lucis recepti sunt, tus est aeternalis; quia 'nox ultra non erit.'* 2. A. to fultus. G. talis factum vultus. Mo. tali fultus. Ego Admontanam scripturam duco unice Jterque codex testatur medium locum obtinere vocem m ab litera F. Fatum et factum innumeris locis ınt librarii. Drakenborch ad Statium 1, 277. 11. 9. ıli fato fultus est dies, qui hac lege continetur ntatur, ut etc. Neale: *Sententia perobscura: quam 'a intelligo ut id exprimat quod et V. Hildebertus: t ibi corruptela, Non defectus, non querela: Non ıon deformes; Omnes Christo sunt conformes:' et noster ıs:*

The infant wonders how he came so old,
The old man how he came so young again.

n credit Ecclesia, corpora fidelium, post resurrec- florem iurentutis assumptura esse. 'Nemo fit adul- ɜ in verbo latet in deterius conversionis idea. 3. *Manifestum est poëtam, paronomasia satis eleganti, in SS. Martyrum ludere. Ex his, quae novimus, haec*

fuerunt: SS. Mauricius, primicerius; Exuperius, senator: Candidus, campiductor: Victor, miles veteranus: Innocens; Vitalis. Liber IV versus ita profert: In hac se Mauritius Maurum dividetur: In hac Niger Candidus habetur. Dedi diffitetur pro dividetur, ut sit sensus: Maurus, licet niger fuerit conspectu, (ut plerumque illum depingunt,) tamen candore animae vere album esse se demonstravit. In versu sequenti poëtam Niger pro nomine proprio habuisse videtur. Et forsan in ecclesia illa inerat traditio unum ex Thebaea legione militem eo nomine appellatum fuisse. Addidi, metri causa, candidis, quod facile excidere potuit. Tum sensus erit: Niger, a candidis suique similibus animis, Candidus habetur. In uno erravit Vir Doctus. Vox Niger minime tenet locum nominis proprii, sed apposita est Candido. Sensus: Candidus, Aethiops, martyrium perpessus, nunc ἀληθῶς Candidus est: versatur enim in candidato Martyrum exercitu. Nos recta vidisse, tota docet carminis indoles, in sex Thebaeorum ducibus occupata: omissus esset Candidus, si Nigro, alias prorsus ignoto, concederetur aditus. G. victor victoribus victus. Neale: *Victus, scilicet a morte, est: victoribus, scilicet Sanctis cum Christo triumphantibus associatur. Ita quoque testantur, S. Victore martyrium subeunte, auditam fuisse vocem de coelo: 'Vicisti, beate Victor, vicisti.'* 3. 4. A. Ubi innocentia vitam dat Vitali, beans Innocentium praemio vitali: quo neuter iam moritur tutus a vitali, uterque sub alis se Dei novit ali. Sane hac codicis scriptura evitatur strophae tertiae ambitus haud legitimus: tamen lusus sexti numeri, qui ubique conspicuus est, nos movet ut sex strophas poëtam cecinisse credamus. Accedit quod versus Admontani sint artificiosiores atque subobscuri. Medelam exposcit vox tenetur, nisi forte barbara insolentia idem significat ac habetur, existimatur. 5. G. senas senos. — callem Iustitiae. Collis iustitiae est mons qui nunc S. Bernardi nomine insignis est: ad eius radices Thebaei martyres posuerunt castra. G. non potestis. A. plecti. 5. G. conscendamus. Alluditur ad thronum Salomonis II. Paralip. IX, 18. G. et non tim. Leunculi (Paral: *Fecit et alios duodecim leunculos stantes super sex gradus)* hoc loco metaphorice designant adversarios, qui nobis ad coelum properantibus obsistunt. Sex improperia Matth. XXV, 41 sq. 1) Discedite a me maledicti. 2) Esurivi et non dedistis mihi manducandum etc. A. vobis supp. G. Quatuor primi versiculi, quos pulcherrimos dices, desiderantur in G. Comparantur sex duces cum Seraphim, sex alis instructis. Senae alae, quas tollunt sex duces, sunt

sex millia sexcenti Thebaeorum militum qui unanimiter pro Christianis preces fundunt. Ascendistis in montem iterum spectat ad Alpium iuga, quibuscum vitae christianae asperitas ac culmen Iustitiae confertur. A vobis bened.

---

615. [*Gaudens ecclesia hanc dieculam venerando celebret.* De S. Emmeramo. Thes. II. p. 23. Mone III. p. 289. (Hs. zu München Clm. 14045. 12. Jahrh. A. Clm. 14322 unter den Sequenzen Notkers 11. Jahrh. B.)]

1. Gaudens ecclesia hanc dieculam venerando celebret atque canat altis vocibus,

2. Qua beatus superi promeruit regna regis lucida Emeramus flatu scandere;

3. Quem carne mater Pictavis gravida, civitatum Aquitaniae felicissima omnium, enixa est dulcem filium,

4. Qui ipso pueritiae tempore rerum quoque refutaverat transeuntium gaudia, meditando iam coelestia.

5. Tum stola gloriae teguntur colla speciosa huic, et caput et corda spiritalis unctio mox impleverat;

6. Quem suis ovibus pastorem pastor subrogarat, ne mansuetum ovile circuiret callide lupi rabies.

7. Tunc instructo grege commisso accinxit vir sese alacriter studio dilatandi semina fidei in campo sterili,

8. Hic peragrans loca iam plura et linquens ubique memoriam suavem Ratisbonam venerat ad sedem regalem Noricae.

9. O quam gens fortunata, tali tunc peregrino ministrando terrea, qui te pasceret spiritali copia!

10. Ipse te confortavit fuso cruore suo et ornavit tumulo, nunc amplecitur adiuvando sedulo,

11. Nam ad lectum illius caeci lumine claro videre solent, vocem hauriunt surdi liquidam,

12. Restituto debiles ovant corpore, salit ut cervus claudus, daemoniacus liber iubilat.

13. Laus ergo personet ab ore consono principum ac plebium pro tanto medicinae gaudio,

14. Cunctique pariter precemur dominum, quatenus concedere dignetur nos potiri requie

15. Cum Emmeramo iam coeli sede locato.

Praeconium S. Emmerami, quod est in vetustissimarum sequentiarum numero, a Notkero confectum esse difficile

est ad credendum p. 37. Accedit quod non legitur in Branderi Catalogo.

Sequentia sequitur titulum: Symphonia (Concentu parili Thes. II. p. 10) ita tamen, ut stropha tertia: Sanctissima moribus etc., a codicibus M. 5. 6. omissa, a nobis uncis inclusa, veluti spuria praetermissa sit.

---

616. [*Laudes domino nostro nostra concinat armonia.* De S. Emmeramo. Thes. II. p. 56.]

---

617. [*Cordis oris symphonia.* De SS. Cosma et Damiano MM. Thes. II. p. 234.]

---

618. [*Dulce melos cum concentu.* De S. Wenceslao. Mone III. p. 558 (Hs. zu Admont No. 717 14, Jahrh.)]

1. Dulce melos cum concentu
Modulemur in conventu
Totius ecclesiae,
Veneremur sub obtentu
Gratiae, vitae proventu
Patronum Bohemiae.

2. Flos de spina procreatus,
Wencezlaus matre natus
Nobili sed pessima,
Patrem sanctum imitatus
Christum puer lucrum ratus
Indole sanctissima.

3. Legem zelat ut Helyas,
Verbi dux ut Isayas
Gentis pellens tenebras.
Hic secundas Ananias,
Futurarum ut Abdyas
Rerum pandit latebras.

4. Quos Christo regeneravit,
Hos verbo ciboque pavit,
Propago fidelium.
Regi Christo militavit
Dux insignis, liberavit
Pueros gentilium;

5. Ligna defert egenorum,
Usui mysteriorum
Se servum exhibuit,
Dum ex manibus suorum
Mustum, hostias, laborum
Altaribus praebuit.

6. Res miranda, res praeclara,
Frons ducis fit crucis ara,
Dei fulgens lumine.
Dux culpatur mora cara,
Caesar surgit cruce rara
Visa quasi numine.

7. Iacob sanctum repraesentat
Wenceslaus, dum frequentat
Templa nocte pedibus.
Nudis terras hic cruentat,
Cuius fidem dira tentat
Mater multis vicibus.

8. Ut convivet, invitatur
Dux a fratre, sic paratur
Wencezlao martyrium.
Laudes dei dum rimatur
Nocte, sanctus vulneratur
Et fit fratricidium.

Limen templi petit laesus,
Conmendatum Christus Iesus
Fert in coelos spiritum.
Martyr sanctus ut est caesus,
fit agni paschalis esus
honor, gemma militum,

10. Dux, medela peccatorum,
Salus aegris, oppressorum
Verum patrocinium.
Suscitator mortuorum
Nos ad culmen beatorum
Duc post hoc exilium.

6. Cod. res miranda praeclara. Mo. o res mira s pr. *Brev. Rom. Cum in Germaniam profectus esset, Imrator conspectis duobus angelis aurea cruce ad se accedentem antibus, e solio prosiliens brachiis excepit.* 10. Mo. lux med.

---

619. [*Laus erumpat ex affectu.* De S. Michaële. es. II. p. 86.]

---

620. [*In hac valle lacrymarum.* De S. Michaële. eale Seq. p. 162 e Missali Redonensi 1523.]

In hac valle lacrymarum
Susceptorem animarum
Nostra laudet concio:
Laudem demus corde laeto
Animarum huic praefecto
In coeli palatio.

Hic superbum superavit
Hostem nostrum, et privavit
Coeli claro lumine:
Qui se parem Deo fecit
Cogitatu; — sed defecit
Omni carens numine.

Quam felices, quam praeclari
Angeli sunt, Deo cari:
Ad nos ferunt nuncia:
Vultu Dei multa notant;
Et de pleno fonte potant
Quo iuvant mortalia.

4. Civitatis sanctae cives
In qua regnat rex praedives;
Nos consortes gloriae
Simus omnes, ne damnemur
Sed cum Christo gloriemur
Qui dat regna gratiae.

5. Ordo novem angelorum
Nos perducat ad decorum
Coelorum palatium;
Per baptismum nos renati
Habeamus emundati.
Sempiternum gaudium.

---

621. [*In triplici hierarchia.* De S. Michaële. Ex ssali Pictaviensi circa sec. XIV. exarato quod asservatur in bliotheca Nat. Lisbonae. Ecclesiol. XCVII. 1853. p. 251.]

In triplici hierarchia
Nova sonet armonia
Supernorum ordinum:
Sub divina monarchia
Disponuntur, et in via
Sunt custodes hominum.

2. Seraphim stant in ardore, —
Cherubim stant in splendore, —
Throni dant iudicia:
Dei fervent in amore,
Regem vident in decore,
Fortem in iustitia.

3. Ordo Dominationum
Habet dominandi donum
Honoribus debitis;
Principatus revereri
Deum docent, et timeri
Omnibus a subditis.

4. Hostem pellunt potestates;
Dant virtutes dignitates,
Miracula varia:
Archangeli ad maiora
Et Angeli ad minora
Mittuntur officia.

5. Sic decenter ordinantur
Novem drachmæ quæ signantur
E regis imagine:
Cum reperta drachma vadunt
Quam signandam Regi tradunt
Vultus eius lumine.

6. Super turmas sui primas
Ordinis est dux et primas
Archangelus Michaël:
Gabriel stat dux virtutis;
Nostrae baiulus salutis,
Medicina, Raphaël.

7. Angelica creatura
Immutata tenet iura
Sub divino munere:
Ut cum summo Rege cura
Cuncta tenens in mensura
Numero et pondere.

8. Licet ad nos huc mittantur
Semper Deum contemplantur
Spiritali oculo:
Vident Deum, — quid actum
Et quid nobis sint dicturi
Aeternali speculo.

9. Hi sunt nonaginta novem
Qui centenam ducunt ovem
Ad prata virentia;
Ubi flores vernant grati,
Ubi summae Trinitati
Datur laus et gloria.

5. Eccl.: *The poet refers to the mediaeval explanation of the parable concerning the ten pieces of silver. The nine which were never lost are the nine orders of angels; the tenth, which was lost and found, represents man, ruined and redeemed.* Cod. signantem Ps. 4, 7.: *signatum est super nos lumen vultus tui.*

---

622. [***Sion felix gratulare.*** De S. Hieronymo. Thes II. p. 224.]

---

623. [***Hymnus laudis Deo detur.*** De S. Hieronymo. Thes. II. p. 247.]

---

624. [***Gaude mater ecclesia recolens cum gaudio Hieronymi magnalia.*** In Translatione S. Hieronymi. Thes. II. p. 191.]

---

625. [***Exultemus regum regi Qui fidelem suo gregi Pastorem contituit.*** De S. Ottone. Thes. II. p. 93.]

---

626. [*Adest namque dies sacra perlucida atque formosissima ornatu Leudgarii nece sancti.* De S. Leodegario. Mone III. p. 392 e cod. Colmariensi XI. saec.]

627. [*Sanctam praesentis diei sollemnitatem.* De S. Leodegario. Mone III. e cod. Murbacensi saec. XII. Pitra Histoire de S. Leger p. 506.]

628. [*Iocundetur ecclesia.* De S. Leodegario. Mone III. p. 395. (Hs. zu Engelberg I. 4/25. 14. Jahrh.)]

1. Iocundetur ecclesia,
Grata Deo praeconia
Cordis organo solvens,
Ortum digne rosarium
Morum Leodegarium
Pia laude revolvens.

2. Hunc nobilem prosapia
Rex regum per principia
Prima nobilitavit,
Agens forma, materia,
Finis, virtus, peritia,
Quot in eo probavit.

3. Nam stirps, fama, res, anima,
Corpus, actus hunc optima
Vitae dote probavit,
Nec fides, spes huic defuit,
Quem caritas, qua ferbuit,
In mortem animavit.

4. Excaecatur,
Mutilatur
Pedibus. lingua, labiis,
Sed viget mentis visus,
Sermo, gressus
Nil perpessus,
Decollatur praesidiis
Capitis veri fisus.

5. Affert mundo stuporem
Hic dignis
Pollens signis
Vita sanctus et obitu:
Resumunt nam vigorem
Aegri laeti,
Sacra freti
Sua prece vel aditu.

6. O pastor bone,
Dux, patrone,
Leni precum purgatione
Nos aegros cura vitiis,
Ut non subiectus
Intellectus
Sit carni, sed puris refectus
Primae formae delitiis.

1. Mo. corrigit hortum arbitratus illam vocem ut fit carere in codice prima litera. At decimo quarto saeculo vix scripserunt librarii ortus pro hortus. Patet sensus: ortum est rosarium morum Leodeg. 2. Mo. agens forma *ist mir dunkel, die Stelle scheint fehlerhaft.* Legendum est ager. Enumerat poëta omnia dona quae obtigerunt Leodegario nec praetermittit praedia. 3. Cod. fama res:

Mo. saha. Nisi fallor ego verum vidi. 5. Mo. tam dignis. Cod. aeger.

---

629. [*Exulta Sion filia Laudans inscrutabilia.* De S. Francisco. Th. II. p. 207.]

---

630. [*Gratuletur grex Minorum.* De S. Francisco. Mone III. p. 308. (Hs. zu Venedig Class. IX. Cod. 145 des 14. Jahrh. mit der Bemerkung; „Plures alias et diversas sequentias canit ecclesia ad honorem beati patris nostri Francisci.“]

---

631. [*Fregit victor virtualis.* De S. Francisco. Auctor sequentiae Thomas de Celano.]

1. Fregit victor virtualis
Hic Franciscus triumphalis
Crucis adversarium:

2. Crucis lator cordialis
Princeps pugnae spiritalis,
Insignis amantium,

3. Quem praemisit rex futurus,
Pugnaturus, praevisurus
Celebri consilio.

4. Praemunivit ut securus,
Suis armis congressurus
Salubri praesidio.

Chorus.
Dicas nobis o Francisce,
Cur affixus sis in cruce?

5. Quia crucis contemplator
Atque carnis supplantator
Semper fui sedulus:

6. Quia mundi abdicator
Atque crucis imitator,
Vitae Christi baiulus.

7. Amor Iesu me accendens.
Atque dulcor cor absorbens
Auxit desideria:

8. Sursum fixa mente tendens
Vidi Iesum infra fervens
Specie Seraphica.

Chorus.
Dic Francisce, quid fecisti
Postquam Iesum aspexisti?

9. Dulcem Iesum quo ardebam
E vicino distinguebam
Aspectu Seraphico:

10. Grato vultu aestuabam
Et effectum excedebam
Affectu mirifico.

11. Alis senis convelatus
Plagis quinis sauciatus
Totus dire cruentatus,
Sic erat insignitus:
Mox amore stimulatus
Et dolore conclavatus,
In dilectum immutatus
Innovator spiritus.

Chorus.
Dic Francisce, quid fecisti
Contemplando plagas Christi?

Mente mire inflammari
Et sic carnem sigillari
Ac dilecti transformari
In fulgidam speciem:
Manus pedes conclavari,
Dextrum latus lanceari,
Christum servum imitari,
In sua effigie.

Chorus.

Dic Francisce crucifere,
In te signa scimus vere?

Duo.

Certe multis argumentis
Constat forma redimentis.

Chorus.

Dic nobis Francisce,
Quid vidisti in cruce?

Duo.

Filium Dei viventis.
Crucifixum pro amore gentis.

Chorus.

Credendum est magis soli
Francisco veraci
Quam mundanorum turbae
fallaci.

Duo.

Scimus Christum pertulisse
Mortem crucis vere,
Tu nobis victor rex miserere.
Alleluia.

Sequentia Thomae, notis musicis adornata, aevo nostro primum innotuit Angliae cura ac merito. Ecclesiologist XCVII Aug. 1853 p. 228 sq. „This sequence is to be considered in the light of a literary curiosity, rather than as possessing any great merit. It was known that Thomas of Celano, the author of the Dies Irae, had composed two other sequences; Wadding, the great Franciscan Annalist, writes thus: — " Sequentias tres scripsit, quarum prima incipit, 'regit victor virtualis. Secunda, Sanctitatis nova signa. Tertia, Dies irae, dies illa." — On this, Mr. Trench observes, — „One can learn only with a deep regret that two other hymns were composed by the same author, which have now perished, or, if they still exist, lie hidden somewhere, altogether out of sight of man." Yet, he continues, „our sense of their loss is in part diminished by the extreme probability which the first line of at least ne of the hymns, in connection with the known circumstances of the writer's life, suggests, that these two were not, like the Dies Irae, poems of a world-wide interest, but rather the glorifyings of his great patron and friend." — Mr. Trench's guess, it will be seen, is correct. In examining the Ecclesiastical MSS. of the Bibliotheca Nacional at Lisbon, we discovered a small 8vo MS. of Hours (circ. 1400) with French rubrics, etc., written for some Franciscan Convent in that kingdom. At the end, occurs the „Prosa de Beato Francisco", which we now, for the first time, print. The first

remark it suggests is this, — that Thomas of Celano seems to have been of the number of those who have one inspiration only: — the present composition being scarcely of second-rate merit. The second observation is suggested by a comparish of this Sequence with the Surgit Christus cum trophaeo, given by Mr. Neale from a Tournay Missal at p. 48 of his collection of Sequences (Brand. Catal. No. 54). One of the two is clearly a parody of the other — as both, at the end, borrow from the Victimae paschali. The following imitations are obvious:

Dic Maria, quid fecisti Postquam Christum amisisti?	Dic Francisce quid fecisti Postquam Iesum aspexisti?
Dic Maria quid vidisti Contemplando crucem Christi?	Dic Francisce quod fecisti Contemplando plagas Christi?
Certe multis argumentis Signa vidi resurgentis.	Certe multis argumentis Constat forma redimentis.

There is one other Sequence (in the Mayence books) addressed to the Blessed Virgini, clearly cast in the same mould. We are disposed to think (notwithstanding the rule that, in cases of parody, the more particular is borrowed from the more general hymn) that the Sequence to S. Francis must have been the basis of the two others."

Transscripserant prosam Thomae ex Ecclesiologista Ephemerides Romano-Catholicae quae vocantur The Rambler (Decbr. 1853) At vero pro ea quae exspectari poterat Virorum Doctorum, quibus debemus carmen e vetustis iisque raris libris resuscitatum, observantia, apparet in alio ephemeridum fasciculo (April 1854) acris quaedam Ecclesiologistae incusatio. „A curious instance of the careless and negligent manner in which antiquarian and archaeological inquiries are sometimes conducted, is afforded by the article in the Ecclesiologist, from which we copied the sequence Fregit victor virtualis, in our December number. No one would have supposed it possible that the most ordinary sources of information upon a subiect so interesting as lost sequences by the author of the Dies Irae, could have been neglected by individuals professing to be able to enlighten the public mind upon points of Catholic antiquity; and we might have expected that the obvious course of consulting early printed Missals would have been resorted to before the libraries of Lisbon were ransacked in search of manuscripts. This, however, has not been the case; at least in the present instance. A correspondent informs us that the Fregit victor

virtualis is to be found in the first three early printed Paris Missals which he bas happened to consult, being those of Thielman Kerner, 1520; of Desiderius Maheu and John Kerbriant, 1525; and of Yolande Bonhomme, 1555."

Sane grata mente agnoscimus Thomae sequentiam novorum librorum auctoritate commendatam: vituperamus opprobrium iniustum atque invidiosum. Iure suo adnotavit Ecclesiologista, adversarium veterem Thomae prosam Sanctitatis nova signa, quam deperditam esse planxit, reperire in Actis Sanctorum „the most ordinary source of information."

---

632. [*Sanctitatis nova signa.* De S. Francisco. Thomae de Celano.]

1. Sanctitatis nova signa
Prodierunt laude digna,
Mira valde et benigna
In Francisco credita.
Regulatis novi gregis
Iura dantur novae legis,
Renovantur iussa regis
Per Franciscum tradita.

2. Novus ordo, nova vita
Mundo surgit inaudita,
Restauravit lex sancita
Statum evangelicum.
Legis Christi paris formae
Reformatur ius conforme,
Tenet ritus datae normae
Culmen apostolicum.

3. Chorda rudis, vestis dura
Cingit, tegit, sine cura
Panis datur in mensura,
Calceus abiicitur.
Paupertatem tantam quaerit,
De terrenis nihil gerit,
Hic Franciscus cuncta terit,
Loculus despicitur.

4. Quaerit loca lacrymarum,
Promit voces cor amarum,
Gemit moestus tempus carum
Perditum in saeculo.
Montis antro sequestratus
Plorat, orat humi stratus,
Tandem mente serenatus
Latitat ergastulo.

5. Ibi vacat rupe tectus,
Ad divina sursum vectus,
Spernit ima iudex rectus,
Eligit coelestia.
Carnem frenat sub censura
Transformatam in figura,
Cibum capit de Scriptura,
Abigit terrestria.

6. Tunc ab alto vir hierarcha,
Venit ecce Rex monarcha,
Paret iste patriarcha
Visione territus.
Defert ille signa Christi;
Cicatrices confert isti,
Dum miratur corde tristi
Passionem tacitus.

7. Sacrum corpus consignatur,
Manu, pede vulneratur,
Dextrum latus perforatur,
Cruentatur sanguine.
Verba miscent arcanorum,
Multa clarent futurorum,
Videt Sanctus vim dictorum
Mystico spiramine.

8. Patent statim miri clavi,
Foris nigri, intus flavi,
Pungit dolor poena gravi,
Cruciant aculei.
Cessat artis armatura
In membrorum apertura;
Non impressit hos natura,
Non tortura mallei.

9. Signis crucis quae portasti,
Per quae mundum triumphasti,
Carnem hostem superasti
Inclita victoria;
Nos, Francisce, tueamur,
In adversis protegamur,
Ut mercede perfruamur
In coelesti gloria.

10. Pater pie, pater sancte,
Plebs devota, te iuvante,
Turba fratrum comitante
Mereatur praemia.
Fac consortes supernorum,
Quos informas vita morum,
Consequatur grex Minorum
Sempiterna gaudia.

Acta Sanct. Octob. II. p. 801: — „Quam tamen excidisse credidit idem Annalista, Sequentiam habeo dono RR. P. Conventualium Romanorum, qui eam ex duobus codicibus MSS. membraneis archivi sacri eorum conventus Assisiensis describi, et a notario publico conferri curarunt, et ego ne eam lector desideret, hic subjicio cum suis mendis grammaticalibus (quae tamen fortasse non auctori, sed codicis scriptori, tribuenda sunt) et cum titulo quem sibi praefixum habet.“

Neutram Thomae sequentiam accedere ad Dies irae, dies illa eminentiam, cum res ipsa loquatur, non est quod fusius explicemus.

---

633. [*Laetabundus fidelis in cordis cantus iocundetur.* De S. Colomanno. Thes. II. p. 192.]

---

634. [*Coelestis te laudet chorea.* De S. Colomanno. Mone III. p. 254. (Hs. zu St. Paul No. 48. 14. Jh. Pez Script. Rer. Austr. 1, 104 Acta SS. Octobr. VI, p. 353.)]

---

635. [*Psallat laete orbis coetus.* De S. Burchardo. Thes. II. p. 195.]

---

636. [*Consurge iubilans vox quaevis hominum.* De S. Hedwige. Thes. II. p. 189.]

---

637. [*Summe bone et suavis.* De S. Severo. Mone III. p. 501. (Hs. von St. Peter zu Karlsruhe No. 16. Missale Mogunt. 1482.)]

1. Summe bone et suavis,
qui Petrum de remo navis
vocasti, ut esset navis
rector sanctae fidei

2. Publicanum tu traxisti,
peccatori spem dedisti
et huic hunc praefecisti
lumen evangelii.

3. Tu de lana transtulisti,
quem ad lanam assumpsisti,
hunc columba ostendisti
praesulem cum gloria.

4. Cuius nomen est Severus,
quod est signum, quod severus
debet esse praesul verus
cuncta spernens levia.

5. Huic uxor maritatur,
fortitudo si iungatur,
ut peccato resistatur,
nomine Vincentia.

6. Filia Innocentia
pro salva conscientia,
ut cedant mentis vitia,
est praelato propria.

7. Bone Iesu, in Severo
ut ostendas normam clero,
ut probatur signo vero
uxore et filia.

8. Fac nos tibi, deo vero
gravi more et severo,
tota mente. corda mero
ferre laude dulcia.

9. Uxor eius nobis iuncta
nos defenset pellens cuncta
quae sunt nobis felle iuncta
sub melle latentia.

10. Sit et nata nobis testis
super cunctis nostris gestis,
sit et mentis nostrae vestis
pulchra innocentia,

11. Ut nos fortes, corde puri,
in hoc sacro pugnaturi,
hoste victo permansuri
tecum simus perpetim.

---

638. [*Per unius casum grani. De valle Gethsemani Grana surgunt plurima.* De S. Quintino. Neale Seq. p. 195.]

---

639. [*Resultet tellus et alta coelorum machina.* De Omnibus Sanctis. Neale Seq. p. 197 e Missali Leodiensi 1513.]

1. Resultet tellus et alta coelorum machina
2. In laudem Patris aeterni regentis aethera;
3. Cui Angelorum chori concordes canunt odas in poli regia.

4. Ipsi etiam et nostra iam nunc intonent praeconia vo-
sonora.
5. Hunc laudant agmina sacra Sanctorum Omnium in te
lure paradisiaca,
6. Et cantant cantica nova, Christum Dominum laudanti
per saecula aeterna.
7. Illuc sequuntur Agnum praevium Duce, calcantem flor-
per gramina roscida;
8. Stolis albis fulgida, palmis ornata; sertaque gestant c
pitibus laurea.
9. Tempserunt namque lubrica huius mundi lenocinia, spe
nendo praesentia, suspirandoque semper coeli-
10. Spiritus Sancti gratia: cuius clara rutilant dona, quibu
sempiternae vitae consequimur magna praemia.
11. Ipsius enim afflatu nostra purgantur intima,
12. Mentibus quoque purgatis cuncta delentur crimina.
13. Huic Deitas iugis est, cum Patre summo Natique pc
tentia
14. Arce superna per saecula: qua beata Sanctorum sun
agmina,
15. Aeterni luminis claro splendore micantia,
16. Divinitatique summae semper assistentia.
17. Illic tenent sedilia distinctis ordinibus dignanter constrat:
nostraque spectant consortia:
18. In Deitate Unica Trinitatem Sanctam cernentia. in glori
aeterna
19. Ad quam nos Deus omnipotens post ultima perduc:
funera.
20. Laetemur ibi per saecula cum Angelis ipsius ad dextra
21. In qua gloriantur Sancti omnes, quorum haec sunt festiv:
22. Amen cuncta in iubilo personant redempta: Allelui:
Amen.

10. Lib. queis aeterna, Nealius mutavit propter me
trum. 18. N.: *Sine dubio hic versus praecedenti respondet sed excidit aliquid.*

---

640. [*De profundis exclamantes audi Christ nostras voces in coelesti curia.* In Die Omnium An marum. Neale Seq. p. 199 e Missali Leodiensi 1513.]

1. De profundis exclamantes audi, Christe, nostras voces i
coelesti curia.
2. Pro defunctis fidelibus ad te clamat nunc omnibus, t
supplex Ecclesia:

3. Fiant ergo intendentes ut audiant tuae aures vocis haec suffragia.
4. Vox haec orat, Rex gloriae, fidelibus ut hodie concedas remedia.
5. Peccatores quamvis simus, sustinere nec possimus si observes vitia,
6. Fiat tamen salutaris quae offertur nunc a nobis pro defunctis hostia.
7. Haec quam Patri obtulisti, offerimus et nos ipsi; sit eis propitia.
8. Propitius esto eis: solve vincla, Iesu, reis, in tua potentia.
9. Propter legem quam dedisti te sustinent quos fecisti: averte supplicia.
10. Te sustinent, eruantur: in te sperant, educantur ad coeli palatia.
11. In te sperant, in te credunt; ad te tendunt et suspirant de faecis miseria.
12. In te die, in te nocte, in te mane et vespere: sit eis fiducia:
13. Sit apud te quam rogamus, pro qua tibi quam rogamus, pietatis copia.
14. Ut redimas eas, Christe, supplex rogat coetus iste, ab omni nequitia.
15. Reginarum imperatrix, tua roget te genitrix: fiat horum impetratrix quae rogamus Maria.
16. Bone Iesu Rex gloriae omnes sancti praecipue te rogantes sint hodie pro eorum venia.
17. Qui per Crucem exaltatus peccatorum es misertus, audi preces queis devotus ad te clamat noster coetus cum misericordia.
18. Per te vincla confringantur; portae mortis destruantur; diaboli confundantur; et animae consequantur sempiterna gaudia. Amen.

Praeter Thomae sequentiam hanc unam novi cantandam in Commemoratione Defunctorum (cf. p. 166 sq.), alias ab dulci prosarum cantu aliena. Quae supra scripta est, rudiori modo Victorina metra sequi videtur — 16. Lib. Iesu Christe gloriae.

---

641. [*In superiis resonando.* De S. Leonhardo. Mone III. p. 398. (Hs. zu Frankfurt, No. 31 aus dem 15. Jahrh. Das Lied wurde wahrscheinlich für die Leonhards-

kirche zu Frankfurt gemacht oder darin gebraucht. Das Lied hat französische Form.)]

1. In supernis resonando
Iubilemus laudes dando
Regi dulcis gloriae,
Qui beatum Leonardum,
Libertatis almae nardum
Et florem ecclesiae

2. Sanctitate decoravit,
Quem beando proclamavit
In terrarum finibus
Per signorum ubertatem,
Quae ob eius sanctitatem
Fulgent in hominibus.

3. Eius prece fons manavit,
Quem natura denegavit,
Dans potum indigenis.
Aetas hoc non habet parem,
Quibus illum compararem
Miris in miraculis.

4. Nam reginae laboranti
Et in partu desperanti
Contulit auxilium.
Invocatus vinculatis
Et tormento deputatis
Confert adminiculum.

5. Hic regale spernens latus
Et pinnam pontificatus
Exiit a propriis
Arvum petens Aquitanum,
Ibi degens non in vanum
Inmunis a vitiis.

6. Pie fusas preces flentum
Exaudivit se petentum.
Laude nimis et talentum
Sparsit sibi traditum,
Utriusque dando bona
Pascuae, donec corona
Triumphalis atque zona
Cinxit eius spiritum.

7. Ave spes o captivorum,
Relaxator vinculorum,
Consolator miserorum,
Forma vitae, via morum,
Adiutor promptissime!
Preces audi te rogantum,
Iesu Christe, per hunc sanctum [illegible]n,
Festinantes ad te tantum
Nos ad thyma duc balantum [illegible]n,
Coeli ductor inclite.

7. Thyma balantum. Mo.: *Die Weide der Schafe* [illegible] At non video qua via V. D. hanc notionem eliciat. Au[illegible]t thyma genuina scriptura est hoc sensu: deduc nos ad [illegible]d odoramenta et preces Sanctorum (Apoc. 5, 8): aut legendum thema i. e. ad provinciam, partem ovium,

---

642. [*Lebuine confessorum.* De S. Lebuino. Thes. II. p. 220.]

---

643. [*Summa laude diem nunc Patris Findani celebremus.* De S. Findano.]

1. [Summa laude] diem nunc Patris Findani celebremus,
2. Qui sub exemplo praecipui Patriarchae
3. Cognationis et patriae effectu derelicto,

4. Peregre dacem subsequens Domnum,
5. Factus est fide proles Abrahae,
6. Beatitudinis simul haeres illius,
7. Terrae viventium possidet eulogian.
8. Hic enutritus aula Pharaonis,
9. Opes reghi Moysis spernens caducas
10. Habuit hunc suae moribus verum asseclam vitae,
11. Cum bonis saeculi praetulit imperium Christi,
12. Et ollas carnium Egyptiarum vitalis hostiae solo respuit amore,
13. Et manna coelicum deque petra potum suppeditavit via, fame, siti lassis.
14. Hinc Christus suae nunc participem mensae
15. Plene perpetuis admittit deliciis,
16. Ubi gutta potus nunc pauxilla suorum
17. Aestuantis igne refrigerat animae
18. Auriculari de summo.

Descripsi sequentiam haud inelegantem e Missali Rhenoviensi saec. XIV. Apte poëta carminis modos sequentiae in S. Galli honorem conscriptae: O dilecte domino Galle. Thes. II. p. 25 sequitur. Nam uterque Sanctus eadem patria terra derelicta, iisdem muneribus functi in eadem Rhenana ditione diem obierunt supremum. — Quatuor syllabae abundant, puto summa laude. 16—18 Aperte exprimit poëta locum Luc. XVI, 24 — *ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hoc flamma.* At v. 16 latet ulcus, cui medelam afferre nequeo. Codex post gutta vocem habet difficilem ad legendum, dein nox — suorum. Quod scripsimus e coniectura est. 18. Auricularis qui alioui a secretis et maxime familiaris est. Cf. Du Cange s. h. v. Findanus sedet in sinu Abrahae, beati patriarchae auricularis.

---

644. [*Florem mundus protulit.* De S. Elisabeth. Thes. II. p. 208.]

---

645. [*Gaude Sion et laetare.* In Praesentatione. Virginis. Neale Seq. p. 201 e Missali Verdensi c. 1500.]

---

646. [*Hanc dieculam orbi cunclo colendam.* De S. Clemente. Thes. II. p. 176.]

---

647. [*Ave praeclara Catharina, nam tua tenera vita.* De S. Catharina. Thes. II. p. 189.]

Exstant duae sequentiae de S. Catharina, conformatae ad exemplar Marianae: Ave praeclara maris stella. Utramque lectoribus communicat Monius III. p. 361. 363. Quae in Thesauro indicatur, exordium mutuata est a secunda, strophas sequentes a prima.

---

648. [*Costi regis filia.* De S. Catharina. Thes. II. p. 242.]

---

649. [*Ad honorem superni canlemus regis.* De S. Catharina. Thes. II. p. 170. Neale Seq. p. 203 e Missali Pragensi 1522.]

---

650. [*Catharinae virginis votiva festa recolamus.* De S. Catharina. Mone III. p. 350 e codd. XII. XIII. XIV. saec.]

---

651. [*Catharinae sollemnia.* De S. Catharina. Mone III. p. 352. (Hs. zu München Clm. 17140 12. Jahrh. Hs. zu Stuttgart Bibl. 20 13. Jahrh.)]

---

652. [*Christi sponsa Catharina Rosa rubens sine spina Virgo vernans et regina Costi regis filia.* De S. Catharina. Mone III. p. 353.]

---

653. [*Venerandam veneremur invictam.* De S. Catharina. Mone III. p. 357.]

---

654. [*Vox sonora nostri chori.* De S. Catharina. Sequentia Adami venustissima Clichtov. Eluc. Neale Seq. p. 205 e Missali Andegavensi 1523. Mone III. p. 357 legit (sed proh dolor non transscripsit) pulcherrimum carmen in cod. arcis Pommersfelden s. sc. XIV. Cf. Trench. Int. p. 57.]

1. Vox sonora nostri chori
Nostro sonet auditori,
Qui disponit omnia:
Per quem dimicat imbellis,
Per quem datur et puellis
De viris victoria:

2. Per quem plebs Alexandrina
Feminae non feminina
Stupuit ingenia:
Dum beata Catherina
Doctos vinceret doctrina,
Ferrum patientia

3. Haec ad gloriam parentum
Pulchrum dedit ornamentum
Morum privilegia:
Clara per progenitores
Claruit per sacros mores
Ampliori gratia.

4. Florem teneri decoris
Lectionis et laboris
Attrivere studia:
Nam per legum disciplinas,
Saeculares et divinas,
In adolescentia,

5. Vas electum, vas virtutum
Reputavit quasi lutum
Bona transitoria,
Et reduxit in contemptum
Patris opes, et parentum
Large patrimonia.

6. Vasis oleum includens,
Virgo sapiens et prudens,
Sponso pergit obvia;
Ut adventus eius hora
Praeparata, sine mora
Intret ad convivia.

7. Sistitur Imperatori,
Cupiens pro Christo mori,
Quinquaginta sapientes
Mutos reddit et silentes
Virginis facundia.

8. Carceris horrendum claustrum,
Et rotarum triste plaustrum,
Famem et ieiunia,
Et quaecunque fiunt ei,
Sustinet amore Dei,
Eadem ad omnia.

9. Torta superat tortorem;
Superat Imperatorem
Feminae constantia.
Cruciatur imperator,
Quia cedit cruentator,
Nec valent supplicia.

10. Tandem capite punitur,
Et dum morte mors finitur,
Vitae subit gaudia:
Angelis mox fuit curae
Dare corpus sepulturae
Terra procul alia:

11. Oleum ex ipsa manat,
Quod infirmos multos sanat,
Evidenti gratia.
Bonum nobis dat unguentum
Si per suum interventum
Nostra sanet vitia.

12. Gaudens ipsa videat
De se praesens gaudia,
Et futura praebeat
Quae dedit praesentia:
Et hic nobis gaudeat,
Illi nos in gloria,
[Quondam personet divine,
Et laudetur sine fine
Christus finis Catherinae.
In cujus praesentia Amen.]

Clicht. perlegit disc. 9. Andeg. valent suspiria.
Quae uncis inclusimus, omisit Clichtovaeus, et recte, opinor.

655. [*Iucundare plebs fidelis Nam praeclara fit in coelis Hodie iucunditas.* De S. Catharina. Neale Seq. p. 208.]

---

656. [*Gaude mater nobilis.* De S. Conrado. Mone III. p. 259. (Hs. zu St. Gallen No. 472. 13. Jahrh. Hs. zu Colmar 15. Jahrh. Hs. zu Kreuzlingen 14. Jahrh.)]

1. Gaude mater nobilis,
Constans et immobilis,
Urbs clara Constantia,
Tui festa praesulis,
Veneranda populis,
Colens cum laetitia.

2. O sanctum pontificem,
Qui transscendens apicem
Militantis curiae,
In coelesti patria
Regis subit atria
Triumphantis gloriae.

3. Cuius beneficiis,
Signis et prodigiis
Ornatur ecclesia;
Nam caecis infunditur
Lumen, claudis redditur
Gressus cum fiducia.

4. Virgo, quae post alitum
Semper fecit vomitum,
Sentit beneficia
Conradi pontificis,
Merso paralyticis
Fit salus eximia.

5. O virtutum artifex,
O salutis opifex
Christo nos concilia,
Actus nostros dirige,
Prece lapsos erige,
Poscens coeli gaudia.

Habet Branderus No. 111 (p. 78) sequentiam persimilem de S. Udalrico. Neque hic carminum consensus vacat mysterio. Udalricus ac Conradus, quomodo in vita se dilexerunt, in sequentiis non sunt separati.

---

657. [*Laeto corde resonemus.* De S. Noburga. Mone III. p. 467. (Hs. zu St. Peter 15. Jh.)]

1. Laeto corde resonemus
Et in arce iubilemus
Ad ipsam cum canticis,
Ex qua manant arguendi
Modi recte et vivendi
In figuris coelicis.

2. Quos ad primum tunc reduxit,
In Noburgam dum effluxit
Universa gratia,
In qua nulla reperitur
Negativa, sed vestitur
Mentis carnis macula.

3. Ut extremis carne, mente
Centro verbo inhaerente
Per amoris vinculum
Sic conclusit omnie verum,
Cum ens primum clausit rerum
Per illapsum coelicum.

4. Martyrio et doctrina,
Castitate quasi trina
In figura disputat,
Vertex eius crucis signo
Dum munitur cum maligno
Hoste cervo dimicat.

5. Deum trinum unum docet,
Saevit pater et non nocet
Statim eius gladius,
Sponsa Christi quia redit,
Murum transit et non laedit
Velut lucis radius.

6. Flagellata, concremata,
Eculeo tormentata,
Afflicta suppliciis,
Inter poenas tam amoenas
Veri sentit fontis venas,
Inmixta deliciis.

7. Patris de domo eiecta
Terram circuit despecta,
Denudata penitus;
Coelum orans dum aspexit,
Stola munda hanc protexit
Formata divinitus.

8. Eya, virgo, nos agnosce,
Sacramento nos deposce
Salvatoris refici,
Vita ista dum gravamur,
Ut aspectu mereamur
Creatoris perfrui.

2. Monius omisit vocem macula, sine ulla dubitatione corruptam. Mihi medela egere videtur mentis. Legere malim mundis vel simile quid. Sensus: Carnis macula in sancta virgine transformatur et quasi superinduitur ut munda appareat.

---

658. [*Exultant angelorum chori.* De Patronis Regni Sueciae. Ecclesiologist Cl. April 1854 p. 119 e Missali Upsaliensi.]

1. Exultant Angelorum chori hierarchia triplici, ordine, numero, officio multiplici conditi, cogniti Dei virtute simplici:
2. Ruit pars ad ima de prima spirituum origine:
3. Gratia divina ruina restauratur ex homine.
4. Quam flebilis Angelis perditis haec est permutatio!
5. Amabilis filiis hominum in regnum successio.
6. Iam illic ascendit victrix tribus inclyta: iam ius apprehendit triumphans ecclesia; militat in terris filia.
7. Quam dulci amore vernans suscipitur
8. Quae tanto fervore ruinae restaurandae ad ventura concupiscitur.
9. Te, coeli hierarchia, omnis natio orbis replet missis nuntiis:
10. Te, mundi monarchia, sacro munere recognoscit datis filiis.

11. Iam tandem tibi devota gens Suevorum primitias dat patronorum confessores Christique martyres, viduas:
12. Quos plebis sexus sequitur utriusque, dona praesentat cor cuiusque, instructurum coelestis muros Hierusalem.
13. Purpuratas rosas vernantes martyrum offert patientia.
14. Confessores sacratos flores, et praesentant virgines lilia.
15. Illustris iustus devotus rex Ericus, insignis praesul ac Henricus triumphali decorati sunt martyrio.
16. Eskillus martyr triumphat, et Botvidus, David concertat et Sigfridus Apostolus doctorali privilegio.
17. Sublimata coelesti duce mater scandit Helena solium:
18. Illustrata divina luce mentis effert Brigitta radium.
19. Ecclesia nunc Suecorum te exorat, te collaudat, coeli curia;
20. Interventu patronorum, o piisima, precatio te supplici implorat, Maria,
21. Ut sibi auxilium circa Christum Dominum esse digneris per aevum.

5. Eccl. hominis. 6. Eccl. apostolis. Cum commemoretur inter patronos S. Brigitta, desideratur S. Catharina Vastanensis. Carmen compositum est intra annos 1391—1474.

---

659. [*Gaude felix Agrippina Sanctaque Colonia.* De Patronis Coloniensibus. Thes. II. p. 203.]

---

660. [*Veni mater gratiae.* De Beata Virgine. Thes. II. p. 197. *)]

---

661. [*O felicem genitricem.* Thes. II. p. 205.]

---

662. [*Flos pudicitiae.* Thes. II. p. 245. Frantz p. 179, „eine poetische Klimperei".]

---

663. [*Resurgenti tuo nato.* Thes. II. p. 160. Mone II. p. 202. (Hs. zu Stuttgart 13. Jh.)]

2. corde dure, recte.

---

*) No. 661—677 Marianae sunt.

664. [*Gaude summi creatoris sponsa gloriosa.* Mone II. p. 193 e cod. sc. XV.]

---

665. [*Ave maris stella Nostrum cor irradia.* Mo. II. p. 218. (Reichenauer Hs. No. 36. sc. XIV—XV.)]

1. Ave maris stella
nostrum cor irradia.
2. Dei mater alma,
ipsum nobis placa,
3. Atque semper virgo
tuo stringe iugo
4. Felix coeli porta,
illic nos adopta.
5. Sumens illud ave,
iocundum et suave,
6. Gabrielis ore,
cum summo honore,
7. Funda nos in pace
tua sancta prece,
8. Mutans nomen Evae,
ut dicamus ave.
9. Solve vincla reis,
culpas laxans eis,
10. Profer lumen caecis,
mater verae lucis,
11. Mala nostra pelle,
omni carens felle,
12. Bona cuncta posce,
delictis ignosce.
13. Monstra te esse ma
trem,
placa deum patrem,
14. Sumat per te precem,
ut auferat necem
15. Qui pro nobis natus,
pellendo reatus,
16. Tulit esse tuus,
semper manens deus.
17. Virgo singularis,
mater salvatoris,
18. Inter omnes mitis,
fructuosa vitis,
19. Nos culpis solutos,
tua prece ductos
20. Mites fac et castos
tibique devotos.
21. Vitam para puram,
Deo placituram,
22. Iter para tutum,
rectum, impollutum,
23. Ut videntes Iesum
placatumque laetum
24. Semper collaetemur,
ipsum veneremur.

4. Mo. „besser adporta.“ 23. Mo. pl. laesum: at non in omnibus clausulis servatur vocalium concentus.

---

666. [*Ave cella novae legis Ave parens novi regis Sine viri semine.* Mone II. p. 294 e codd. XIII. XV. sc.]

---

667. [*Ave sidus lux dierum Ave gemma mulierum Quae lactasti regem verum genitorem filia.* Mone II. p. 302 e codd. XIV. XV. saec.]

---

668. [*Salve virgo praeelecta Domino mater electa.* Mone II. p. 205 e cod. XV. sc.]

---

669. *Ave plena gratiae.* Mone II. p. 314. (Hs. zu Admont 12. Jh.)]

---

670. [*O virga ac diadema purpurae regis.* Mone II. p. 293. (Hs. zu Wiesbaden, worin die Werke der heiligen Hildegart von Bingen.)]

1. O virga ac diadema purpurae regis, quae es in clausura tua sicut lorica;

2. Tu frondens floruisti in alta vicissitudine, quam Adam omne genus humanum, produceret.

3. Ave, ave, de tuo ventre alia vita processit, qua Adam filios suos denudaverat.

4. O flos, tu non germinasti de rore nec de guttis pluviae, nec aër desuper te volavit, sed divina claritas in nobilissima virga te produxit.

5. O virga, floriditatem tuam Deus in prima die creaturae suae praeviderat,

6. Et de verbo suo auream materiam, o laudibilis virgo fecit.

7. O quam magnum est in viribus suis latus viri, de quo Deus formam mulieris produxit, quam fecit speculum omnis ornamenti sui et amplexionem omnis creaturae suae.

8. Inde concinunt coelestia organa et miratur omnis terra, o laudabilis Maria, quia Deus te valde amavit. quam valde plangendum et lugendum est, quod tristitia in crimine per consilium serpentis in mulierem fluxit.

9. Nam ipsa mulier, quam Deus matrem omnium posuit, viscera sua cum vulneribus ignorantiae decerpsit et plenum dolorem generi suo protulit.

10. Sed, o aurora, de ventre tuo novus sol processit, qui omnia crimina Evae abstersit et maiorem benedictionem per te protulit, quam Eva hominibus nocuisset.

11. Unde, o salvatrix, quae novum lumen humano generi protulisti, collige membra filii tui ad coelestem harmoniam.

2. Cod. humanam. Malim legere produxerat. In Adam omne genus humanum dedit poenam. 3. 10. Meditata est S. Hildegardis Antiphonas Marianas, quibus utitur ecclesia — Ex te enim ortus est sol institiae Christus Deus noster. — Mariae nativitatem celebremus qua celsitudo throni processit.

---

671. [*Matri consolationis Filii salvationis.* Mone II. p. 367.]

---

672. [*Coelum Deus inclinavit.* Neale Seq. p. 259 e Missali Nidrosiensi 1519.]

1. Coelum Deus inclinavit
Et descendit et intravit
Vas electum stirpe David
Quod ante promiserat;
Per quod Verbo maritavit
Carnem, cui subiugavit
Coelum ad quod reportavit
Ovem quae perierat.

2. Miro modo nos dilexit,
Qui pro nobis se despexit,
Cum sub nostra carne texit
Suam magnitudinem.
Unde mori non neglexit,
Qui pro nobis resurrexit,
Et resurgens nos revexit
Ad vitam per virginem.

3. Gaude Virgo, mater Christi,
Quae per aurem concepisti,
Nec in partu pertulisti
Pudoris dispendium:
Quia Deum genuisti
Dum sic nostra tu fuisti
Salus, plebi confer isti
Tuum patrocininm.

---

673. [*Adest dies quo firmatur.* „In die Sanctificationis Mariae.“ Ecclesiol. C. Febr. 1854. p. 30.]

1. Adest dies quo firmatur
Spes promissa, et miratur
Cœlis admirabilis,
Olim visa in prophetis
Et contenta in decretis
Patrum et praenuntiis.

2. Quae a cunctis collaudatur;
Nam Mariae dedicatur
Dies haec amabilis,
Quam profunde admirantur
Terra, pontus, et novantur
Ex virtute Virginis.

3. Hanc lux vera et sophia
Pie firmans in hac via
Lucens ante saecula:
De qua fatur prophetia,
Praedicatur ab Elia
Parva sub nubecula.

4. Et quae ista sit praelata
Rebus cunctis, et ornata
Virgo ineffabilis;
Vere haec est mater grata,
Cui nulla comparata
Exstat in iuvenculis.

5. Sion et haec colliguntur
Plene et reperiuntur
Luce et historia;
Per quam cuncti imbuuntur.
Credentes et fulciuntur
Matris per miracula.

6. Ecce cuius muniatur
Partus, et sanctificatur
Matris clausus utero:
Nata sancta conversatur,
Circa templum, et sacratur
Domus Dei Filio.

7. Sic per Ave salutatur,
Dispensatur, fœcundatur
Desuper a Spiritu:
Montes scandens agitatur,
Nondum natus gratulatur
In Mariae aditu.

8. Deum parit homo nata,
Patrem verum haec beata
Ullo absque vitio:
Auro, myrrha et probatur,
Thure claro veneratur
Fidei initio.

9. Regem servans templum vadit,
Et Aegyptum, ubi cadit
Idolorum scoria:
Redit, nato mox orbatur,
Nuptialis consolatur
Sua clementia.

10. Iesu adstat crucifixo,
Ense scissa in confixo
Amoris visceribus:
Et congaudens resurgenti
Filio et ascendenti
Angelis psallentibus.

11. Sic exspectans repromissum
Spiritum a Patre missum
Davidis coenaculo:
Demum mater astra scandit,
Nostri memor preces pandit
Iesu suo filio.

12. Nam se matrem scit amborum:
Sic salutem angelorum,
Permanet et miserorum,
Pauperum et orphanorum
In mundo uberius:
Ut et ipsis det laborum
Loculo regnum coelorum,
Et ad sedes electorum
Ducantur et beatorum
Piis suis precibus.

Dies sanctificationis, ut puto, idem est atque conceptionis B. V.

---

674. [*Stella solem praeter morem.* Ecclesiol. CII. Jun. 1854 p. 162 e Missali Upsaliensi.]

1. Stella solem praeter morem,
Virga Iesse novum florem,
Genitura genitorem
Excellenter egerit;
Parit natum nati nata,
Virgo manens illibata;
Mira sunt incomparata,
Quae sic fides comperit.

2. Ad exempla transeamus,
Et exemplis intendamus,
Atque fide capiamus
Quae non capit ratio:
Rubum ignis non comburit;
In Mariam frustra furit
Manichaeus, nulla prurit
Castitatis laesio.

3. Gedeonis rorat vellus,
Aret irrorata tellus;
Partus virginis novellus
Huius umbrae veritas:
Gedeonque secus erat,
Vellus aret, tellus rorat;
Et, quam homo non deflorat
Parturit virginitas.

4. Damelque massam cibi,
Suscipit immissam sibi;
Intrat massa claustrum ibi
Clausum habens aditum;
Verbum Patris plus potenter
Concipit et parit venter,
Gravidata tam decenter
Per umbrantem Spiritum.

5. Lapis sine manu caesus;
Natus ex Maria Iesus;
Cuius homo nulli est laesus
Manu complectentium;

Ut admittit vitrum solem,
Sic admittit virgo prolem,
Quae effudit levem molem
Sicut sidus radium.

6. Exemplorum documentum
Fidei sit firmamentum,
Sit salutis incrementum,
Veritatis argumentum
Obvians erroribus:
Coadiutrix sit Maria,
Faciatque prece pia
Perfrui nos harmonia,
Vera quoque sot(h)eria,
Cum coelorum civibus.

---

675. [*Ave plena singulari gratiae.* Eccles. CII. Jun. 1854. p. 163 e Missali Upsaliensi.]

1. Ave plena singulari gratia,
Ave digna hymnis et melodia,
Digna laude singulari,
Cui nulla comparari
Matrum valent gaudia.

2. Alto fructu fœcundaris,
Germen Dei terra paris
In magnificentia;
Recens orbis vix orditur,
Et iam tua aperitur
Serpenti potentia.

3. Cuius tumens caput teris,
Et calcaneum tueris
Ab eius insidia,
Praedax stella ruhri maris,
Pharaone merso, canis
tympano et cithara.

4. Spina ardens nec combusta,
Virga florens et onusta
Nuce succi nescia,
Te perfudit ros novellus,
Maduit ut quondam tellus,
Sicca tamen area.

5. Terrae rigant universa
Siccitate iam detersa
Tua stillicidia;
Novum decus atque mirum,
Terra creans sola virum
Quem circumdas foemina.

6. Homo Deum, virgo prolem,
Virga florem, stella solem
Fers ferentem omnia;
Favus stillans, fons signatus,
Hortus clausus, austri flatus,
Porta Christi pervia.

7. Radix Iesse, Iacob sidus,
Agni sponsa, et ipsius
Mater es et filia,
Torus sponsi, templum Dei,
Effectum da nostrae spei,
O salutis ianua.

8. Stella maris redde portum,
Ab occasu duc ad ortum
Per tot mundi maria;
Nato iube, regem ora,
Ut nos tecum potiora
Ducat in cellaria.
Rex intende, et regina,
Vide et aurem inclina
Ad Epithalamia
In Hierusalem superna.

---

676. [*Audi virgo mater Christi.* Ecclesiol. XCVII. Aug. 1859 p. 230.]

---

1. Audi Virgo, Mater Christi,
Quae per Flamen concepisti
Gabrielis nuncio:
Audi quia Deo plena
Peperisti sine poena
Cum pudoris lilio.

2. Audi Magos advenisse,
Aurum, thus, myrrham dedisse
Tuo Unigenito;
Audi, Christo moriente,
Quio ipso triumphante
Nostra fit redemptio.

3. Audi, quia tui Nati
Quem dolebas mortem pati
Fulget Resurrectio;
Audi, Christo ascendente,
Qui in coelos, te videnti,
Motu fertur proprio.

Ecclesiol. l. c.: *This sequence is copied from a diptych, of no great antiquity, preserved and used in the parish Church of Irun, in Guipuscoa. It is sung during Easter-tide. It is also found in the Missal of Strengnas, of which we shall have more to say in the next number.* — 2. omiss, in Strengnensi libro Cod, magis — fuis red. 3. Str. coelos et quod te vidente.

---

677. [*Cuius laus secundum nomen eius est et gloria.* De Apostolis. Neale Seq. p. 212 e Missali Pictaviensi P. Mone III. p. 60 (Hs. zu Donaueschingen 14. Jahrh. D.)]

Cuius laus secundum nomen
Eius est et gloria,
Et in universa terra
Qui dedit iudicia,
5 Timet reus indicandus
Teste conscientia,
Amat iustus liberandus
Eius sola gratia.
Haec tanquam abyssus multa
Sunt inscrutabilia:
10 Sed de Deo natus Deus
Dei Sapientia
Nos ex alto visitavit
Et venit in propria,
15 Factus homo qui narravit
Nobis haec et alia
Quae latebant in figuris
Occulta mysteria.
Stulta quoque mundi Deus
20 Et contemptibilia
Sublimavit dignitate
Praefecit potentia,
Quae ubique praedicarent
Eius testimonia.
25 Hi sunt coeli continentes
Secreta coelestia:
Hi sunt nubes unde manat
Doctrinarum pluvia;
Hi sunt templi fundamenta.
30 Sunt portae, sunt atria:
Sunt bases atque columnae
Quibus stat Ecclesia:
Sunt lux mundi verbo vitae
Illustrantes omnia:
35 Sunt sal terrae condientes
Morum temperantia:
Sunt pastores populorum
Servantes ovilia:
Sunt doctores, subditorum
40 Exercentes studia.
Horum ergo flagitemur
Omnes patrocinia:
Ut cum illis gloriemur
In coelesti Patria.

In eod. D. ita divisum est:

Cuius laus secundum nomen, eius est et gloria
Et in universa terra qua sua iudicia.

4. D. qua sua iudicia. 11. D. haec de. 15. P. homoque. 22. P. praefecti. 23. P. quae. 26. D. sec. mysteria. 28. P. doctrinalis. 33. D. vita. 43. P. gratulemur.

---

678. [*Alleluia nunc decantet universalis ecclesia.* De Apostolis. Neale Seq. p. 214 e Missali Nidrosiensi 1519. N. Mone III. p. 63. (Reichenauer Hs. No. 269 mit dem Beiblatt: Philippi et Iacobi 14. Jahrh. R.)]

1. Alleluia nunc decantet universalis Ecclesia,
2. Extollendo apostolorum insignia.
3. Quorum princeps per crucem scandit Petrus alta poli sidera:
4. Doctor orbis triumphat sub Nerone urbe in Romulea.
5. Crux Andreae digna confert praemia:
6. Iacobus uterque nitet laurea:
7. Herodes illum, hunc Iudaica gens, transmittit ad aethera.
8. Aeque clara gratiarum munera.
9. Hirtacus illum necat, hunc suas Iesus vocat ad epulas.
10. Philippus Christi gratia docens praedicat in Scythia.
11. Thomas confossus lancea cursum consummat in India.
12. Simon et Iudas, dum sacra Persis ostendunt monita,
13. Fusus sanguis ambos stola perornavit purpurea.
14. Bartholomaeus dat Indis vitae dogmata.
15. Matthiae culmen dedit sors apostolica.
16. Plaudat ergo tellus, plaudant coelorum agmina.
17. In hac die clara pangat praesens familia,
18. Honorando sacrosancta apostolorum merita.
19. Hi sunt candelabra ante Deum lucentia,
20. Hi praelati celsa summi regis in curia,
21. Hi sal terrae, hi lux mundi, hi clara coeli lumina.
22. Iam palma, iam corona, iam promissa olim mensa illis est apposita:
23. O quanta, quam praeclara, quam iucunda celebrantur hac mensa convivia!
24. Hic nostra sunt sollemnia:
25. Sint vota, sint praeconia:
26. Sint pia laudum carmina. Amen.

2. N. laude celsa ap. 4. R. triumphans: 5. R. duo sacra gr. 10. R. hunc Ies. suas. 11. R. con-

fessus. 12. N. clara Persis. 13. R. ambos sanguis. 15. R. Mattiam. Mo. dat: dedit *gegen das Versmass.* Recte distinxit clausulas Nealius. 16. N. plaudat — curia. 17. R. et hac. N. pangat. 20. R. celsi. 21. R. clari. In R. versu 22 etc. legitur: Hic nostra scit praeconia, scit vota, scit sollemnia, scit grata laudum agmina. Iamque palma, iam corona, iam promissa olim mensa illis est apposita. Sed nemo non videt, aptiorem esse stropharum dispositionem in Nidrosiensi. Str. 22. 23. 24 (in R. omissa) inter se cohaerent: in 25. 26. 27. vero versatur sequentiae peroratio. Accedit metrica ratio. Str. 23. 24. XXII, syllabae sunt: 25. 26. 27. octonas complectuntur syllabas.

---

679. [*Ortum tuum sacrum Christe.* De Evangelistis. Neale Seq. p. 215 e Missali Pictaviensi 1524.]

1. Ortum tuum sacrum, Christe,
Scripserunt Evangelistae,
Quorum totus orbis iste
Scripturis imbuitur:
Haereticorum sophistae,
Philosophi vel artistae,
Stupent, quibus dogma triste
Per eos illuditur.

2. Ad firmandum cor sincerum,
Plebem rudem atque clerum,
Sacrarum profunda rerum
Quos scripsisse legimus:
Per figuras facierum
Quas vidit una dierum
Propheta per lumen verum,
Designari novimus.

3. Humana Levi, bovina
Lucam, Marcum leonina,
Sed Ioannem aquilina
Designabit proprie:
Tres primi secundum legem
Hominem, hostiam, regem,
Agnum qui redemit gregem
Ostendunt egregie.

4. Omnes aquila transcendit
Dum ad divina ascendit,
Et sicut erat, ostendit
Verbum in principio:
Horum verbo salutari,
Fide firmi, Deo cari
Mereamur gloriari
Cum eis in gloria.

2. Ad firmandum cor. sinc. ex hymno: Pange lingua etc.

---

680. [*Salvatorem concordi laudemus Christum.* De uno Martyre. Thes. II. p. 195.

---

681. [*Martyr beate tuum colentes festum.* De uno Martyre. Mone III. p. 152 (Hs. zu Stuttgart Bibl. No. 20. 12. Jahrh.)]

1. Martyr beate, tuum colentes festum,
2. Impius hostili quem necat animo, superare cum nequit
3. Morti quum dicavit terreae, supera patefecit limina.

4. Ibi nunc cum sanctis civibus ovas angelis,
5. Quorum conventus temet suscepit magno cum gaudio,
6. Poenas spernendo mundi mansura tenes regna poli.
7. Apud aeternum nosmet commenda Deum cuius ob fidem certando usque ad mortem,
8. Aulam cœli, quam sic acquisisti, nobis tribuat, spe sudantibus.
9. Quo secum laeti gratulantur sancti, ditati donis vitae perennis.
10. Testis invicte, iuva pro crimine atque pro nostra precare venia,
11. Ut digni possimus fore rege Christo.

Explorare mihi contigit sequentiae titulum Graeca. Itaque sequitur sequentiam paschalem Agni paschalis esu. Thes. II. p. 14. 1. Mo. *Besser wäre* colimus *oder* colamus. *Bleibt das Particip stehen, so geht der Satz erst mit 15* (Str. 7.) *fort.* 3. Cod. morti que — terrea. 7. Mo. pro Deum scripsit Dominum. „Deum gegen das Versmaas." At ignoravit V. D. carminis titulum. Stropha Sequentiae normativae septima XXII. syllabarum est. Si legamus dominum XXV conspiciuntur syllabae. Contra una est exstirpanda: fortasse legendum nos commenda. 8. Mo. *Nach dem Versmass besser* coelestem *oder 23* (Str. 9) *hat eine Sylbe zu viel.* Minime vero congruunt strophae cum sequentia normativa, cuius str. 8. XXII syllabarum, nona habet XXI.

---

682. [*Adest nobis dies alma et magno gaudio plena.* De uno Martyre. Neale Seq. p. 225 e Missali Nidrosiensi 1519.

1. Adest nobis dies alma et magno gaudio plena,
2. In qua sancta Deo grata congaudet Ecclesia.
3. Hodie coelestis turba laetatur, quae gloriam cantat in excelsis voce dulcisona cum symphonia:
4. Hodie polorum sancta agmina collaudant Regem Deum nostrum natum ex Virgine sancta Maria.
5. Ave inclyte martyr Christi, N., flos pulcherrime,
6. Tu vestigia Christi secutus es mente devota:
7. Aeterni regis adeptus es regna.
8. Iam gratularis in domo superna possidens sedes almas
9. Te postulamus et poscimus una,
10. Adjuva tuo sancto suffragio fragilem vitam nostram:
11. O beate, o sancte N., pro nobis supplica,
12. Ut una mereamur sancta cœlorum templa
13. Possidere, laeti cernentes

14. Alma gaudia quae sunt plena.
15. Sit Deo laus, honor, et iubilatio casta,
16. Qui regnat per omnia saeculorum saecula: Amen dicat omnia.

---

683. [*Iocundetur in affectu.* De uno Martyr. Ecclesiol. CII. Iun. 1854 p. 162 e Missali Upsaliensi.]

1. Iocundetur ex affectu
Chorus noster in conspectu
Summae cœli curiae,
Laudes Deo decantando
Martyremque collaudando
Triumphantem hodie,

2. Vitam perdens conservavit
In hoc mundo, nec servavit
Ne servatam perderet;
Vitiorum triumphator
Mortis factus est amator,
Ut per mortem vinceret.

3. Calicem tormenti bibens,
Quem donasti, Christe, liben
Per te vitam reddidit;
Corde tibi mancipato
Corporeque subiugato
Vitam superaddidit.

4. Mundo carnem liquit foenu
Sanctitatis sensu plenus,
Nec huius spe trahitur;
Hinc linquuntur universa
Nil possesso nil detersa
Spe fruendi vivitur.

5. Martyr pro quo decertasti,
Et quo duce triumphasti,
Nobis placa precibus;
Ut transcurso vitae mari
Mereamur collocari
Sacris coeli sedibus.

---

684. [*Laetabundi iubilemus.* In Communi Martyrum. Neale Seq. p. 222 e Missalibus Pictaviensi 1524 P. Xantonensi 1429 et Andegavensi 1523 A.]

1. Laetabundi iubilemus:
Laeta mente celebremus
Martyrum sollemnia:
Qui in mundo morientes,
Sed in Christo renascentes
Eius vivunt gratia.

2. Cuius testes exstiterunt,
Dum mundana respuerunt,
Quaerendo coelestia:
Quem ad mortem dilexerunt
Christum, sequi voluerunt
Per mortis compendia.

3. Crucem sibi baiulantes,
Sola cruce gloriantes,
Audita sententia:
Si quis post me vult venir
Tollat Crucem, si redire
Vult ad coeli gaudia.

4. Sic per multas passiones
Ad aeternas mansiones
Gloriosi proceres
Festinabant: sed in via
Experti sunt ludibria,
Vincula et carceres.

5. Flagellati, lapidati,
Et per multa cruciati
Tormentorum genera,
Torcularis in pressura
Faex deorsum, sed vis pura
Manavit ad supera.

6. Ubi manet aeternale
Quod hic fuit temporale
Carne tectum lubrica:
Ibi regnant sublimati,
Una stola decorati,
Securi de reliqua.

7. Poscant isti ut nos Christi
Sanctorum in agmine
Collocemur et laetemur
In aeternum, Domine.

4. A. supernas mans. 5. A. torc. impressura. 6. Tres priores versiculos om. X. Securi. Cyprianus: Turba — *iam de sua immortalitate secura et adhuc de nostra salute sollicita.* 7. Pro hac stropha adiungit liber A. quatuor strophas: Hic N. martyr Christi etc. quas spurias duco. Etenim ad unum martyrem diriguntur itaque discedunt ab sequentiae materia, omnes martyres decantantis.

---

685. [*Gaude turma triumphalis.* In communi Plurimorum Martyrum. Neale Seq. p. 226 e Missali Tornacensi 1540.]

1. Gaude turma triumphalis,
Turma pugnae spiritalis
Pollens privilegio:
Turma laeta corde spreta,
Rosas plantans et roseta
De crucis martyrio.

2. Vos de valle visionis,
Vos consortes passionis,
Et Christi victoriae,
Vos de throno Salomonis,
Vos de bello Gedeonis
Serta fertis gloriae.

3. Vos columnae deauratae
Bases, pelles purpuratae,
Galaad martyrii;
Per vos fractum alabastrum,
Per vos cursum tenet plaustrum
Sancti Evangelii.

4. Vester sanguis, vestrum lumen,
Fulcimentum et bitumen
Totius Ecclesiae,
Sion fundat et figurat,
Ornat, polit et picturat
Formam novae gratiae.

5. Cum vos reformatis bullam
Passionis et medullam
Invictae constantiae:
Nos firmetis ad agonem,
Et instantem passionem
Praesentis militiae.

2. Valle visionis. Isai. XXI, 1. Onus vallis visionis etc. Quem locum de Sion sive ecclesia militante omnes fere exponunt interpretes. 3. Lib. pelles deauratae. Neale purpuratae vel quod commendat in appendice rubricatae. Exod. XXVII, 13 sqq. Galaad. Neale: *Galaad varie interpretantur tum Patres, tum medii aevi scriptores. S. Hier-*

onymus: 'Galaad. acervus testis: acervus testimonii: transmigratio testimonii.' Hugo de S. Vict. de Filia Jephthae: 'Galaad, abiiciens, sive testimonium.' Ego vero poëtam ita intelligo, ut de coacervato testimonio tantorum Martyrum, (est enim de plurimis Martyribus Prosa) locutus fuerit. Alabastrum. Alabastro carnis per martyrium effracto effudit se evangelii suavitas. 5. Cum vos reformatis bullam. Placet Nealio Trenchii explicatio. „Duas partes Dominicae Passionis fuisse: medullam, sive interiorem qua vicit, bullam, sive exteriorem, qua mortem passus est. Hanc Passionem SS. Martyres imitari, vel reformare." At non video, quo modo bulla possit significare exteriorem partem dominicae passionis. Bulla hoc loco significat ut semper syngrapham vel chirographum cruci affixum Coloss. II, 14. Sensus: Chirographum quod adversus peccatores est, deletum et cruci dominicae affixum: et cum Sanctorum passio ex Pauli sententia quodammodo suppleat passionem Christi vel ipse Christus patiatur in Sanctis suis, etiam denuo martyrum frontibus ut ita dicam affigitur illud chirographum.

---

686. [*Beatus hic servus quem cum veneril Dominus.* De uno confessore. Thes. II. p. 172.]

---

687. [*Hic oculis et manibus in coelum.* De uno Confessore vel de Confessoribus. Thes. II. p. 176. Mone III. p. 155. (Hs. des historischen Vereins zu Klagenfurt 15. Jahrh.)]

Hic oculis ac manibus
in coelum
et totis viribus
suspensus
5 terrena cuncta respuit;

Eius ori nunquam
Christus abfuit,
sive iustitia,
vel quidquid ad veram
10 vitam pertinet.

Igitur te cuncti
poscimus, o N.,
ut qui multa mira
hic ostendisti,

15 Etiam de cœlo
gratiam Christi
nobis supplicatu
tuo semper infundas.

---

688. [*Felix vixit hic confessor.* De uno confessore non Pontifice. Ecclesiol. XCVIII. Octbr. 1853. p. 355 e Missali Strengnensi.]

1. Felix vixit hic Confessor,
Verbo, vita fit professor
Christianae fidei.
Imitator Christi Ducis
Memor fuit eius Crucis
Cruorisque rosei.

2. Voluntates abdicavit;
Carnem suam castigavit
Per iuge martyrium:
Ieiunavit et oravit
Et in Cruce se mactavit
Vivum sacrificium.

3. Armis lucis se munivit:
Fide fraudes hostis trivit
Roboravit brachium:
Mente florem mundi sprevit:
Pietate motus flevit
Proximorum vitium.

4. Castus, prudens sic vincebat,
Quod dissolvi cupiebat
Relinquendo saeculum;
Civis factus supernorum
Regem cernit Angelorum
Gustans vitae poculum.

5. Salve, fortis Christi miles,
Roga Regem, quod nos viles
Expurget a sordibus;
Iesu Christe, nos confortes
Eius prece quod consortes
Simus coeli civibus.

---

689. [*Quem invisibiliter sequiter ecclesia.* De uno Confessore. In Clichtovaei Elucidatorio et Neale. Seq. p. 233.]

---

690. [*Pangat nostra concio in Sanctorum gloria.* De uno Confessore. Neale Seq. p. 234 e Missali Nidrosiensi 1519.]

1. Pangat nostra concio in Sanctorum gloria.
2. Puro corde, mente pia, laudum Christo carmina:
3. Qui diversa pro meritorum qualitate distribuit munera;
4. Pravis poenas, gaudia iustis sempiterna in sede aetherea.
5. Ibi odor ineffabilis fragrat:
6. Laus praeclara incessanter exultat.
7. Angelorum militia, patriarcharum prophetarumque caterva,
8. Apostolorum sacer chorus, laureata martyrum quoque agmina,
9. Confessorum virginumque turba,
10. Nova dulci voce promunt cantica,
11. Hac quidem in die N., venerando sollemnia:
12. Qua carnis exutus ergastulo regna petiit supera;
13. Quo supernorum concivis factus et conviva.
14. Iocundatur et exultat in laude et gloria.
15. Nos ergo tanti patris pio modulo sacra concelebremus festa,
16. Congratulantes ei voce Deo symphonizando mixolidica;
17. Supplici corde eius digna poscentes magnalia

18. Ut Sancti prece sui nostras purificet animas,
19. Sanctique Spiritus repleat gratia,
20. Quo, spirituali edocti cithara,
21. Diatessaron beata diapentica sensu nacta diapason citharizemus vera,
22. Et harmoniae coelestis cordium fidibus proportionati summi regis coniubilemus in aula.
23. O sancte nostra, N., exaudi precamina,
24. Ac summo Patri repraesenta per Christum impetrata.
25. Laus in te sit Deo, tibique in eo gloria.

18. Lib. sancti meritis. Nealius prece ut metro et homoeoteleuto, alias optime se habentibus, satisfaceret. 21. Neale: *Hunc versum fateor me minime intelligere. Non dubito tamen quin arte musicali mystice utatur, ut consensum et proportionem quae inter Ecclesias triumphantem et militantem locum habet, depingat. Nec inter se correspondent versus. Forsitun cordis pro cordium legendum est, et summi omittendum.*

---

691. [*Sancti visu columbino.* De Quatuor Doctoribus. Neale Seq. p. 217 e Missali Leodiensi 1513.]

1. Sancti visu columbino
Et ascensu aquilino
Te, Christe, lux adeunt;
Hi prudentes sunt aurigae:
Currus Dei et quadrigae
Plebem Christi subvehunt.

2. Magne pater Augustine,
Legis amator divinae,
Lux fulgens Ecclesiae,
Fugas hostes quos et feris:
Mittens tela per quae teris,
Inimicos gratiae.

3. Arca legis, vas pigmenti,
Contra morbos vas unguenti
Gregori, os aureum,
Botrus Cypri gerens merum,
Quo gaudium mentis verum,
Os diffundens oleum.

4. Ut Helias nulli parcens,
Vir, Ambrosi, magnos arcens
Obviando crimini,
Infans sanctum te testatur:
Idem monstrans dum clamatur
Torquens hostes lumini.

5. Culpans culpas dum fugaris,
Antra petis nec turbaris
Doctor Hieronyme;
Carnem domas ieiunando;
Studes legem declarando,
Interpretum maxime.

6. Hi lucernae ad lucendum,
Nubes isti ad fundendum
Nunc rorem nunc pluviam:
Sic per fidem nos perducant,
Nos praecedant et inducant
In beatam Patriam.

---

692. [*Laudes debitas Deo nostro reddamus socii voce praeclara.* In communi Virginum. Neale Seq. p. 236. e Missali Nidrosiensi 1519.]

1. Laudes debitas Deo nostro reddamus, socii, voce praeclara.
2. Qui stabilivit prudentia omnium creaturarnm saecula,
3. Et hodie cum sanctis suis coronavit virginem inclytam.
4. In polorum sedibus per palmam martyrii, N..
5. Unde gaudium et laetitia coelestibus choris agitur,
6. Atque malignus spiritus victus inde torquetur et contristatur.
7. Nunc humili prece menteque conscia postulemus istius beneficia,
8. Invictae virginis et inviolatae, carissimae, dicemus et talia;
9. Tu virgo clarissima sapiens domini nostri sponsa,
10. Fulgens inter agmina sanctorum Dei, O N.,
11. Altissimi Patris Filium pro nobis rogita,
12. Qui fragilis carnis propter nos induit pondera,
13. Ut in perpetuum nobis impendat sempiterna regna,
14. Ubi concinamus semper refulgentes: Alleluia.

10. Neale: *Liber*, O Lucia: *forsitan quod in Ecclesia Nidrosiensi S. Lucia prima post inceptum annum occurrit Virgo, cuius sequentia e Communi Virginum canitur.*

---

693. [*Virgines castae Virginis summae decus praecinentes.* In Communi Virginum. Neale. Seq. p. 237. e Missali Tornacensi 1540.]

1. Virgines castae Virginis summae decus praecinentes, Caeteras quoque condignas laude post hanc venerantes, Psalmis et hymnis canticis dignis sibi colloquentes, Solvant in istis debitae laudis hostias sollennes.
2. Haec est a dextris assistens regis illa regina; Iuncta latere sola cum rege praecedit ipsa, Aurata vestis varietate circumamicta. Tanquam ductricem sequitur illam quaeque beata.
3. Post eam adductae Virgines devotae Regi sunt oblatae, [Christo consecratae]. Tales erant Thecla, Agnes, Katerina, Agathes et Martha.
4. Filiae Tyri munera ferentes, Et in his Regis vultum deprecantes, Hostias habent cunctis puriores, Corpore mundae, corde sanctiores.

5. Holocaustum Domino offerunt ex integro Virgines castae, corpore mundae, immortalem Sponsum eligentes Christum. O felices nuptiae, qnibus nullae maculae, nulli dolores partus sunt graves, nec pellex timenda, nec nutrix molesta!

6. Lectulos harum Christo vacantes Angeli vallant custodientes ne quis incestus temeret illas: ensibus strictis arcent immundos. Dormit in istis Christus cum illis: felix hic somnus, requies dulcis: quo confovetur virgo fidelis inter amplexus Sponsi coelestis. Dextera Sponsi sponsa complexa capite laeva dormit subnixa: pervigil corde corpore dormit et Sponsi grato sinu quiescit. Approbans somnum Sponsus beatus inquietari prohibet illum: ne suscitetur, inquit, dilecta: dum ipsa volet dormiat ita.

7. Hic ecclesiastici flos est ille germinis, tam rosis quam liliis multiplex innumeris, quorum est fragrantiis ager Sponsi nobilis, naribus et oculis aeque delectabilis. Ornatae tam byssina quam veste purpurea, laeva tenet lilia, rosas habent dextera, et corona gemmea redimitae capita Agni sine macula percurrunt itinera.

8. His quoque floribus semper recentibus Sanctorum intexta capiti sunt serta. His Agnus pascitur, et his reficitur: hi flores electa sunt illius esca. Hinc choro talium vallatus agminum hortorum amoena discurrit hac illac.

9. Qui non comprehensus ab his nunc elapsus, quadam quasi fuga petulans exultat.

10. Crebros saltus dat hic Agnus inter illos discurrendo, et cum ipsis requiescit in fervore meridiano.

11. In earum pectore cubat in meridie, inter mammas Virginum collocans cubiculum.

12. Virgo quippe cum sit ipse Virgineque Matre natus, virginales super omnes amat et quaerit recessus:

13. Somnus illi placidus in earum sinibus, Ne qua forte macula sua foedet vellera.

14. Hoc attende canticum devotarum Virginum insigne collegium, quo nostra devotio maiore se studio templum ornet Domino.

2. Iuncta latere. N.: *Manifeste se prodit ulcus, cui tamen mederi prorsus nequeo.* Num legendum lateri? Ductricem scripsit N. pro ducem, metro id postulante. 3. Christo consecratae. Neale: *Haec verba metri causa abesse debent: et glossam sapiunt in clausulam illam: Regi*

sunt oblatae. Sed tamen, quum prima pars huius carminis in quaterniones distributa sit, mihi quondam in mentem venit et ex his duobus versibus quaternionem efficere, ita eos constituendo:

Post eam adductae Virgines devotae
Regi sunt oblatae, Christo consecratae:
Tales erant Thecla, Agnes, Katerina,
Agathes et Martha, Barbara, Lucia.

(vel aliud quiddam simile addendo). 4. Filiae Tyri etc. Psalm. XLV, 13. Neale: *Munera Tyri purpura, qua sanguis adumbratur martyrum.* 6. Lib. timeret illas N. polluat. Mihi extra dubitationem est, genuinam scripturam esse temeret. Complexa sensu passivo. Cant. II, 6. 8. Liber his ref. N. et his, metri causa. Lib. his flores. 10. Meridiano tetrasyllabum. 11. Neale: *Excusandus nec tamen laudandus est poeta: cum sub forma Agni Christum hic depingat.* Neale vera, si quid sapio, anguratur coniectura, quae multis nominibus commendatur l. c.: *Ista sequentia, mira quadam suavitate conspicua, quamvis in nimiam descriptionis luxuriam hic illic prorumpat, non dubito quin Godeschalci sit. Eius enim maxime sapit ingenium: prorsus biblica utitur oratione: — versus aequo longiores producit: — et cum carmine Godeschalciano de una Virgine: „Exultent filiae Sion in Rege suo" mirum in modum consentit.*

---

694. [*Fulget dies celebris.* In Communi Virginum. Neale Seq. p. 241 e Missali Pictaviensi 1524.]

Fulget dies celebris,
Qua exuta tenebris
Et mundi illecebris,
Cuius sunt sollemnia
5 Virgo haec ad gaudia
Migravit coelestia.

Haec est Virgo sapiens,
Quae mundum despiciens
Et mundi blanditiem,
10 Pro labore praemium,
Pro moerore gaudium
Possidet, et requiem.

Felici commercio
Prudenter exilio
15 Patriam proposuit:
Et per virtutum viam
Ad eandem patriam
Pertingere meruit.

O virtutum optima,
20 Angelis finitima,
Corporis integritas:
Et mentis virginitas!
Offensa conciliaris,
Dissipata sociaris,
25 Angelos hominibus,
Aeterna mortalibus!

Per hanc solam, multi stolam
Consecuti et induti
Sunt aeternae gloriae:
30 Haec est schola coeli sola,

Disciplina et doctrina
Coelestis militiae.

Hanc docuit, exhibuit
In homine de Virgine
35 Nato Dei Filius.
Cuius ortus Vitae portus:
Cuius mater Virgo, Pater
Foeminae est nescius.

O felicem Matrem illam
40 Quae fatetur se ancillam,
Dei mater et filia,
Dei repleta gratia!

Quae contra naturae iura
Creatorem creatura,
45 Plasma suum principium,
Virgo peperit filium.
Hanc sacer chorus Virginum
Imitatur et hominum;
Despiciunt et fugiunt
50 Pro Christo terrestria.
Huius adepta gloriam,
Aeternitatis Patriam,
Virgo gaudes, cuius laudes
Celebrat Ecclesia.
Pro cuius victoria
Cantemus Alleluia. Amen.

37. Monet Nealius, poëtam prope ad verbum expressisse S. Agnetis sententiam: *Cuus mater virgo est cuius pater foeminam noscit.*

---

695. [*Virgines egregiae.* In Communi Virginum non Martyrum. Neale Seq. p. 233. e Missalibus Redonensi 1523 et Narbonensi 1528.]

1. Virgines egregiae,
Virgines sacratae,
Coram vestri facie
Sponsi coronatae.
In aeterna requie
Sursum sublimatae,
Canticum laetitiae
Domino cantate.

2. Castitatis lilium
Olim custodistis
Propter Dei Filium
Cui placuistis:
Templum Sancti Spiritus
Esse voluistis:
Tactus et concubitus
Ideo fugistis.

3. Flore pudicitiae
Vestrae reservato,
Carnalis lasciviae
Motu refrenato,
Debito munditiae
Praemio donato
Assidetis sociae
Virginali Nato.

4. Non estis de fatuis
Quae cum vasis vacuis
Christum praestolantur;
Immo de prudentibus,
Quae plenis lampadibus
Bene praeparantur.

5. Fatuis Virginibus
Oleo carentibus
Sponsus est dicturus:
Vobis non aperiam;
Prudentes recipiam
Praemium daturus.

6. N., virgo veneranda,
Cuius festa celebranda
Redierunt annua,
Casta, prudens et fidelis,
Nobis impetrare velis
Gaudia perpetua.

1. Nb. sursum sublevatae. Str. 4. 5. 6. Nb. omittit: quarum vice haec habet:

Ubi Sponsi consortia,
Amplexus et solatia,
Obtinetis in requie.
Ad quam fons indulgentiae
Nos perducat post anxiae
Vitae huius stadia,
Vestra per suffragia. Amen.

---

696. [*De quinque prudentibus.* In Communi unius Virginis non Martyris. Neale Seq. p. 245 e Missali Redonensi 1523.]

---

697. [*Mulier laudabilis.* De Vidua vel Non Virgine. Thes. II. p. 202.]

---

698. [*Adest dies laetitiae Qua de valle miseriae. Iste Beatus exiit.* In Communi Plurium Sanctorum Particularium. Ecclesiol. XCVII Aug. 1853 p. 234 e Missali Cameracensi.]

---

799. [*Sponsa Christi et decora.* Contra Turcas Thes. II. p. 257.]

Du Méril Poémes Populaires Latines du moyen âge p. 28: *Schulting a publié d'après un ancien missel une prose chantée, sans doute à une messe votive au milieu du XVe siècle, qu'à la nature des idées, à la négligence des rimes, à l'inexactitude des pieds et à l'arbitraire des élisions, il est impossible de ne pas reconnoitre pour un chant populaire, et son introduction dans la liturgie à une époque aussi récente nous parait un fait trop curieux et trop significatif pour que nous négligions de la reproduire ici avec toutes ses incorrections.* —

Distinxit V. D. strophas XXIV: *Le rhythme est beaucoup moins marqué qu'il ne l'est ordinairement dans les proses religieuses. Les strophes sont composées de six vers dont le premier rime avec le deuxième et le quatrième avec le cinquième; ils ont tous les quatre huit syllabes; le troisième et le sixième, qu'aucune consonnance ne lie ensemble ni avec les autres, n'en ont habituellement que sept, et la pénultime est constamment bréve.*

20. Dum: *La nouvelle édition de Du Cange ne cite pas d'exemple de ce mot* (dimembrarunt) *et le vers a une syllabe de trop.* At novit Du Cange voces demembrare et dismembrare nec sunt inter rariores. Fortasse legendum: sacra ossa dim. **24.** Dum: *Peutêtre l'auteur avait-il dit* miserunt. **30.** Dum: *En contractant le* ve *ou rétabliroit le rhythme.* **35.** Dum: *La rime finale manque, mais il y en a une intérieure et le vers précédent rimait avec le troisième.* **71.** Dum. genuinam vocem restituit partita. **75.** Dum. pro scis sis. **119.** Dum: *Le deuxième vers rime avec le troisième au lieu du premier; peut-être il en manque un de huit syllabes, terminé en* ari; *mais cette strophe n'en resterait pas moins irregulierè puisque la penultime de* numerari *est longue.*

SEQUENTIA NOVISSIMA.

Sequentia

De Beata Maria Virgine Sine Labe Concepta

„Virgo Virginum Praeclara“

Auctore Eminentissimo Ac Reverendissimo Principe Ac Domino

Ioanne

S. Romanae Ecclesiae Presbytero-Cardinali

De Geissel

Archiepiscopo Coloniensi S. Sedis Apostolicae Legato Nato etc. etc.

Modos Musicos Ab Antiquo Ad Sequentiam Salve Mater Salvatoris*) Applicatos E Vetusto Missali MSS. Ecclesiae Gladbacensis Saeculi XIV Descripsit Novoque Textui Adaptavit

Albertus Gereon Stein

Pastor ad S. Ioannem Baptistam Coloniae Ibidemque in Seminario Archiepiscopali Cantus Magister.

Coloniae Sumptibus Et Typis Ioanis Petri Bachemii.

Anno MDCCCLV.

---

1. Virgo Virginum praeclara,
Praeter omnes Deo cara,
Dominatrix coelitum,
Fac nos pie te cantare,
Praedicare et amare
Audi vota supplicum.

2. Quis est dignus, laude digna,
Collaudare Te, benigna
Virgo, fons charismatum?
Gratiis et tota plena,
Tota pulcra, lux serena,
Dei tabernaculum.

---

*) Thes. II. p. 82.

3. O quam magna Tibi fecit
Qui potens est, et adiecit
Gratiam ad gratiam!
Qui coelum terramque regit
Matrem sibi Te elegit,
Sponsam atque filiam.

4. Virgo vere benedicta,
Culpa nunquam ea obstricta
Carnis in exilio;
Sine labe tu concepta,
Magno lapsui praerepta
Summo privilegio.

5. Contendebat certatura
Tunc cum gratia natura,
Gratia praevaluit;
A peccato praeservatam,
Immunem et illibatam
Mire te constituit.

6. Eva nova novae legis,
Praeelecta summi regis.
Consors eius gloriae
Tu draconem domuisti,
Forti pede contrivisti
Victrix caput Satanae.

7. Semper fulgens munda stola,
Inter mundas munda sola,
Adscendisti sidera:
Super agmina sanctorum,
Super choros angelorum
Sceptra geris Domina.

8. Oras nunc ad dextras Nati,
Iugo solvat a peccati
Quos redemit sanguine:
Manus Tuae stillant dona,
Vitae fac coelestis bona
Et in nos defluere.

9. Esto nobis maris stella,
Ne nos fluctuum procella
Navigantes abruat;
Ex qua salus est exorta,
Esti nobis coeli porta
Quae salvandis pateat.

10. Virgo clemens, virgo pia,
Duc salutis nos in via
Vitae per exilium;
Nos, o mater, hic tuere,
Olim istic fac videre
Te Tuumque filium.

11. Fac, te duce, nos orare,
Vigilare et certare,
Certos tuae gratiae:
Funde nobis pia dona,
Custos, mater et patrona
Sanctae sis Coloniae (ecclesiae).

12. Fac nos stare fide vera,
Caritate, spe sincera
Absque culpae macula:
Gregem Tibi sic dicatum,
Iam a patribus sacratum
Protegas in saecula.
Amen.

INDICES.

I.

Index realis.

ı media nocte. I. p. 42. 28. 29.
ırnum et Matutinum. I. 3 bis. 15. 24. 26. 27. 39. 42. 43. 53. 54. 66. bis. 69. 119. 120. 121. 6. 183. 191. IV. p. 29. 314.

es. I. p. 44. 55. 56. 177. 315.
ım. I. p. 56. 70.
ıdam. IV. p. 42.
am. I. p. 45. 50. 70. IV.

tam. IV. p. 43.
tam. IV. p. 43.
ım. I. p. 23. 40. 45. 50. p. 44.
mam. IV. p. 44.
vam. IV. p. 44.

ɔs resumptos. I. p. 72.
m. I. p. 41. 45. 51. 72. p. 45.
nam. IV. p. 46,
cimam. IV. p. 46.
lecimam. IV. p. 46.

ɔeras. I. p. 17. 30. de imae opere 57. sec. 58. 9. quartae 60. quintae tae 61. 73. 141. 142. 150. s. 152 bis. IV. p. 46.

ɔletorium. I. p. 33. 52. 7. 274. IV. p. 55. 56 bis.

Die Dominica. II. p. 58. IV. p. 31. 34. V. p. 216. ante Evangelium. IV. p. 134.

De Adventu Domini. I. p. 12. 74. 76. 77. 257. II. 336 bis. 337 bis. IV. p. 57 bis. 149. 209. 316. V. p. 172, bis. 173, bis. 174.

De Nativitate Domini. I. p. 21. 78. 79. 122. 143. 159. 258. 274. 327. 328. 329 bis. 330 bis. 331. 333 bis. 334. 335. II. p. 3. 5 bis. 56. 58. 61. 66. 222. 338. 332 bis. 340 bis. 341 bis. 342, bis. 343. IV. p. 145. 146. 147. 209 210 bis. 252. 254. 257. 258. 260, bis. 261 bis. 317. 318. V. p. 46. 161 bis. 173 bis.

De S. Stephano. I. p. 90. 154. 241. II. p. 6. 64. V. p. 176.
Inventio. I. p. 289. II. p. 53. 213.

De S. Ioanne Ev. I. p. 92. 225. 226 bis. 277. II. p. 7. 66. 166. 174. IV. p. 178.
Ante portam lat. I. p. 283 bis.

De SS. Innocentibus. I. p. 124. 207. II. p. 8. 180. 210. V. p. 161. 177.

De S. Thoma Cant. IV. p. 240. V. p. 178. 179.

De Circumcisione et Novo Anno. II. p. 174. 343. IV. p. 60. 319.
Nomen Iesu. I. p. 227. 315. 317. II. p. 262.
Dominica ante Epiphaniam. IV. p. 61.

De Epiphania. I. p. 4. 19. 127. 147. 235. II. p. 9. 55. 174. 344. IV. p. 11. 151. V. p. 180 bis.
Trium Regum Translatio. I. p. 278. IV. p. 319.
De Tribus Sanctis Regibus. V. p. 48.
Inventio Pueri. I. p. 300.

Dom. Septuagesimae. I. p. 261. II. p. 52. IV. p. 63. 179.

Quadragesimales. I. p. 5. Ad Tertiam. p. 18. 81. 96. 128. 129. 160. 178 bis. 182 bis. 235. 236. 274. IV. p. 63. 65 bis. 217. 261. 262.

De Passione Domini. I. p. 81. 160. 163. 180. 337. 340 bis. 341. Ad Tertiam. 71. II. p. 171. 230. 344. 345. 346. 347 bis. 348 bis. 350 bis. 351. 352. 353. 354 bis. 355 bis. 357. 358. 359 bis. IV. p. 219 bis. 220. 221. 224 sq. 263. 264. 321 bis. V. p. 152.
Ad Faciem. I. p. 232. 300. 301. 341. II. p. 232.
Ad Quinque Vulnera. I. p. 336.
De Sancta Cruce. I. p. 168. 225. II. p. 57. 78. 101. 317. 318. 349. IV. p. 185. 265. 322. V. p. 90. 91 bis. 153. 181. 182 bis. 183 bis.
Inventio et Exalt. I. p. 243, bis. II. p. 84. 187. IV. p. 276. V. p. 304.
In Festo Sanguinis. IV. p. 323.
In Festo Sindonis. IV. p. 323.
De Compassione Virginis. I. p. 305. 338. 339. II. p. 131. 198. IV. p. 231 bis. 232. 268. 324. V. p. 187. 190.
De Passionis Instrumentis. IV. p. 325.
De Spinea Corona. I. p. 301 ter. 316. II. p. 6. 15. 192. 300 bis. IV. p. 222. 223. 266. 267 bis. V. p. 152. 185 bis. 186. 187.

Lanceae et Clavorum. I. p. 302. 316. II. p. 215. 356. 357. IV. p. 265.

Dominica in Ramis Olivarum. I. p. 179. 215.

In Coena Domini ad Lotionem pedum. I. p. 243. in laudem Chrismatis. 237. IV. p. 69.

Sabbato Sancto. De Cereo pasch. I. p. 131. II. p. 303. IV. p. 76. Ad Fontem. 260. IV. p. 159.

Carmina paschalia. I. p. 49. 83. 85. 88. 169. 222. 223. 238. 258. 341. 342. II. p. 12. 14. 15. 55 bis. 56 ter. 68. 69. 71. 95. 175. 178. 255. 315. 361. 362. 363 bis. 364. 365 ter. 366 bis. IV. p. 74. 76. 122. 160. 233. 270. 325. V. p. 52 bis. 53. 54. 55. 56 bis. 61. 62. 191. 192. 193. 194. 196. 197 bis.

De Ascensione. I. p. 62. 63. 154. 196. 206. 217. 258. 343. II. p. 15. 53. 54. 57. 181 bis. 367. IV. p. 183. V. p. 65. 66. 67.

Pentecostales. I. p. 6. 64. 154. 207. 213. 273. 343. 344. II. p. 16. 35. 52. 71. 73. 177. 183. 315. 368. V. p. 198. 201. 202. 205.

De S. Trinitate. I. p. 263. 276 bis. 308. 344. II. p. 49. 57. 172. 369. IV. p. 233. 234. 270. V. p. 72. 206. 207. 208. 209 bis. 210.

De Sanct. Sacramento. I. p. 251. 252. 254. 255. 275 bis. 344 bis. 345. II. p. 97. 183. 200. 326. 327 bis. 328 ter. 369. 370. IV. p. 271. 326. V. p. 73. 211 bis. 212. 213.
Quando communicant sacerdotes. I. p. 193.
In Festo Cordis Iesu II. p. 360. 361. IV. p. 311.

Transfiguratio. I. p. 135. 267. 290 ter. 313. II. p. 187. IV. p. 161. 278. 279, bis. 280. 305. V. p.

158. 169. 285. 286. 287. 288. 289.

In Dedicatione eccles. I. p. 106. 107. 239. II. p. 23. 74. 75. 184. IV. p. 192. V. p. 101. 102. 106, bis. 163. 214. 215 bis.
In Restauratione Basilicae. IV. p. 110.

De Omnibus Sanctis. I. p. 256. 297. 298. II. p. 26. 89. 377. IV. p. 137. 248. 340. V. p. 109. 163. 319.

Achatius. II. p. 215. cf. Decem Mill. MM.
Aciscli et Soc. MM. IV. p. 57.
Adalbertus. V. p. 154.
Adalbero. I. p. 307.
Adrianus et Natalia. MM. IV. p. 94.
Adelheydis Imp. I. p. 277.
Aegidius II. p. 190.
Afra. I. p. 307. 313. II. p. 176. V. p. 83. 159 bis. 167. 291.
Africanus. II. p. 154.
Agapitus. V. p. 296.
Agatha. I. p. 9. 95. 183. IV. p. 273.
Agnes. I. p. 94. 208. 309. II. p. 76. 254. IV. p. 273. V. p. 230.
Albuinus. V. p. 167.
Aloysius. IV. p. 333.
Amatus. I. p. 321.
Ambrosius. I. p. 97. 154.
Andreas Ap. I. p. 8. 208. 276. II. p. 28. 75. IV. p. 162. 180. 271. V. p. 168. 217. In Natali S. Andreae ad crucem dicendus. I. p. 208.
Anna. I. p. 288 bis. 289. 304. II. p. 196. 220. 240. IV. p. 278. V. p. 83. 127. 276 bis. 277. 278.
Ansuerus. I. p. 286.
Ansgarius. V. p. 242.
Antoninus. I. p. 258. 259. Mart. V. p. 302.
Antonius. Er. I. p. 309. II. p. 187. 216. V. p. 169.
Antonius Pat. I. p. 284 bis.
Apollinaris. 227. 247.
Arbogastus. V. p. 160.
Augustani, Sancti. V. p. 169.
Augustinus. I. 313. 314. II. p. 155. 192. 250. IV. p. 280. Conversio. 331. 339. V. p. 300 quater.

Barbara. II. p. 160. 218. 223. IV. p. 327. V. p. 123 bis. 124.
Bartholomaeus. I. p. 293. II. p. 84. 208. V. p. 85. 161.
Benedictus. I. p. 212. 265. II p. 57. IV. p. 183. 184. 320. Translatio. 333. V. p. 78. 79. 250 bis.
Bernardus. I. p. 292. 293. II. p. 242. IV. p. 338.
Blasius. I. p. 263. IV. p. 182. V. p. 240. 241.
Bonaventura. I. p. 270. 286.
Botuidus. V. p. 280.
Brigitta. V. p. 166. 169.
Burchardus. I. p. 269. II. p. 195.

Caecilia. V. p. 122.
Carolus Magnus. I. p. 305. V. p. 235.
Cassianus. V. p. 167.
Castor. V. p. 245 bis.
Catharina M. I. p. 304. 315 ter. II. p. 89. 170. 189. 197. 242. IV. p. 284. 285. V p. 122 bis. 123 sexies. 168. 324 quater. 326.
Catharina Sen. I. p. 266. V. p. 153.
Catharina Flisca. IV. p. 330.
Catharina Suec. II. p. 162.
Celsus. V. p. 246.
Christina. I. p. 200.
Christophorus. II. p. 206. IV. p. 245.
Clara. I. p. 291 bis.
Clemens Rom. II. p. 176. V. p. 122.
Colomannus. I. p. 308. II. p. 192. 318.
Columbanus. V. p. 121.
Colonienses Patroni. II. p. 203. V. p. 328.
Conradus Ep. I. p. 326. II. p. 240. V. p. 326.
Corbinianus. II. p. 189.
Cosmas et Damianus. II. p. 234.
Cunegundis. V. p. 153. 246.
Cyprianus Ep. M. I. p. 153.
Cyriacus. V. p. 291.

Decem Mill. M. I. p. 284 bis. II. p. 204. 235. V. p. 170. 263.
Dionysius M. I. Add. b. II. p.

54. 87. IV. p. 107. 190. V. p. 99. 170. Arch. Med. I. p. 155.
Disibodus. V. p. 272.
Dominicus. I. p. 290 bis. IV. p. 336. V. p. 156.
Donatus. I. p. 291.
Dorothea. I. p. 279. 326. II. p. 236. V. p. 243 bis.

Elias. IV. p. 334.
Elisabeth Thur. I. p. 298 bis. 299. 314 bis. II. p. 158. 208. IV. p. 282. V. p. 121.
Elisabeth Schon. II. p. 195.
Elisabeth Port. IV. p. 304, bis.
Emmeramus. II. p. 56. V. p. 309.
Erasmus. I. p. 267. 283. II. p. 194. V. p. 261.
Erhardus. II. p. 163. V. p. 227.
Ericus. II. p. 157.
Eskillus. II. p. 214.
Euphemia. I. p. 154.
Eustachius. I. p. 294. II. p. 229.

Felicianus. I. p. 296. II. p. 209.
Felix M. Patronus Gerundae. I. p. 202 bis.
Felix et Regula. V. p. 88. 169.
Fides. V. p. 99.
Fintanus. IV. p. 191. V. p. 322. 323.
Florentius. I. p. 296.
Florianus. V. p. 154.
Franciscus. I. p. 295 quater. 319. II. p. 193. 207. V. p. 166. 314 bis. 317. Stigmata. I. p. 295. 316.
Fridericus. V. p. 161.
Fridolinus. IV. p. 275. Translat. V. p. 155.

Gabriel. IV. p. 330.
Gallus. II. p. 25. IV. p. 141. 165. V. p. 99. 169.
Gebehardus. V. p. 359.
Genesius. I. p. 201.
Genovefa. V. p. 165.
Georgius. I. p. 98. 242. II. p. 203. V. p. 258.
Gereon et Victor. II. p. 199.
Gervasius et Protasius. I. p. 47.
Gorgonius. II. p. 215.
Gregorius M. V. p. 248.
Guilelmus Er. I. p. 279 bis. V. p. 260.
Guilielmus Abb. II. p. 249. 250.
Gumpertus. V. p. 285.

Hedwigis. I. p. 271. 296. II. p. 89.
Helena Vid. V. p. 284. Helena Reg. V. p. 297 bis.
Henricus Imp. V. p. 155.
Henricus Ep. M. V. p. 230.
Hermannus. V. p 257.
Hermengildus. IV. p. 297. 298.
Hieronymus. I. p. 268. 295. II. p. 224. 247. Translatio II. p. 191. V. p. 99. 170.
Hilarius Carc. II p. 225.
Hippolytus. I. p. 291.

Iacobus Ap. Maj. I. p. 287. II. p. 55. 190. IV. p. 336. V. p. 274 bis.
Ianuarius V. p. 107.
Ignatius Ep. M. V. p. 237.
Ingenuinus V. p. 167.
Ioachim I. p. 264.
Ioannes Baptista I. p. 101. 208. 209. 267. II. p. 18. 81. 169. 217. V. p. 163. 170. 253. Decollatio I. p. 208. II. p. 41. 84. 221. V. p. 87. 301.
Ioannes Cantius IV. p. 310 bis. 311.
Ioannes Nepomuc. IV. p. 298. 299 bis 300.
Ioannes et Paulus MM. II. p. 233.
Iodocus V. p. 170.
Ioseph I. p. 263. 280 bis. 281. 310. IV. p. 296 bis. 297. 328. V. p. 127.
Iuliana de Falc. IV. p. 303.
Iustus et Pastor MM. IV. p. 101.
Iutta I. p. 307.
Iuvenalis II. p. 243.

Kanutus IV. p. 272. V. p. 226.
Kilianus I. p. 270. II. p. 89.

Ladislaus I. p. 317.
Lambertus I. p. 294.
Laudelinus II. p. 218.
Laurentius I. p. 103. 136. 291. II. p. 20. 82. 163. IV. p. 140. V. p. 292.
Lebuinus II. p. 220.
Leodegarius V. p. 313 ter.
Leonhardus II. p. 224. V. p. 117. 321.
Leopoldus I. p. 298. II. p. 223.
Liborius I. p. 319. 320. IV. p. 335.
Lucas II. p. 88. 181.

illa V. p. 308.
ricus Ep. I. p. 292 ter.
.V. p. 298.
ricus R. I. p. 293. 294. II.
14. V. p. 299.

alena I. p. 221. 245. 286.
. II. p. 39. IV. p. 187. 244.
. 335. V. p. 273.
us I. p. 323 bis 325.
nes V. p. 296.
areta II. p. 195. 226. V.
164.
, Aegypt. V. p. 256.
.e Duae V. p. 154.
ia I. p. 289. 322. II. 234. p. V.
156 bis. 280. 281.
na IV. p. 293. 295.
nus I. p. 105. 155. 260, quater.
p. 27. 89. Translatio II.
172. 180. IV. p. 142. 281.
p. 120.
nus V. p. 305.
aeus II. p. 84. V. p. 306.
icius II. p. 57. IV. p. 189.
V. p. 93. 166. 167. 306.
llus V. p. 306.
us V. p. 228.
iel I. p. 104. 218. 220. II.
24. 86. IV. p. 103. 105. 106.
p. 93. 94. 95. 311 bis.
ca I. p. 259. 266. 269. V.
259.

ssus V. p. 169.
ia IV. p. 94.
rius I. p. 154.
ius I. p. 269.
aus I. p. 308. 318. II. p. 27.
76. 223. 252. 256. IV. p. 181
. V. p. 124 bis. 125. 161.
. 220. 221.
aus de Tol. I. p. 268. 294.
p. 259. V. p. 158.
aus de Rupe I. p. 281.
rga V. p. 326.
ertus IV. p. 331. 332.
erus V. p. 170. 171 bis.

is V. p. 283. 284.
ldus II. p. 161. V. p. 157.
arus V. p. 120 bis. 169.
II. p. 93. IV. p. 186.

leon V. p. 279.
nius IV. p. 91.

Paulus I. p. 225. V. p. 75. 166. 266.
Conversio II. p. 37. 77. V. p. 234.
234, bis.
Pelagius I. p. 294. V. p. 86.
Petrus I. p. 226. II. p. 224. ad
Vincula I. p. 289. V. p. 81. 264.
Petrus et Paulus I. p. 101. 154.
207. 243. II. p. 19. 81. IV.
p. 96.
Petrus M. I. p. 283 bis V. p. 153.
Pirminius V. p. 117.

Quintinus V. p. 319. Quirinus.
Transl. V. p. 262.

Radegundis V. p. 293.
Raphael IV. p. 287.
Remigius I. p. 274.
Richardis IV. p. 247.
Rochus I. p. 271. V. p. 166.
Rupertus IV. p. 184. V. p. 255.

Scillitani Martyres I. p. 202.
Sebaldus I. p. 318. II. p. 201.
Sebastianus V. p. 160.
Servandus et Germanus MM. IV.
p. 107.
Servatius II. p. 221.
Severus I. p. 322. V. p. 319.
Sigismundus V. p. 154.
Sixtus I. p. 102. 290.
Stanislaus Ep. M. II p. 239.
Stephanus Rex I. p. 261.
Sueciae Patroni V. p. 327.

Theobaldus V. p. 155.
Theodoricus I. p. 297.
Theodorus V. p. 118.
Theodulus V. p. 170.
Theresia IV. p. 309, bis.
Thomas Ap. V. p. 127 bis.
Thomas Aq. I. p. 279 bis. 280
ter. V. p. 153 bis. 247.
Thyrsus et Socii. I. p. 186.

Udalricus I. p. 311.
Ursicinus I. p. 227.
Ursula I. p. 272. 296 bis. 297
bis. II. p. 176. 260. IV. p. 281.

Valentinus. Translatio II. p. 175.
Venantius IV. p. 300 301, bis.
V. p. 158.
Victor IV. p. 241.
Vincentius M. I. p. 279. II. p. 77.
V. p. 231.

Vincentius Ferr. I. p. 265 bis. V. p. 153.
Vitus II. p. 174. 228. V. p. 170.
Votus et Felix I. p. 266.

Wenceslaus IV. p. 247. V. p. 157. 310.
Willibaldus II. p. 156.
Willibrordus V. p. 117.
Wolfgangus V. p. 108.

Ad Deum I p. 190. II. p. 335 bis. IV. p. 126. 347.
Ad Christum I. p. 46. II. p. 370. 371 bis. IV. p. 285. 347. 348 bis.

Carmina Mariana I. p. 142. 155. 172. 204. 226 bis. 245. 303. 345. 348. 349 bis. II. p. 32. 92. 93. 191. 197. 203. 205. 216. 235. 245. 318. 319 bis. 321. 326. 372. 375. IV. p. 86. 137. 162. 235 bis. 286. 341. 342 bis. 343. 344 bis. 345 bis. 346. V. p. 129. 130 bis. 131. 132 quater. 133 ter. 134 sexies. 135. 136 quater. 137 ter. 138 bis. 139 quinquies. 163. 167 bis. 329 quater. 330 ter. 331 bis. 332 bis. 333. 334 bis.
Conceptio I. p. 277 quater. 309. II. p. 212. IV. p. 327. V. 165. 167. 170. 221. 223. 225. 349.
Nativitas I. p. 207. 294 bis. II. p. 22. 54. IV. p. 188. 339. V. p. 303 bis.
Praesentatio I. p. 299 quater. II. p. 209. IV. p. 283. 341. V. p. 323.
Annuntiatio I. p. 281. II. p. 59. V. p. 251. 252 bis. 253. 254. quinquies.
Visitatio I. 285 quater. 311. 312. 320. II. p. 165. 185. 198. 219. IV. p. 236. 237. 276. 277. V. p. 77. 267. 268. 269. 270.
Purificatio I. p. 242. II. p. 10. 77. V. p. 238. 239. 240.
Septem Dolores (cf. Compassio B. M. V.) I. p. 347. IV. p. 306. 307. 308. 324.
Septem Gaudia I. p. 346.
Assumptio I. p. 226. II. p. 21. 49. 82. 171. IV. p. 188. 337. V. p. 294. 295.
Festum Maternitatis IV. p. 308 309. Puritatis IV. p. 340.
Festum Nivis I. p. 259. 262. II. p. 233.
Auxiliatrix Christianorum IV. p. 301. 303.
De omnibus Festivitatibus I. p. 348.
Tempore paschali II. p. 160. 198.

De Angelis II. p. 375. 376. IV, p. 306.
De Apostolis I. p. 247. 273. II. p. 29. 181. 211. IV. p. 191. V. p. 171. 335. 336.
Divisio II. p. 44.
De Evangelistis II. p. 84. 88. V. p. 145. 336.

De Martyribus I. p. 27. 109. 137. 203. 247. 248. II. p. 30. 56. 58. 195. 205. IV. p. 88 bis. 89. 108. 346. V. p. 147 bis. 148. 163. 168. 336 bis. 337. 338 bis. 339.

De Confessoribus I. p. 110. 248. 249. 304. II. p. 172. 176. 189. IV. p. 192. V. p. 148 bis. 149. 150 ter. 164. 169. 340 ter. 341 bis.

De Quatuor Doctoribus. V. p. 342.

De Virginibus I. p. 112. 250. 304. II. p. 30. 48. 175. IV. p. 288. V. p. 151. 343 bis. 345. 346. 347.

De Viduis et Sanctis Mulieribus. I. p. 304. II. p. 202. IV. p. 311. V. p. 347.
De pluribus Sanctis particular. V. p. 347.

Ad serenitatem poscendam I. p. 29.
In postulatione pluviae I. p. 31.
In tempore tristitiae I. p. 155.
Tempore belli I. p. 112. 114. Contra Turcas II. p. 257. V. p. 347.
De universis Dei operibus I. p. 208.
Carmina poenitentium II. p. 378. IV. p. 127. 171. 173.
Hymnus luricae IV. p. 111.
Meditatio animae fidelis IV. p. 199.
Augustini antidotum contra tyrannidem peccati II. p. 378.
De patientia christiana II. p. 379.
De contemptu mundi II. p. 379. IV. p. 132.
De vita mundi IV. p. 194.

Cantus peregrinantium IV. p. 171.
Cantus cruciferorum IV. p. 205.

In unctione infirmi I. p. 198.
In exequiis Defunctorum I. p. 137. 139. II. p. 331. IV. p. 117 bis. 350. In die Omnium Animarum V. p. 320.
De die mortis I. p. 224. 350. II. p. 329. IV. p. 351. Mors peccatoris IV. p. 349.
De Novissimis II. p. 380.
De die iudicii I. p. 194. II. p. 103.
De poenis inferni IV. p. 250. Planctus animae in purgatorio IV. p. 350.
De gaudiis paradisi I. p. 116.

II.

Elenchus Hymnorum, Sequentiarum aliorumque carminum quae vulgatiora sunt, praecipue eorum quae Ecclesia in usum suum convertit *).

Numeri quibus litera haud apposita est, ostendunt Thesauri volumina.

Litera M. denotat carmina ab Monio recepta. Qui adiicitur numerus indigitat non paginarum sed cantionum numerum. In illis carminibus, quorum sedes atque initia indicavit Monius, excitatur pagina.

Ab. Brev. Aberdonense. (Thes. IV. Proll. p. XVI).
Bd. Propria Ordinis S. Benedicti.
Cm. Proprium Carmelitarum.
Co. Brev. Constantiense vetus (Thes. IV. Proll. p. XI).
Cs. Brev. Cisterciense.
Dum. Duo opera doct. Du Méril, (Thes. IV. Proll. p. XIV sq.) num. I. et II. significata.
Frib. Proprium archidioeceseos Friburgensis.
Ga. Brev. Gallicana recentiora.
Hl. Brev. Halberstadense recentius (Thes. IV. p. 221).
Hp. Proprium Festorum Hispanorum.
Mab. Mabillon Acta SS. Ordinls S. Benedicti.
Mg. Officia propria Moguntina.
Mi. Brev. Minorum.
Pd. Brev. Praedicatorum.
Pm. Brev. Praemonstratense.
Sv. Brev. Ordinis Servorum B. M. V.

Alii libri, qui rarius occurrunt, in indice luculenter significati sunt.

Quae pone lineolam — apparent literae indigitant non nullos carminum latinorum interpretes, qui inter celebratiores sunt. F. Fortlagium (Gesänge christlicher Vorzeit 1844). Ko. Königsfeldium. Si. Simrockium. So. Schlosserum. Ka. Kaufferum (Thes. IV. Proll. p. XIV) St. symbolum est Henrici Stadelmanni, qui nuperrime triginta quinque carmina pereleganter et graviter fecit germanica. (Altchristliche Hymnen und Lieder u. s. w. Augsburg 1855). Denique litera N. lectores commonet de Nealii libro: Mediaeval hymns (Thes. IV. Proll. p. XIV).

---

*) Thes. IV. Proll. p. VI.

Abba deificum. Hymn. abcdarius in B. Virginem saec. XV. Hs. von Tegernsee 1824 zu München. Mone II. p. 448. Insunt codici multa alia carmina Mariana abcdaria.
Ach homo perpende fragilis M. 290.
Actiones gratiarum M. 685.
Acumen impetra. Carmen abcdarium Marianum saec. XV. Hs. von Tegernsee 1824 zu München. Mone II. p. 449.
Ad auram post meridiem M. 762.
Ad Catherinae nuptias M. 990.
Ad celebres rex coelice laudes II, 24. V, 93. M. 319.
Ad clara festa regis V, 154.
Ad coeli clara non sum dignus sidera IV, 127. 368. M. 285.
Ad coenam agni providi I, 88. IV, 73, 353. M. 161.
Ad coenam uberem V, 193. M. 169.
Ad concentum vox faceta M. 586.
Ad concentus animemur II, 209. V, 232.
A Deo missus Gabriel deorsum Annuntiat. Ab.
Ad dominum clamaveram M. 287.
Ades pater supreme. Prudent. — F.
Adest dies celebris Quo lumen de tenebris V, 153.
Adest dies celebris Quo pacatus miseris V, 158.
Adest dies gloriosa V, 292. M. 1023.
Adest dies laetitiae. Ninianus. Ab.
Adest dies laetitiae, qua V, 347.
Adest dies olivarum II, 233. V, 264.
Adest dies quo firmatur V, 331.
Adest dies sanctissima M. 1096.
Adest dies sanctus Dei, I, 258.
Adeste sacrae virgines. Iusta et Rufina VV. MM. Hp.
Adeste sancti coelites. Festum Reliquiarum Sv.
Adeste sancti plurimo. Omnes SS. Bened. Bd.
Adeste vos o coelites. In Dominicis a Circumc. ad Praesentationem. Ga.
Adest namque dies sacra V, 313. M. 1028.
Adest natalis celebris. Albertus. Cm.
Adest nobis dies alma V, 337.
Adest nova solemnitas IV, 266.
Adesto Christe vocibus I, 207.
Adesto plebs fidissima I, 186.
Adesto sancta Trinitas I, 275. IV, 234. M. 7.
Adesto summa pietas. Magdal. Dum. I. p. 150 sq.
Adesto summa suavitas M. 636.
Adest triumphus nobilis M. 1122.
Ad exemplar triumphantis V, 153.
Ad festum tanti martyris M. 942.
Ad honorem matris Dei II, 233. 5, 285.
Ad honorem nominis. Carmen Marianum alphabeticum. Hs. von Tegernsee zu München 1824. Mone II. p. 449.
Ad honorem summi regis V, 297. M. 967.
Ad honorem summi regis. De S. Thoma Cant. Pasini Codd. Bibl. Taurin II. p. 216. Dum. I. p. 421.
Ad honorem superni cantemus regis II, 170.
Ad honorem tuum Christe II, 81. V, 263.
Ad horam completorii M. 100.
Adhuc clausus dedit plausus M. 649.
Ad Iesum accurrite II, 344.
